







*Non est mortale
quod opto*


Hos, quos relliquit mihi Bibliotheca tarentis
Dono tibi, Patria Bibliotheca, libros
tuis fruere utiliter, quoniam ratiocinio libelli
Crescerit inde meum manus, honeste patris

Samuel Wolffius junior
1630 Novembris
Elbing

Justinianus Ius civile ^{4.5}
DIGESTORVM
SEV PANDECTARVM
PARS QVINTA,
A LIBRO XXVIII. VSQVE AD
LIBRVM XXXVII.



H.G.



ANTVERPIAE.
C.I. IO. LXVII.



908



06 6.ii 394615

PARS QUINTA, DE

TESTAMENTIS.

L I B E R X X V I I I .

- I. Qui testamēta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.
- II. De liberis & postumis heredibus instituendis, vel exheredandis.
- III. De iniusto, rumpto irrito facto testamento.
- IV. De his quæ in testamento delentur, inducuntur, vel inscribuntur.
- V. De heredibus instituendis.
- VI. De vulgari & pupillari substitutione.
- VII. De condicionibus institutionum.
- VIII. De iure deliberandi.

L I B E R X X I X .

- I. De testamento militis.
- II. De adquirienda vel omittenda hereditate.
- III. Testamenta quemadmodum aperiantur, inspiciantur, & describantur.
- IV. Si quis omissa causa testamenti, ab intestato, vel alio modo possideat hereditatem.
- V. De senatus consulto Silaniano & Claudio, quorum testamenta ne aperiantur.
- VI. Si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit.
- VII. De iure codicillorum.

L I B E R X X X .

- De legatis & fideicommissis.

L I B E R X X X I .

- De legatis & fideicommissis.

L I B E R X X X I I .

- De legatis & fideicommissis.

L I B E R X X X I I I .

- I. De annuis legatis & fideicommissis.
- II. De vsu, & vsufructu, &c reditu, & habitatione, &c operis per legatum vel fideicommissum datis.
- III. De seruitute legata.
- IV. De dote prælegata.
- V. De optione vel electione legata.
- VI. De tritico, vino, vel oleo legato.
- VII. De instructo vel instrumento legato.
- VIII. De peculio legato.
- IX. De penu legata.
- X. De supellectile legata.

L I B E R X X X I I I .

- I. De alimentis vel cibariis legatis.
- II. De auro, argento, mundo, ornamētis, vnguentis, veſte, vel veltimentis, & ſtatuis legatis.
- III. De liberatione legata.
- IV. De adimendis vel transferendis legatis, vel fideicommissis.
- V. De rebus dubiis.
- VI. De his quæ poenæ cauſa relinquuntur.
- VII. De regula Catoniana.
- VIII. De his quæ pro non scriptis habentur.
- IX. De his quæ ut indignis auferuntur.

L I B E R X X X V .

- I. De condicionibus & demōstrationibus, & cauſis & modis eorum quæ in testamento ſcribuntur.
- II. Ad legem Falcidiam.
- III. Sicui plus, quam per Falcidiam licuerit, legatum eſſe dicatur.

L I B E R X X X V I .

- I. Ad ſenatus consultum Trebellianum.
- II. Quando dies legatorum vel fideicommifſorū cedat.
- III. Ut legatorum ſeu fideicommifſorum ſeruandorum cauſa caueatur.
- IV. Ut in poſſeſſionem legatorum vel fideicommifſorū ſeruandorum cauſa eſſe liceat.

D I G E -

D I G E S T O R V M
S E V P A N D E C T A R V M
P A R S Q V I N T A.
L I B E R X X V I I I.

Q V I T E S T A M E N T A F A C E R E P O S -
S V N T E T Q V E M A D M O D U M T E -
S T A M E N T A F I A N T.

M O D E S T I N V S libro secundo Pandectarum[¶]

ESTAMENTVM est voluntatis nostræ iusta sententia de eo^b quod quis post mortem suam fieri velit^c.

III. L A B E o libro primo posterio-
rum Iaioleno Epitomatorum[¶]

NEQUIT testatur, eius temporis quo te-
stamentum facit, integritas mentis non
corporis sanitas exigenda est.

III. P A P I N I A N V S libro quartodecimo Quæ-
stionum[¶]

TESTAMENTI factio non priuati sed publici iuris est.

IV. G A I V S libro secundo Institutionum[¶]

SI quaeramus^d an valeat testamentum: in primis animaduer-
tere debeimus, an is qui fecerit testamentum, habuerit testa-
menti factio[n]em. deinde si habuerit, requiremus an secundū
regulas iuris ciuilis testatus sit.

Pubertas quomodo estimanda sit.

V. V L P I A N V S libro sexto ad Sabinum

A qua^e etate testamentum vel masculi vel feminæ facere
possunt videamus. verius est in masculis quidem quar-
tumdecimum annum spectandum, in feminis vero duodeci-
mum compleatum. vtrum autem excessisse debeat quis quartumdecimum annum, ut testamentum facere possit: an suffici-
cit^f complexisse? propone aliquem Kalendis Ianuariis natum^k,
testamentum ipso natali suo fecisse quartodecimo anno. an
valeat testamentum? dico valere, plus arbitror: etiam si pridie
Kalendarum fecerit post sextam horam noctis, valere testa-
mentum. iam enim complexisse videtur annum quartumdeci-
mum, vt Marciano videtur.

a Id est legissima, &
plena, ea recte q[uod] de
icto supra, pro sociis
l. c. in filio familiæ
q[ue] leg. h[ab]et in finis de
de leg. 3. & l. i. In finis
sit de m[an]u: q[uod] in his
autem m[an]uibus. H[ab]et
verbocodicillæ, et testa-
menta imperfecta
excludiuntur. Verbum
nostrum cines Romanos
demonstrat, quæ
soli testamenti factio[n]
nem habentes, & ostendit
non pendere em
alieno arbitrio. L
illa, infra, de h[ab]et.
infus. Cetera do-
nationes causa nec
tie, & ceterationes om-
nes reponunt, queritur
proprium non est, ut
post mortem domino
quid fuit.

b eo, quod post
e velutis,
d Dicit ap[osto]l[us] immo-
bi ordinum & me-
thodum differendi de
testamento, si d per-
petuum incipiat. Non
autem refixis ad
ordinem indiciorum.
e Coniungit, & de-
manuscri-
f posuit
g & verius
h sufficiat
i pone aliquem
k etatum, &

V I . G A I V s libro septimodecimo ad Edictum
prouinciale¹

a Ex ille. quernad-
medium testam. aper-
fici & l. 8.

b Surdus, &

QUi in potestate parentis est, testamenti faciendi ius non non habet. adeo ut quamuis pater ei permittat, nihil magis tamen iure testari possit. **S**ordus^b, mutus, testamentum facere non possunt. sed si quis post testamentum factum valetudine aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit: ratum nihil minus permanet testamentum.

V I I . A E M I L I V S M A C E R libro primo ad Legem
vicensimam hereditatum

Si mutus aut surdus ut liceret sibi testamentū facere, à prin-
cipiē impetraverit: valet^d testamentum.

V I I I . G A I V s libro septimodecimo ad Edictum
prouinciale

EIUS qui apud hostes est, testamentum quod ibi fecit non evalet; quārū ius redierit. **S**i Quī aqua & igni interdictū sit, eius nec illud testamentū valet quod ante fecit: nec id quod postea fecerit. bona quoque quæ tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur. aut si non videantur luctrosa, creditoribus concedentur. In insulam deportati in eadem causa sunt. Sed relegati in insulam, & quibus terra Italica & sua prouin-
cia interdicitur, testamenti faciendi ius retinent. **H**i verò qui ad ferrum, aut ad Vestias, aut in metallum damnantur, liber-
tatem perdunt, bona quoque eorum publicantur. vnde apparet amittere eos testamenti factionem.

V I I I I . V L P I A N V s libro quadragensimo quinto
ad Edictum¹

Si quis post accusationem in custodia fuerit defunctus in-
deninatus, testamentum eius valebit.

X . P A V L V s libro tertio Sententiarum¹

Qui manus amisit, testamentum facere potest, quamvis scribere non possit.

X I . V L P I A N V s libro decimo ad Sabi-
nūm

Obsides^h testari non possunt, nisi eis permittatur.
Confirmatio testamenti.

X I I . V L P I A N V s libro quadragensimo secundo
Digestorum¹

Lege Cornelia testamenta eorum qui in hostiū potestate dececerintⁱ, perinde confirmantur, ac si hi qui ea fecissent, in hostiū potestate non peruenissent. & hereditas ex his eo-
dē modo ad ipsū queinq; pertinet. quare seruus heres scriptus ab eo qui in hostiū potestate dececerit, liber^j & heres erit, seu velit seu nolit: licet minus propriè necessarius heres dicatur. nam & filius eius, qui in hostiū potestate decessit, inuitus heredi-

g Per quoniam pē-
nūm in qua scriptu-
ra non est necessaria.
g. vlt. de testam. Ia-
stis. vel alio adhibi-
to, qui eius nemine
scribat. Iacobinus.
C. de testa.
h Coniunge l. 10. de
militi. testam.

i dececerint,
k porrectam

l & libe

hereditati obligatur: quamvis suus heres dici non possit, qui in potestate morientis non fuit.

xiii. MARCIANVS libro quarto Institu-
tionum¹

Qui à latronibus capti sunt, cum liberi manent, possunt facere testamentum. Item qui apud externos legatio-
ne funguntur, possunt facere testamentum.

Appellatio.

Si quis in capitali crimine damnatus appellauerit, & me-
dio tempore pendente appellatione fecerit testamentum, &
ita decesserit: valet eius testamentum.

De ignorantia, & errore.

xiv. PVLVS libro secundo Regularium¹

Quia in testamento domini manumissus est, si ignorat^c dominum decessisse, aditamq; eius esse hereditatem, te-
stamentum facere non potest: licet iam paterfamilias, & sui
iuris est. nam qui incertus de statu suo est, certam legem te-
stamento dicere non potest.

a exteros extra-
nos

b In vulga. incipit
Qui in domini.
c ignorare

xv. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum¹

De statu suo dubitantes vel errantes, testamentum facere
non possunt, ut Diuus Pius rescripsit.

Testamenti factio.

xvi. POMPONIVS libro singulari Regu-
rum¹

Elliſus familias & seruus alienus & postumus & surdus te-
stamenti factio[n]em habere dicuntur. licet enim testamen-
tum facere non possunt, a[et]iam ex testamento vel si vi vel
aliis adquirere possunt. Marcellus notat: furiosus quoq; testa-
menti factio[n]em haber, licet testamenti facere non potest,
ideo autem habet testamenti factio[n]em, qui potest tibi ad-
quirere legatum vel fideicommissum. nam etiā compotibus
imentis personales actiones etiam ignorantibus adquirun-
tur.

xvii. PAVLVVS libro tertio ENTiarum¹

In aduersa corporis valetudine mente captus, eo tempore
testamentum facere non potest.

xviii. VLPIANVS libro primo ad Sabinum¹

Is cui lege bonis interdictum est, testamentum facere non
potest. & si fecerit, ipso iure non valet. quod tamen interdi-
ctione vetustius habuerit testamentum, hoc valebit. merito
ergo nec testis ad testamentum adhiberi poterit; cum neque
testamenti factio[n]em habeat. Si quis ob carmen famosum
daranetur, senatus consulto expreſſum est, ut intestabilis sit.
ergo nec testamentum facere poterit, nec ad testamentum ad-
hiberi

d Hui videtur defor-
cere voluntas, qua ne
cessaria est in testam-
ento faciendo: nō enim
credibile est, cum so-
ris agere quod agit
cum dubitate, an ratio-
nem fiduciam iniici-
la, de accepta. in-
frat. q[uod] occurendum
est audacie eius quā
status suis ignarus nō
dubitatis facere testa-
mentum, quod intel-
ligit solum cibis Ro-
manis licere.
e posito.
f Coniunge l.1. de
curas. futil. l.6. de
verb. oblig.
g Videbatur testa-
menti factio non in-
ter licenda prodigo.
quid in eadem fore
sit, quam minor, pubes,
nouerit iudicio careat
& nemiri honorum
administratio conce-
fasit. sed falsum est
renutrum iudicio ca-
rere, qui ex prodigis
(quid ad hanc actio-
nes) furiosum facie
exitum, & furioso
comparatur. l.1. q[uod]
non est nonum de-
ruld. & cura. supra
h ante interdictio-
nem
i adhiberi testis.

X V I I I . M O D E S T I N V S libro quinto Pande-
tarum

SI filius familias aut pupillus aut seruus tabulas testamenti fecerit, signauerit: secundum eas bonorum possessio dari non potest, licet filius familia*Sui iuris*, aut pupillus pubes, aut seruus liber factus decesserit. quia nullae sunt tabulae testameti, quas is recit qui testamenti faciendi facultatem non habuerit.

ab huius.

bNō ob id debet su-
btestib; sum rideri, quod
testibus aliquid lega-
sum apparet: quan-
do non operat se testes
scire quid in testame-
to scriptum sit, sed si
sum hoc esse testame-
tum, puta *Titi lib. in-
lēmus. C. de testamē-*
& quendam test. & numerus testū falsi
suspitionē removet.
c libro quinto
d Quaecunq;
e prohibendis
f Inspīre Halobenes
testimonium. Aug.
li.3. cōmenda. cap 7.
g non posse. Reellē
hic addita fuit nega-
tiō ab Arzene ex*re-
petundarum supr. de
test. et. l. academ. infra
ad l. vel. repesi.*

h Quia de re gravi,
nempe testamenti,
questio est. & testa-
tor potest graviores
testes diligere: cum
alioquin in criminib;
vel alijs negotiis
probandis testes in
hoc vocari ab initio
ferè non producatur,
sed qui fortè presen-
tes forent ad fidem
supr. de testib; quo
ratione mutue, sur-
duis, seruus etiā ter-
meris adhibetur, vel
in cuiusvis iure dictū
est ad testamenū ad-
hiberi non debent, in
debet testū metu
falsi in hoc generi
prescribitur. l. v. C.
d fiduciam missi. quā
sic in alijs negotiis
habeat testimonij di-
gitonē. supr. de testib; l.
2. cōm. 3. s. leg. *Iulia.*
i sed ne prætorij
k De sollemniis te-
stamentorum Ab. x.
Geniel. aīc. li. 4. cō-
m. Gel. lib. 15. mss. A.
dec. c. 29.

De testibus.

x x . V L P I A N V S libro primo ad Sabinum

Qui testamento heres instituitur, in endem testamento te-
stis esse non potest. quod in legatario & in eo qui tutor
scriptus est, contra habetur. hi enim testes possunt adhiberi^b,
si aliud eos nikel impediat: utputa si in pubes, si in potestate
sit testatoris. Potestatis autem verbum non solum ad libe-
ros qui sunt in potestate referendum est: verum etiam ad eum
quem redemit ab hostibus. quamuis placeat hunc seruum nō
esse: sed vinculo quodam retineri donec pretium soluat.

Per contrarium quāri potest, an pater eius, qui de castrensi
peculio potest testari, adhiberi ab eo ad testamentum testis
possit. & Marcellus libro decimo digestorum scribit, posse.
& frater ergo poterit. Quād autem in testamento diximus 3
super perhibendis testimoniorum eorum qui in potestate sunt: in
omnibus testimoniorum accipias, vbi aliquid negotijs geritur, per
quod adquiratur. Ne furiosus quidem testis adhiberi po- 4
test, cum compos mentis non sit, sed si habet intermissionem,
eo tempore adhiberi potest. testamentum quoque quod ante
furorem consummavit, valebit. & bonorum possessio ex eo
testamento competit. Eum, qui lege repetundarum dam- 5
natus est, ad testamentum adhiberi posse existimo: quoniam
in iudicium testis esse vetatur. Mulier testimonium dicere 6
in testamento quidem non poterit. alias autem posse testem
esse mulierē, argumento est lex Julia de adulterijs, quæ adul-
terij damnatae testimoniū produci, vel dicere testimonium vetat.
Seruus quoque merito ad sollemnia adhiberi nō potest: cum
iuris ciuilis communionem non habeat in totum, neⁱ præto-
ris quidem edicci. Et veteres putauerunt eos, qui propter 7
sollemnia testamenti adhibentur, durare debere donec super-
ma contestatio peragatur, non tamen intelligentiam sermo-
nis exigimus. hoc enim Diuus Marcus Didio Juliano in teste
qui latine non nouerat rescripsit. nam si vel sensu percipiatur
quis cui rei adhibitus sit, sufficere. sed si detenti sint in iuri ibi
testes, putant non valere testamentum.

Quoniam

Q uomodo faciendum sit testamentum.

X X I . I D E M libro secundo ad Sabinum

Heredes palam ita ut exaudiri possint, nuncupandi sint. **I**llicebit ergo testanti vel nuncupare heredes, vel scribere. sed si nuncupat, palam debet. Quid est palam? non utique in publicum, sed ut exaudiri possit. exaudiri autem non ab omnibus, sed a testibus. & si plures fuerint testes adhibiti, sufficit sollemnum numerum exaudiere. Si quid post factum testamentum mutari placuit, omnia ex integro facienda sunt. Quod verò quis obscurius in testamento vel nuncupat vel scribit, an post sollempnia explanare possit queritur. ut puta Stichum legauerat^a, cum plures haberet: nec declarauit de quo sentiret, Titio^b legauit^c, cum multis Titios amicos haberet. errauerat in nomine, *vel prænominis*, vel cognomine, cum in corpore non errasset. poteritne postea declarare de quo fenserit? & puto posse. nihil enim nunc dat, sed datum significat. Sed & si notam postea adiecerit legato velsua voce vel litteris, vel summarum, vel nomen legatarij, quod non scripsérat, vel numerorum qualitatem: an recte fecerit? & puto etiam qualitatem nummorum posse postea addi. nam ethi adiecta non fuisset, utique placeret coniectionem fieri eius quod reliquit, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patris familias, vel regionis. In testamentis^d, in quibus testes rogati adesse debent, ut testamentum fiat: alterius rei causa fortè rogatos, ad testandum non esse idoneos placet. quod sic accipiendum est, vt licet ad aliam rem sint rogati, vel collecti: si tamen ante testimonium certiorientur ad testamentum *se* adhibitos: posse eos testimonium suum recte perhibere. Vno contextu factus testari oportet. est autem vno contextu, nullum actum alienum testamento intermisere. quod (si) aliquid pertinens ad testamentum faciat, testamentum non vitiatur.

D e testibus.

X X I I . I D E M libro trigensimo nono ad E dictum^e

Ad testium numerum simul adhiberi possumus: ut ego & apater & plures qui fuimus^f in eiusdem potestate. Conditionem testium tunc inspicere debemus, cum signaret, non mortis tempore. si igitur tunc cuius signarent, tales fuerint ut adhiberi possint: nihil nocet si quid postea eis contigerit. Si ab ipso testatore anulum accepero, & signauero: testamentum valet, quasi alio signauerim. Si signa turbata sint ab ipso testatore, non videtur signatum.

Requiritur signatio & subscriptio: & alterum sine altero non valet.

Si quis ex testibus nomen suum non adscriperit, verumtamen signauerit: pro eo est atque si adhibitus non esset. & s a v f i , v t

^a explanari

^b legauit,

^c Item Titio

^d legauit amico,

^e In alijs negotijs vero
hile necessiterrogatos
adesse. sed idem. de
testi. supra.

^f adiutoris
Nisi fore nec possit
in causa. I. cum an-
tiquitas. §. si quid
autem. C. de testam.

a sed & s.

b impresso

c Bero e censor his
decess negationem,
ut non contineat

fi^a, vt multifaciunt, adscripsiterit se, non tamē signauerit: adhuc idem dicemus. Signum autē vtrum anulo tantum iN-^b pressum^b adhibemus: an verò & si nō anulo, verūm alio quodā iNpresso^b variè enim homines signāt. & magis est, vt tan-^c tūm anulo quis possit signare: dū tamē habeat X A P A K T H-
P A. Posse & nocte signari testamentum, nulla dubitatio^d est. Signatas tabulas accipi oportet, & si sint eo quo tabule in-
uolutae sunt, signa iNpresso^b fuerint.

x x i i . i d e m libro quarto Disputationum^e

S I testamentum quod reignauerit testator, iterum signatū^f fuerit septem testium signis: non erit iNperfectū. sed vtro-^g; iure valebit tam ciuili quam prætorio.

x x i i i i f l o r e n t i n v s libro decimo Insti-
tutionum^h

V Num testamentum pluribus exemplis consignare quis potest. idque interdum necessarium est. fortè si nauigatu-
rus & secum ferre & relinquere iudiciorum suorum teſta-
mentum velit.

Testamentum imperfectum.

x x v . i a v o l e n v s libro quinto Posteriorum

Labeonis

d Signis

e Hinc apparet teste-
torum non expressissime
totam fidem velutine
sem. Itaq; pilmirum
est, testamentum esse
nullum, in quo non
est iusta sententia vo-
luntatis testatoris.f Quod si constat ex
expressis, & deces-
sionibus aliquid ex
sollemnibus, vt si for-
si nomen alienum ex
hereditibus non essetg scriptum in eo tau-
tum quod omissum
est, non valet testame-
ntum. Iubemus. g.
quod si non fuerit. C.
de testimoniis.h Ex iuris de minori
Fieri dubitabat
Labeo, s. qui non
erat regatus ad testi-
moniorum dicendum
posset esse testimoni.i Heredes. h. in testa-
mentis. s. p. o. o.k consultis; in Flor.
foren consuleris.
i valde

S Iⁱ d is qui testamentum faceret, heredibus primis nuncupa-
tis, prius quam secūdos exprimeret heredes, obm. Otuſlet:
magis cœpisse cum testamentum facere quam fecisse, Varus
digestorum libro primo Seruum respondisse scripsit. itaque
primos heredes ex eo testamēto non futuros. Labeo tum hoc
verum esse existimat, si constaret voluisse plures eum qui te-
stamentum fecisset, heredes pronuntiare. ego nec Seruum
puto aliud sensisse.

x x v i . g a i v s libro vicensimo secundo ad Edi-
ctum prouinciale^j

C Vm^k lege quis intestabilis iubetur esse, ed pertinet, ne eius
testimonium recipiat. & eo amplius, vt quidam pu-
tant, neve ipsi dicatur testimonium.

De testibus.

x x v i i . c e l s v s libro quindecimo Digestorum^l

D Omitius Labeo Celso suo salutem. Quero an^m testium
numero habendus sit is, qui cum rogatus est ad testamen-
tum scribendum, idem quoque cum tabulas scripſisset, sig-
nauerit. Iubentius Celsus Labeoni suo salutem. *Aut*non
intelligo quid sit, de quo me consulterisⁿ: aut valide^o stulta est
consultatio tua. plus enim quam ridiculum est dubitare, an
aliquis iure testis adhibitus sit, quoniam idem & tabulas te-
stamenti scripſerit.

XXVIII. M O D E S T I N V s libro nono Regularum!
Seu licet alienus, iussu testatoris testamentum scribere
 non prohibetur.

Testamentum imperfectum.

XXIX. P A V L V s libro quartodecimo Respon-
 sorum

EX ea scriptura, quæ ad testamentū faciendum parabatur,
 si nullo iure testamentum perfectum esset: nec ea, quæ fi-
 deicommissorum verba habent; ^a peti posse. Ex his^b verbis,
 quæ^c scriptura^d paterfamilias addidit, ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ
 ΔΙΑΘΗΚΗΝ ΡΟΥΔΟΜΑΙ ΕΙΝΑΙ ΚΥΡΙΑΝ ΕΠΙ
 ΠΑΣΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ, videri cum voluisse omnimodo va-
 lere ea quæ reliquit, etiam si intestatus deceperisset.

XXX. I D E M libro tertio Sententiarum!

Singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chi-
 rographo adnotare conuenit, quis, & cuius testamentum
 signauerit.

XXXI. I D E M libro quinto Sententiarum!

EIUS bona, qui se Imperatorem facturum heredem esse ia-
 stauerat, à fisco occupari non possunt. ^e

DE LIBERIS ET POSTVMIS HEREDIBVS
 INSTITVENDIS VEL EXHERE-
 DANDIS^h TIT. II.

Filius nominatim exheredandus.

V L P I A N V s libro primo ad Sabinum!

QVIDⁱ sit nominatim exheredari^k videamus. nomen
 & prénom & cognomen eius dicendum est: an suffi-
 cit vel vnum ex his^j & constat sufficere.

II. I D E M libro sexto Regularum!

Nominatim exheredatus filius & ita videtur, **F I L I V S**
 M E V S E X H E R E S E S T O , si^l nec nomen eius ex-
 pressum sit, si modò vnicus sit, nam si plures sunt filii, Venig-
 na interpretatione potius à plerisque respondet, nullum ex
 heredatum esse.

III. I D E M libro primo ad Sabinum!

ET si pepercérat^m filium dicere, ex Seia autem natum dixit:
 Electe exheredat, & sic cum conuicio dixerit, **N O N N O-**
M I N A N D V S, vel **N O N F I L I V S M E V S**, **L A T R O**,
G L A D I A T O R: magis est ut recte exheredatus sit. & ⁿ si ex
 adultero^p natum dixerit. Pure^q autem filium exheredati
 Julianus putat, qua sententia vitimur.

Exheredari

a haberent.
 b Idem respondit
 ex his verbis,
 c Hac verba, quæ
 scriptura, &c. in
 quibusdam exempli
 post grecos etiam
 sunt.

d scripturæ, vel in
 scriptura
 e H. e greca verba
 male resunt apud
 Accursius quibus
 claram est etiam com-
 prehendit hereditis in-
 stitutio: ne, que siue
 re directo insisteri
 negubitis. **f** fidicomi-
 ssum plecitur. At
 Lib. 2. dispu. P. ca. 19.
 f Coniungit, penalis,
 de hered. insistit. &
 l. 2. de leg. 3.

g Texta hoc aquifit
 sum Imperatorie Per-
 tinacia edita refert
 Iulius Capitolinus
 in eodem.
 h exhereditis,
 vel preteritis.
 i Coniunge l. 2. de
 hered. insit.
 k exheredare

m percepit. Re-
 sis est Flur.
 n vel si filius
 o sed & si
 p adulterio
 q Nō sub conditione
 causa ratio est, si sub
 conditione, de bono
 possessor, tabu. nō
 filius, qui sub condi-
 tione instituitur, sub
 contraria exherede-
 tur. l. f. p. s. filii, &
 insit. vel subdit. Co-

Exheredari debet filius à toto gradu, aut ab omnibus gradibus si plures sint.

a Filius autem

Filius^a inter medias quoque heredum institutiones rectè exheredatur. & erit à toto gradu summotus. nisi forte ab unius persona eum testator exheredauerit. nam si hoc fecit. vitiosa erit exheredatio. quemadmodum si ita eum exheredauerit: *Q V I S Q V I S M I H I E R I T F I L I V S^b E X H E R E S E S T O .* nam. vt Julianus scribit. huiusmodi exheredatio vitiosa est. quoniam post aditam hereditatem voluit eum summotum.^c quod est in possibile. Ante heredis institutionem exheredatus. ab omnibus gradibus summotus est. Inter duos lautes gradus exheredatus. ab utroque remotus est secundum Scœuolæ sententiam. quam puto veram. In eo qui miscuit duos gradus. exheredationem valere Mauricianus^d rectè putat. veluti *P R I M V S H E R E S E S T O E X S E M I S S E . S I P R I M V S H E R E S N O N E R I T , S E C V N D V S E X S E M I S S E I H E R E S E S T O . T E R T I V S E X A L I O S E M I S S E H E R E S E S T O , F I L I V S^e E X H E R E S E S T O . S I T E R T I V S H E R E S N O N E R I T , Q V A R T V S H E R E S E S T O .* nam ab utroque gradu summotus est. Si ita testatus sit paterfamilias. vt à primo quidem gradu filium præteriret. à secundo solo exheredaret: Sabinus & Cassius & Julianus putant. perempto primo gradu testamentum ab eo gratiū exordium capere. unde filius exheredatus est. quæ sententia comprobata est.

De institutione posthumī.

III. IDEM libro tertio ad Sabinum^f

g effici potest.

Pacet omnem masculum posse postumum heredem scribere. siue iam maritus fit. siue nondum vxorem duxerit. nam & maritus repudiare vxorem potest: & qui non duxit vxorem. postea maritus effici. & nam & cum maritus postumum heredem scribit. non utique is solus postumus scriptus videtur. qui ex ea. quam habet vxorem. ei natus est. vel *is* qui tunc in utero est: verum is quoque qui ex quacumque uxore nascatur.

v. I A U O L E N V S libro primo ex Cassio

IDeoq; qui postumum heredem instituit. si post testamentum factum mutauit matrimonium: is institutus videtur. qui ex posteriore matrimonio natus est.

vi. V L P I A N V S libro tertio ad Sabinum

SEd est quæsumus an is qui generare facilè non possit. postumum heredem facere possit. & scribit^g Cassius & Iauolenus posse. nam & uxore ducere & adoptare potest. Spadonem^h quoq; posse postumum heredem scribere. & Labeo & Cassius scribunt. quoniam nec ætas nec sterilitas ei rei impedimenta.

^h Vide Institutiones Theophiliani. de adop. & sed & illud. i. scribunt.
ⁱ Spado hic specialiter accipit.

mento est. Sed si castratus sit, Julianus Proculi opinionem secutus, non putat postumum heredē posse instituere. quo iure vtimur. Hermaphroditus planè, si in eo virilia præbalebunt, postumum heredem instituere poterit.

VII. PAULVS libro primo ad Sabinum¹

Si filius^a qui in potestate est præteritus sit, & viuo patre de- ^a Mius citat
cedat: testamentum non valet. nec superius rumpetur. & eo iure vtmur.

Filius iam natus rumpit spem eius gradus, à quo præteritus est incontinenti: posthumus vero, statim cùn nascitur.

VIII. POMPONIVS libro primo ad Sa-
binum¹

Si^b primo herede instituto filium exheredauero, à secundo autem subtituto non exheredauero: & dum^c pendet an prior aditus sit, filius deceperit: secundū^d sententia qua vtimur, non erit secundus heres: quasi ab initio inutiliter institutus, cū ab eo filius exheredatus non sit. quod^e si in postumo filio idem acciderit, vt natus viuo^f patre, à quo exheredatus sit, moriatur, eadem dicenda erunt de substituto: quoniam cū^g est natus filius, loco cuius est qui superest est.

De institutione posthumi.

^b Si à prime
^c dum id penderet

^d Iuliani sententia

^e sed & si
^f viuo Prima. Qua
leatione tollis inge-
rem dubitationem,
qua apud Assurium
est.

IX. PAULVS libro primo ad Sabinum¹

Si quis postumos, quos per ætatem aut valetudinem habe- ^g rumpit
re forte non potest, heredes instituit: superius testamentum reque est, si in hostium potestate filius sit, & deceperit in eodem statu: ru. nptit enim his casibus nepos testamentum. quod moriente auo filiⁱ ius pependerit.^k non absicium, ut superiore casu, fuerit.^l Sed & si heres institutus omiserit hereditatem, erit legitimus heres. quoniā hac verba, ^m T E S T A T O M M O R I T V R , ad idⁿ tempus referuntur, quod^o testamentum destituit, non quod^p moritur. Sed si ex ea, quā nefas sit ducere postumum heredem instituero: nō putat rumpi testamentum Pōponius. Sed si per adoptionem sororem factam habeā, potero postumum ex ea heredem institue- te: quia adoptione soluta possum eam^q ducere vxorem.

^g Nota filii prefilii.
August. lib. 3. c. 27. sicut
de.

^h Propter ius postli-
minij. & si ab hosti-
bus, quibus medius
patr. postea. solu. in-
stit. incepere. Ac-
cur. repudauerit, vel,
repudianter.

ⁱ fuit.

^j inestatus

^k idem

^l o quo

^m quo. Reliore est
hac lelio.

^o eam postea

X. POMPONIUS libro primo ad Sabinum[¶]

COINMODISSIUS est qui nondum natus ^{est}, ita heres instituitur, sive vivo sive mortuo natus fverit, heres esto. aut etiam pure, neutrius temporis habita mentione. si alteruter casus omissus fuerit, ex casu, qui ^a omissus sit natus rumpit testamentum: quia ^b hic filius ^c nec sub condicione quidem scriptus heres intelligitur, qui in hunc casum nascitur qui non est testamento apprehensus.

Suis heres.

XI. PAULVS libro secundo ad Sabinum[¶]

IN suis heredibus euidentius apparet continuacione domini ^d ed re perducere, ut nulla videatur hereditas fuisse. quasi olim hi domini essent, quietam viuo patre quodammodo domini existimantur. vnde etiam filius familias appellatur sicut paterfamilias: sola nota hac adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit. itaque post mortem patris non hereditatem percipere ^e videntur, sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur: ^f hac ex causa licet non sint heredes instituti, domini ^d sunt. ^e nec obstat quod licet eos exheredare: quod ^f & occidere licebat.

Nasci quid sit.

XII. VELIANVS libro nono ad Sabinum[¶]

QUOD dicitur filium natum rumpere testamentum: natu ^g accipe & si exsector ventre editus sit: nam & hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate. Quid tamen si non integrum animal editum sit, cum spiritu tamen ^h adhuc testamentum rumpat? & hoc ⁱ tamen ^h rumpit.

Interpretatio voluntatis.

XIII. IVLIANVS libro vicensimo nono Digestorum[¶]

SI ita scriptum sit, si FILIUS MIHI NATVS FVERIT, EX UESSE HERES ESTO: EX RELIQVA PARTE VXOR MEA HERES ESTO. SI VERO FILIA MIHI NATA FVERIT, EX TRIENTE HERES ESTO: EX RELIQVA PARTE VXOR HERES ESTO: & filius & filia natu essent, dicendum est assiem distribuendum esse in septem partes: ut ex his filius quattuor, vxor duas, filia unam partem habeat. ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto amplius habebit quam vxor. item vxor altero tanto amplius quam ^j filia. licet enim suptili iuris regulæ conuenienter ruptum fieri testamentum, attainen quam ^k ex utroque nato testator voluerit vxore aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate suggestente decursum est. quod etiam Iuuentio Celso apertissime placuit: Regula est iuris

^b Id est, name primus
accipere.
^c et consequit.
^d tamen domini
^e Huc pectas illud
Pauli ad Rom. c. 8. §
filii ergo heredes.
^f quod

^g Hic
^h tamen
ⁱ cum es

^j quam
^k conuenienter
^l cum es

est juris ciuilis, qua constitutum est hereditatem^a adimi non posse, propter quam liber & heres esse iussus, ^b quamvis do- minus ademerit eodem testamento libertatem, nihil minus & libertatem & hereditatem habebit. Testamentum quod hoc modo scribitur, TITIVS POST MORTEM FILIE MEI HERES ESTO, FILIVS EX HERES ESTO, nulius momenti est. quia filius post mortem suam exheredatus est. quare & contra tabulas paternorum libertorum huiusmodi filius bonorum possessionem accipere poterit.

De præteritione posthumæ.

X I V I. A F R I C A N V S libro quarto Quæstio-
num¹

SI postumus à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus sit: quamvis eo tempore nascatur, quo ad heredes primo gradu scriptos pertineat hereditas, secundum tamē grā dum vitiari placet: ad hoc ut prætermittentibus institutis ipse heres existat. immo & si defuncto eo heredes instituti omiserint hereditatē, non posse substitutos adire. Itaque & si à primo gradu exheredatus, à secundo præteritus, à tertio exheredatus sit, & viuentibus primis & deliberantibus decedat: quæri solet omittentibus primis aditionem, vtrum ad eos qui tertio gradu scripti sint, an potius ad legitimos heredes pertineat hereditas. quo & ipso casu rectius existimari putauit, ad legitimos eam pertinere. nam & cum duobus heredibus institutis, & in singulorum locum facta substitutione, à primis exheredatus postumus, à secundis præteritus fuerit: si alter ex institutis omiserit, quamvis postumus excludatur, non tamē magis substitutum admitti. Quod vulgo dicitur, cum grā dum à quo filius præteritus sit non valere: non usqueaque verum esse ait. nam si primo gradu heres institutus sit filius, non debere eum à substitutis exheredari. ideoque si filio & Titio heredibus institutis, Titio ^c Mæuius substitutus sit: omittente Titio hereditatem, Mæuium eā adire posse: quam-

suis filius secundo ^d gradu exheredatus non sit. Si quis ita scriperit, ILLE QVEM SCIO EX ME NATUM NON
ESSERE, EX HERES EST: hanc exheredationem ita nullius momenti esse ait, si probetur ex eo natus. non enim vide ri quasi filium exheredatum esse, cum ^e elogium pater cuīm filium exheredaret ^f proposuisset, ^g & adiecerit ^h propter ⁱ eam causam exheredare: probaturque patrem circa causam exheredationis errasse.

X V. V L P I A N V S libro primo ad Sabinum!

IDem est & si ita dixerit, ILLE ILLIVS FILIVS EX HERES ESTO, patrem ei adulterum per errorem adsi gnans.

^c Nō restat Halsan.
Titius & Mæuius.
quod etiam Accurs.
duplicet. Aug. lib. 3.
emend. c. 7.
d exsecundo

^e quandoquidem
^f exheredare
^g adiecerit
^h propter quā eum
ⁱ causam exhereda rete.

XVI. AFRICANVS libro quarto Quæstionum[¶]

SI filius heres institutus sit omislo postumo, filioque substitutus nepos ex eo sit: si interim moriatur filius postumo non nato, ne potem tam patri quam aucto suum heredem futurum. quod si nemo filio substitutus sit, & solus ipse institutus sit: tunc quia eo tempore quo is moriatur, certum esse incipit neminem ex eo testamento heredem fore, ipse filius intestato patri heres existat. sicut euenire solet, cum sub ea conditione que in ipsis potestate erit, filius heres institutus, prius quam ei pareret moriatur.

XVII. FLORENTINVS libro decimo Institu-
tionum[¶]

Filiij etiam hoc modo exheredantur. **FILIVS EXHE-
RES SIT. FILIVS EXHERES ERIT.**

XVIII. VLPIANVS libro quinquagesimo septi-
mo ad Edictum[¶]

Multib[us] non notæ causa exheredant filios, nec vt eis obsint, sed vt eis consulant: utputa impuberibus. eisque fideicommissam hereditatem dant.

Interpretatio voluntatis:

XVIII. PAULVS libro primo ad Vi-
tellium[¶]

CVM quidam filiam ex aſſe heredem scripſiſſet, filioq[ue] quæ in potestate habebat, decē legaſiſſet: adiecit, **ET IN CREA-
TERA PARTE EXHERES MIHI ERIT: & querere-
tur an recte exheredatus videretur, Scœuola respondit, non
videtur. & in disputando ad Iciebat ideo non valere, quoniā nec fundi exheres esse iuſſus recte exheredaretur. aliamq[ue] cau-
ſam esse institutionis, qua[re] benignè acciperetur: exheredatio-
nes autem non eſſent adiuuandæ.**

XX. MODESTINVS libro secundo Pande-
tarum[¶]

SVb condicione filius heres institutus, si pendente cōdicio-
ne adrogandum ſe dedit: necessarius heres non erit.

XXI. POMPONIVS libro secundo ad Quintum
Mucium[¶]

SI filium nominatiſ exheredauerō, & eum poſtea heredē
inſtituero: heres erit.

XXII. TERENTIVS CLEMENS libro septimo-
decimo ad Legem Iuliam & Papiam[¶]

CVM poſtumus ſe ſubcondicione inſtituitur, ſi prius quam
naſcatur, condicio extiterit: non rumpitur teſtamentum
poſtumi adgnatione.

Adoptio.

a Vide Gouea, lib. x.
caſ. Leti, cuius in-
terpretatione quidā
maligā laefactare
conſervat.

b Et ib. de iniur.

c terda
d reſpondebat.
† videti

e. eſſe adiuvandas

f Continetur l. 67. de
hered. inſtit.

g poſthumus heres

*Adoptio.***XXIII. PAPINIANVS** libro duodecimo *Quæstionum*¹

Filio quem pater post emancipationem à se factam iterum adrogauit, exheredationē antea scriptam nocere dixi, nam in omni ferē iure sic obs. ruari conuenit, vt veri patris adoptiūs filius numquam intellegatur: ne imaginē naturae veritas adumbretur. videlicet quod non translatus, sed redditus videretur. nec multum puto referre; quod ad propositum attinet, quod loco nepotis filium exheredatum pater adrogauit.

Si Titius heres institutus loco nepotis adoptetur: defuncto postea filio qui pater videatur, nepotis successione non rumpitur testamentum ab eo qui heres inuenitur.

XXIV. PAULVS libro nono *Quæstionum*¹

Postuma sub condicione heres instituta, si pendente condicione viuo patre nascatur, rumpit testamentum.

XXV. IDEM libro duodecimo *Responsorum*

Titius testamento heredem instituit, & filium habens sic exheredationem posuit: CETERI OMNES FILII FILIAEQUE MEAE EXHEREDES SVNTO. Paulus respondit, filium recte exheredatum videri. postea consultus an videatur exheredatus quem pater putauit decessisse, respondit, filios & filias nominatim exheredatos propōni. de errore autem patris, qui intercessisse proponitur, apud iudicem agi oportere.

Interpretatio voluntatis.

Lucius Titius cum supra sua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnatam rure agentem: scripsit id quod in utero haberet ex parte heredem. quærō cum ipsa die qua Titius ordinaret testamentum in ciuitate, hora diei sexta, leodem die laetescente a cælo rute fit enixa Maeuia masculum, an institutione heredis valeat cu[m] quo tempore scriberetur testamentum, iam editus esset partus. Paulus respondit, verba quidem testamenti ad eum prout ipse directa videri, qui post testamentum factum nasceretur. sed si vt proponitur, eadem die, qua testamentum factum est, neptis testatoris antequam testamentum scriberetur enixa esset, licet ignorantे testatore, tamen institutionem iure factam videri recte responderi.^b

^a calecente^b respondi.**XXVI. PAULVS** libro tertio *Sententiarum*¹

Filius familias^c si militet, vt paganus nominatim à patre ^d Filius familias miles similiter Diuī Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exherederet.

Pars v.



XXVI.



XXVII. IDEM libro tertio ad Neratium^b

P Ostimum ex qualibet vidua natum sibi filium heredem instituere potest.

Si exhereditatio facta in conditionis defectum non potest confirmari aditione, testamentum est nullum, & filius patri ab intestato succedit.

XXVIII. TRYPHON IN V S libro vicensimo Disputationum^c

a Coniuge l.20. de bono. possit. contr. tab.

b vixit,

c rumpetur

F Illius^a à patre cuius in potestate est, sub cōdicione quæ non est in ipsius potestate, heres institutus, & in defectū condicione exhereditatus, dēcessit pendente etiam tunc condicione tam institutionis quam exhereditationis. dixi heredem eum ab intestato mortuum esse. quia dum viuit,^b neque ex testamento heres, neque exhereditatus fuit. herede autem scripto ex parte filio, coheres post mortem filii institui potest.

Qui morte avi recedit in potestatem patris, si ante reperitur institutus, testamentum non rumpitur.

Filius familias miles de castrensi peculio fecit testamentū, habens filium in eiusdem potestate. cum militare desisset, pater eodemque anno defuncto: quæstum est an rumpetur eius testamentum. Non quidem adoptauit, nec hodie ei natus est filius, nec priore subducto de potestate suo herede, ulterior successit in proximum locum: sed tamen in potestate sua habere coepit quem non habebat. simulque pater familias factus est, & filius sub eius reccidit potestate. rumpetur ergo testamentum. sed si heres sit institutus, vel exhereditatus iste eius filius, non rumpitur. quia nullo circa eum nouo facto, sed ordine quodam naturali natus est potestatē. Si quis ex certa uxore natum scribit heredem, in periculum rumpendi testamentum decudicit, ex alia suscep̄tis liberis.

Potest quis instituere posthumum ex ea, quæ tunc sibi uxor esse non potest honestā: sed spes est quod esse posset.

S i quis eo tempore, quo nondum eius uxor esse posset, testator natum ex ea scripsit heredem: an postea contracto licito matrimonio natus, heres ex testamento esse possit. quæritur, veluti si scribas hodie heredē, qui tibi ex Titia natus erit: quando Titia ancilla, vel minor annis vigintiquinque ea cuius pater tuus tutelam administravit, aut tutor tu ipse fuisti. postea Titia uxor iusta tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore annorum vigintiquinque, & utilis anni, & rationū allegatione: an natus heres esse possit? nemo certè dubitat ex Titia, quæ tunc propter tenorem hætatis uxor duci non potuit, quando testamentum fiebat, natum postea ea uxor deta, heredem esse posse. Et generaliter nato post testamentum herede scripto, aditus est ad hereditatem, in qualicunque statu testa-

d uancilla,
e est

f postea quo
g velà

h minorū statum

testamenti faciendi tempore fuit quæ postea testatori ciuili-
ter nupta est. Quid autem si filium post testamentum na-
tum ex besle, filiam autem post testamētum natam ex triente
scripsit heredem, nec vllum coheredē dedit, nec substituit in-
uicem alium? vnum natus solus ex testamento fit heres.

a nec alium?

*Ratio instituendi posthumos nepotes: ne rumpa-
tur testamentum.*

XXVIIII. SCAEVOLA libro sexto Quæstionum

Gallus sic posse institui postumos nepotes induxit, s i F I L I U S M E V S V I V O M E M O R I E T V R , T V N C S I Q V I S M I H I E X E O N E P O S S I V E Q V A E N E P T I S P O S T M O R T E M M E A M I N D E C E M M E N S I B V S P R O X I M I S , Q V I B V S F I L I U S M E V S M O R E R E T V R , N A T V S N A T A E R I T : H E R E D E S . S V N T O . Quidam recte admittendum credunt, etiam si non exprimat de morte filij, sed simpliciter instituat: vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. Idem credendū est Gallum existimasse & de pronepote: vt dicatur testator, s i * M E * V I V O N E P O S D E C E D A T , T V N C Q V I E X E O P R O N E P O S , & cetera. Sed & si viuo filio, iam mortuo pronepote, ^dcuius vxor prægnas esset, testamētum faceret: potest dicere, s i M E V I V O F I L I U S D E C E D A T ; T V N C Q V I P R O N E P O S .

Num si & filius & nepos viuat, concipere utrisque mortuis, viuose, tunc qui pronepos nasceretur? quod similiter admittendum est, ita sanè, si prius nepos deinde filius decederet. ne

2 successione testamentū rumpetur. Et quid si tantum in mortis filij casum conciperet? quid enim si aquæ & ignis interdictione periretur? quid si nepos, ex quo pronepos institueretur, vt ostendimus, emancipatus esset? hi enim casus, & omnes ex quibus suus heres post mortem scilicet aui nasceretur, non pertinent ad legem Velleam. sed ex sententia legis Velleæ & hæc omnia admittenda sunt, vt ad similitudinem mor

3 tis eeteri casus admittendi sint. Quid si qui filium apud hostes habebat testaresur, quare non induxere, svt si ante aquam & ignem indecideret: tunc deinde nepos, vel etiam adhuc illis viuis post mortem scilicet aui nasceretur, non rumparetur nam hic casus ad legem Velleam non pertinet. melius ergo est, vt in eiusmodi utilitate, presertim post legem Velleam quæ & multos casus rumpendi ab tulit, interpretatio admittatur, vt instituens nepotem qui sibi post mortem suis nasceretur, recte instituisse videatur quibuscumque casibus nepos post mortem natus suis esset, rumpere que preteritus. atque etiam si generaliter, quidquid sibi liberorum natum erit post mortem, aut, quicumque natus fuerit sit institutus,

e aqua & igne

f his

g induxit.

b Gallus Aquilius
c De posthumo suo i
d alieno disputatione
huc videlicet pertinent
est perpendere. Puar.
2. Disput. c. 8. cuius
luctationes orationes
immortalis memoria
digne si quando in lu
tatione exercerint, hanc
legem difficillimam
e ova rufinæ fac
cillimæ & planissi
mæ ab eo explicariam
esse omnes, facti bunt
tur. Lauerim vide AL
c. lib. 5. paral. c. 1.
e sequent. & Le
lium Taxeum.
d nepote,

a suus heres nasce- sis uos^a nasceretur.. Si eius qui filium habeat, & Ineptem tur.
b instituerat, ex eo instituat,^b nurus prægnas ab hostibus capta sit, ibique
c viuo auo, & eius viuo^c pariat, mox ille post mortem patris atque aui redeat:
filio

vtrum hic casus ad legem Velleam respiciat, an ad ius anti-

d idem
e mortuo eo, vel
auo.
f an ex
g adhuc dubiter

b mortuo

i obseruandum
k vt &
l quod id
m est necesse

n quid ergo
o tamen

quum aptandus fit? possitque vel ex iure antiquo, vel ex Vellea institutus non rumpere? quod^d querendum est, si iam mor

tuo filio proneptem instituat, redeatque mortuo.^e Sed cum

testamentum ab eo non rumpitur, nihil refert vtrum^f ex iure

antiquo an ex lege Vellea excludatur. Foris tan^g addubitet

quis an istis casibus, si nepos post testamentum nascatur viuo

patre suo, deinde ex eo concipiatur, isque viuo^h patre deinde

auo nascatur: an non potuerit heres institui, quia pater ipsius

non recte institutus esset. quod minimè est expauescendum.

hic enim suus heres nascitur, & post mortem nascitur. ergo &

si pronepos admittetur qui natus erit ex nepote, postea viuo

filio, atque si ex eo natus esⁱ et adoptatur. In omnibus his spe

ciebus illud seruandum^j est, vt^k filius dumtaxat qui est in po-

testate, ex aliqua parte sit heres institutus. nam frustra exhe-

redabitur post mortem suam. quod^l non esse^m necessariò in

eo filio qui apud hostesⁿ est, si ibi decedat: & in nepote certe

& pronepote. quorum si liberi heredes instituantur, institu-

tionem numquam exigemus: quia possunt præteriri. Nunc

de lege Vellea videamus. voluit viuis nobis natos similiter

non rumpere testamentum. & videtur primum caput eos spe

ctare, qui cum nascerentur, sui heredes futuri es^ont. & nrogo

si filium habeas, & nepotem nondum natum tantum^p ex eo

heredem instituas: filius decedat: mox viuo te nepos nascatur?

ex verbis dicendum est non rumpi testamētum. vt non solum

illud primo capite notauerit, sinepos qui eo tēpore institua-

tur, quo filius non sit: verū & si viuo patre nascatur. quid

enim necesse est tempus testamenti faciendi respici, cum satis

sit obseruari id tempus quo nascitur? nam etsi ita verba sunt,

Q VI T E S T A M E N T U M F A C I E T , I S O M N I S V I-

R I L I S S E X V S , Q V I E I S V V S H E R E S F V T V R V S

p erit, cùm nasc-
eretur, instituendi
necessariò potesta-
tem habeat,

q In quib[us]dam li-
bris hic incipit no-
nus g.

† virusque

E R I T , & cetera: etiam^q si [viuente] parente viuo nascantur,

sequenti parte succedētes in locum liberorū, non vult^r*lex*^s

rumpere testamentum. & ita interpretandum est, vt si & filiū

& nepotem & pronepotem habeas: mortuis^t vtique prone-

pos institutus succedens in sui heredis locum, non rumpat. Et

Venē verba se habēnt, si Q V I S E X S V I S H E R E D I-

B V S S V V S H E R E S E S S E D E S I E R I T , ad omnes ca-

sus pertinentia, quos supplendos in Galli Aquili sententia

diximus. nec solū si nepos viuo patre decedat, nec succedēs

pronepos auo mortuo rumpat: sed & si superuixit patri, ac

decedat. dummodo heres institutus sit, aut exheredatus.

Viden-

4

5

6

7

8

9

10

11

8 Videndū, num hac posteriore parte, si QVIS EX SVIS
HEREDIBVS SVVS HERES ESS E DESIERIT, LI-
BERI E IVS, & cetera, ^a IN LOCVM SVORVM SVIB
HEREDES SVCCEDVNT O, possit interpretatione in-
duci, vt si filium apud hostes habens, nepotem ex eo heredem
instituas: non tantū si viuo te filius decedat, sed etiam post
mortem, antequā ab hostibus reuersus fuerit, succedendo non
rumpet. nihil enim addidit, quo significare tempus: nisi quod,
licet audenter, possis dicere viuo patre hunc suum heredem
esse desisse, licet post mortem decedat: quia nec reddit, nec po-
9 test redire. Ille casus in difficulte est, *si*filium habeas, & ne-
potem nondum natum instituas, isque nascatur viuo patre
suo, ac mox pater decedat. non enim suus heres est tempore
quo nascatur: nec posteriori alij succedendo prohiberi vide-
tur rumpere, quam qui iam natus erit. Denique ^b & superiore
capite vt liceat institui nondum natos, qui cum nascentur sui
erunt, permitti. ^c posteriorē capite non permittit institui, sed ^d permittit.
vetat rumpi. neve ob eam rem minus ratum esset quod succe-
dit. Porrò procedere debet, vt utiliter sit institutus. quod nul-
lo iure potuit qui nondum natus erat. Iuliano tamen videre-
tur, duobus quasi capitibus legis commixtis, in hoc quoque
inducere legem, ne rumpantur testamēta. Quæremus tamen,
cum recepta est ^e Iuliano sententia, an si nascatur nepos viuo ^f Iuliani
patre suo, deinde emancipetur: sponte adire possit hereditatē.
quod magis probandum est. nam emancipatione suus heres
fieri non potuit.

xxx. G A I V s libro septimodecimo ad Edictum
prouinciale

I Nter cetera, quæ ad ordinanda testamenta necessariò desi-
derantur, principale ius est de liberis heredibus instituendis ^g Ex ist. quemadmo-
vel exheredandis. ne præteritis istis rumpatur testamentum. dum testa. aperian.
namque filio qui in potestate est præterito, inutile est testa-
mentum.^h & exheredandis.

xxxii. P A V L V s libro secundo ad Sabinum

D VM apud hostes est filius, pater iure fecit testamentum,
& recte eum præterit. cum si in potestate esset filius, ni-
hil valiturum esset testamentum.

^g Hoc apud priscos
non obseruebatur.
^h Ibi, lib. t. ab vr. cōd.
ibi, Lucunio super-
fuit patria.
ⁱ Cūm

xxxii. M A R C I A N V S libro secundo Regularum
SI filio emancipato exheredato, is qui in potestate est præ-
teritus sit: ipse quidem emancipatus i si contra tabulas i & fi-
petat nihil agit. ab intellecto autem & suus & emanca-
tus venient.

D E ^a I N I V S T O R V M P T O ^b I R R I T O F A C T O
T E S T A M E N T O T I T . I I I .

P A P I N I A N V S libro primo Definitionum

TE STAMENTVM aut non iure factum dicitur, vbi sollempnia iuris defuerunt: aut nullius esse momenti, cum filius qui fuit in patris potestate præteritus est: aut rumpitur alio testamento ex quo heres existere poterit, vel adgnatione sui heredis: aut in irritum constituitur, non adita hereditate.

I I . V I P I A N V S libro secundo ad Sabinum

TVNC autem prius testamentum rumpitur, cum posterius ritè perfectum est. nisi forte posterius vel iure militari sit factum, vel in eo scriptus est qui ab intestato venire potest. tunc enim & posteriore non perfecto superius rumpitur.

De posthumorum exheredatione.

I I I . I D E M libro tertio ad Sabinum

POstumi per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum nominatim exheredandi sunt, ne testamentum adgnascendo rumpant. Postumos autem dicimus eos dumtaxat, qui post mortem parentis nascuntur. sed & hi qui post testamentum factum in vita nascuntur, ita demum per legem Velleam rumpere testamentum prohibentur, si nominatim sint exheredati. vnde etiam ante heredis institutionem, vel inter medias heredum institutiones, vel inter gradus exheredari possunt, nam Diuus Marcus decreuit idem in postumo quod^c in filio seruandum, nec ratio diuersitatis reddi potest. Ex his apparet aliam causam esse filiorum superstitum,

^e quod & in^f posthumorum.

^g Miles Halcander. sed & si stante hoc.
^h Miles Halcander addidit negationem exheredatus non fit. Aug. li. 1. emen. cap. 2.

aliam posteriorum. filii iniustum faciunt, hi rumpunt. illi semper, hi si nascantur, nec inueniant se exheredatos. Sed & siⁱ sit ante hoc aliud testamentum, à quo postumus exheredatus^h sit: placet, siue post mortem testatoris nascatur siue viuo testatore, vtrumque rumpendum esse, & superius per inferius, & inferius per postumum. Nominatim autem exheredatus postumus videtur, siue ita dixerit, Q V I C V M Q V E M I H I N A S C R E T V R : siue ita, E X S E I A : siue ita, V E N T E R E X H E R E S E S T O . sed & si dixerit, P O S T U M U S E X H E R E S E S T O : natus vel post mortem vel viuo testatore, non rumpet. Licet autem postumus præteritus adgnascendo rumpat, tamen interdum evnit, vt pars testamenti rumpatur. vtputa si proponas à primo gradu postumum exheredatum, à secundo prætericum. nam hic primus gradus valet, secundus ruptus est.

III. IDEM libro quarto Disputationum!

DEniq; & deliberantibus primo gradu scriptis heredibus, qui secundo gradu scripti sunt heredes optinere hereditatem non possunt. gradu enim rumpto & infirmato, amplius hereditas inde optineri non potest.

v. IDEM libro tertio ad Sabinum!

NAm & si sub condicione sit heres institutus quis, à quo postumus non est exheredatus: tamen pendente cōdicio-ne rumpitur gradus vt & Iulianus scripsit. sed & si sit ei substitutus quis, etiam^a deficiente condicione primi gradus non admittetur substitutus, à quo scilicet postumus exheredatus non est. Puto igitur existente quidem condicione primi gradus, postumo potius locum fore. post defectum autem cōdicionis natus postumus gradum non rumpit: quia nullus est. Rumpendo autē testamentum, sibi locum facere postumus sollet. quamuis filius sequētem gradum, à quo exheredatus est, patiatur valere. Sed si à primo gradu præteritus, à secundo exheredatus sit: si eo tempore nascatur postumus, quo aliquis ex institutis vixit: totum testamentum ruptum est. nam tol-lendo primum gradum, sibi locum facit.^b

at tamen

b facies.

v. IDEM libro decimo ad Sabinum!

Si quis filio exheredato, nuru prægnate relicta decesserit, & extraneū sub condicione instituerit, & pendente condicione post mortem patris, vel deliberante herede instituto de adeunda hereditate, exheredatus filius decesserit, & nepos fuerit natus: an rumpat testamentum? & dicemus testamentum non rumpi. cum nec exheredari huiusmodi nepos deberet ab uno, quem pater præcedebat. Planè si forte institutus omiserit hereditatem, hunc uno suo futurum heredem ab intestato non dubitatur. vtrumque propriis rationibus. nam ad-gnascendo quidem is rumpit, quem nemo præcedebat in mor-tis tempore. ab intestato vero is succedit, cui ante cum^c alij non est delata hereditas. non fuisse autem filio delatam hereditatem appetet, cum deliberante instituto decesserit. sed hæc ita, si mortis aui tempore in utero nepos fuit. Ceterum si postea conceptus est^d Marcellus scribit, neque vt suum neque vt nepotem aut cognatum ad hereditatem vel ad bonorum possessionem posse admitti. Sed^e si pater eius qui mortis aui tempore in utero fuit, apud hostes erat: nepos iste, patre in eadem causa decedente, post mortem aui succeden-do testamentum rumpet. quia supra dicta persona ei non obstat. nec enim creditur in rebus humanis fuisse, cum in ea causa decedat.^f quamquam captiuus reuersus, patris sui iniustum faceret testamentum in eo præteritus.

c quies

d fuerit.

e sed & si

f decedit.

3 Siue autem in ciuitate nepos fuit conceptus siue apud
§ b iiiij hostes,

a si vel hostes, quoniam datur & partui postliminium, succedendo testamentum rumpit. Succedendo itaque sui non rumpunt, siue fuerint instituti vel exhereditati ab eo graditi, ad quem hereditas defertur. scilicet si gradus ille valeat. **Quocumque** autem modo parentes praecedentes in potestate esse defierint, succedentes liberi si fuerint instituti vel exhereditati, non rumpent testamentum: siue per captiuitatem, siue per mortem vel poenam.

D e i r i t o t e s t a m e n t o .

b Irritum quoque irritum fit testamentum quotiens ipsi testatori aliquid contigit: puta si ciuitatem amittat per subitam seruitute*n.*, ab hostibus, verbi gratia, captius. vel si maior annis viginti^c venum se dari passus sit ad*l*actum gerendum*m* pretissim*v*el*p*articipandum. Sed & si quis fuerit capite damnatus, vel ad bestias, vel ad gladium, vel alia pena quae vitam adimit: *d*testamentum eius irritum fit. *l*&*e* non tunc cum consumptus est, sed cum sententiam passus est. nam poenae seruus efficitur. nisi forte miles fuit ex militari delicto damnatus. nam huic permitti solet testari, vt Diuus Hadrianus rescripsit. & credo*o* iure militari testabitur. qua ratione igitur damnato ei testari permittitur? numquid & si quod ante habuit factum testamentum, si ei permisum sit testari, valeat: an vero poena*f* irritum*m* factum, reficiendum est? & si militari iure ei testandum sit, dubitari non oportet, quin si voluit id valere, fecisse id credatur. Eius qui deportatur, non statim irritum fiet testamentum. sed cum princeps factum comprobauerit. tunc enim & capite minuitur. sed & si de decurione puniendo, vel filio nepoteve preses scribendum principi interlocutus est: non puto statim seruum poenae factum, licet in carcere soleant diligentioris custodiae causa recipi. nech huius igitur testamentum irritum fiet prius quam princeps de eo supplicium sumendum rescriperit. proinde si ante decesserit, vtique testamentum eius valebit. nisi mortem sibi consciuit. Nam eorum qui mori magis quam damnari maluerint ob conscientiam criminis, testamenta irrita constitutiones faciunt, licet in ciuitate decadant. **Quod** si quis tandem vitae vel valeudinis aduersa*g* in patientia, vel*l* iactationis, *g*vt quidam^h philosophi: in ea causa sunt, vt testameta eorum valeant. quam distinctionem in militis quoq*j*; testamento Diuus Hadrianus dedit epistula ad Pomponium Falconem. vt si quidem ob conscientiam delicti militaris mori maluit, irritum sit eius testamentum. quod si tandem vitae, vel dolore, valere*k* testamentum. *l*aut*l* si intestato decelsit, cognatis: *m* aut si non sint, legioni ista sint vindicanda.

i iactatione
h philosophi mor-
tem sibi consciue-
rint:

i Exempla suppedita-
bit Alc*l*. lib*4*. cap.
4 paterg.

k valeat:

l at*l*
m cognatis eius:

Appel-

Appellatio.

- 6 Hi autem omnes, quorum testamenta irrita damnatione fieri diximus, si prouocauerint, capite non minuuntur. atque ideo neque testamenta que anteā fecerunt irrita fient: & tunc testari poterunt, hoc enim sāpissimē est constitutum. nec videvuntur, quasi de statu sui^a dubitantes, non habere testamenti factio[n]em. sunt enim certi status, nec ipsi de se interim
 7 †certi. Quid tamen si appellationem eius præses non recepit, sed Imperatori scribendo pœnam remoratus est? puto hunc quoque suum statum interim retinere. nec testamentum irritum fieri. nam, vt est oratione Diui Marci expressum, tamet si prouocantis, vel eius pro quo prouocatur appellatio nō fuerit recepta: pœna tamen sustinenda est, quoad princeps rescriperit ad litteras præsidis, & libellum rei cum litteris missum. nisi forte latro manifestus,^b vel seditio prærupta, factio[n]e cruenta, vel alia iusta causa, quam mox præses litteris excusavit, moram non recipiant^c: non pœnæ festinatione, sed recipiat;
 8 præueniendi periculi causa. tunc enim punire permittitur, deinde scribere. Quid^d si quis fuerit damnatus illicitè, pœna non sumpta^e an teſtamentum eius irritum fiat, videamus. vtp[er]puta decurio ad Vestias. an capite minuatur, testamentūq[ue] eius irritum fiat? & non puto. cum sententia eum non tenuerit. ergo & si quis eum qui non erat iurisdictionis suæ damnauerit: testamentum eius non erit irritum, quemadmodum est constitutum. sed ne eorum quidem testamenta rata sunt,
 9 vtp[er]puta^e ex causa maiestatis, vel ex alia tali^f causa. || Quatenus tamen diximus, ab hostibus capti teſtamentum irritum fieri: ad Iciendum est, postliminio reuerſi vires suas recipere iure postliminij, aut si ibi decadant, lege Cornelii confirmari. ergo & si quis damnatus capite in integrum indulgentia
 10 principis fit restitutus, teſtamentum eius cōualeſcat. Filij-familias veterani, sui iuriſ morte patris † factum teſtamen-tum irritum non fieri conſtat. nam quātum ad teſtandum de caſtrenſi peculio pro patrefamilias habendus est. & ideo nec emancipatione irritum fieri militis, vel veterani teſtamentum verum est.

VII. VLPIANVS libro decimo ad Sabinum

SI miles iure ciuili teſtamentum fecerit, & primo gradu he-redem eum scripserit, quem iure militari poterat, secundo eum quem communi iure potest, & post annum missionis deceſſerit: primus gradus irritus fieri, & à secundo incipiet teſtamentum.

VIII. I D E M libro vndecimo ad Sabinum[¶]

a Certum est,

b vna cum emancipatione: vniā cūm emancipatur

VErum^a est, adoptione vel adrogatione filij filiaeve testamento rumpi: quoniam sui heredis adgnatione solet rumpi. Filia cum emancipatur, vel nepos quia vna^b mancipazione exeunt de potestate, testamentum non rumpunt.

VIIII. P A V L V s libro secundo ad Sabinum[¶]

Si pater ab hostibus capiatur, filio manente in ciuitate: resuerso eo non rumpitur testamentum.

X. I D E M libro primo ad Vitellium[¶]

Sed nec filius postliminio rediens rumpit patris testamentum, vt Sabinus existimauit.

XI. V L P I A N V S libro quadragensimo sexto ad Edictum[¶]

SI binæ tabulae proferantur diuersis temporibus factæ, vna^a prius, alia^c postea, vtræq; tamen septē testium signis signata, & aperta^d posteriores vacuae inuenta sint, id est nihil scriptum habentes omnino: superius testamentum non est ruptum, quia sequens nullum est.

*Species in qua testamentum conualescit ex equitate,
& datur bonorum possessio.*

XII. I D E M libro quarto Disputationum

Postunus præteritus, viuo testatore natus decessit. licet iuri Scrupolositate, nimiaque suptilitate testamentum ruptum videatur: attamen si signatum fuerit testamentum, bonorum possessionem secundum tabulas accipere heres scriptus potest.^d remq;^e optinebit, vt & Diuus Hadrianus & Imperator noster rescriperūt. Id circō que legatarij & fideicommissarij habebunt ea quæ sibi relicta sint securi. Idem & circa iniustum & irritum testamentum erit dicendum, si bonorum possessio data fuerit ei qui rem ab intestato auferre posset. Si paganus, qui habebat iam factum testamentum, aliud fecisset, & in eo comprehendisset, fidei^f heredis committere, vt priores tabulae valerent: omnimodo prius testamentum ruptum est. *quo*rupto potest queri, an vice^g codicillorū id valere deberet.^h & cumⁱ hæc verba sint fideicommissi, & fine dubio vniuersa, quæ illic scripta sunt, in causa fideicommissi erunt: non solùm legata & fideicommissa, sed & libertates, & heredis institutio.

De nepote succedente in locum filij.

XIII. C A I V S libro secundo Institutionum[¶]

Postumorum loco sunt & hi, qui in sui heredis loco succedendo, quasi adgnascendo fiunt parentibus sui heredes. vt ecce si filium & ex eo nepotem neptémve in potestate habeam: quia filius gradu præcedit, is solus iura sui heredis habet:

e altere

d poterit.

e Id est bona, Vlp. in Inst. iii. 28. sic infra l. 1. §. pars 1. tab. 1. et 2. null. exta.

f fidei se

g iure
h debeat,
i cùm & hæc

bet: quamvis nepos quoque & neptis ex eo in eadem potestate sint. sed si filius meus me viuo morietur, aut qualibet ratione exeat de potestate mea: incipit nepos neptisve in eius loco succedere. & eo modo iura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. ^a ne ergo eo modo rumpat mihi testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere vel exheredare nominatum debeo, ne non jure faciam testamentum: ita & nepotem nepternve ex eo necesse est mihi vel heredem instituere vel exheredare. ne forte me viuo filio mortuo, succedendo in locum eius nepos neptisve, quasi adgnatione rumpat ^b testamentum. idque lege Iunia Vellea prouisum est. ^b rumpant

XIII. PAULVS libro singulari de adsignatione libertorum

SI ita facta sit exhereditatio, si FILIVS NATVS, NATA-
VENSIT, EXHERES ESTO: utrisque natis nō^d rum-^c erit
pitur testamentum.

xv. IAVOLENVS. libro quarto Epistula-
rum

^d Temere negatione
hanc suffulit Halan.
Augusti lib. 4. ca. vlo.

QVi uxorem prægnatam habebat, in hostium potestate peruenit. quero ^e filio nato, quo tempore testamentū in ciuitate factum rumpatur. & si filius ante moriatur quam pater, ^f an scripti heredes hereditatē habituri sint. respondi, nō ^f pater, quero putō dubium esse, quin per legem Corneliam, quæ de confirmandis eorum testamentis qui in hostium potestate decesserint lata est, nato filio, continuo eius testamentum, qui in hostium potestate sit, rumpatur. sequitur ergo vt ex eo testamento hereditas ad neminem perueniat. ^g pertineat.

Triplex conditio.

xvi. POMPONIVS libro secundo ad Quintum
Mucium

CVm in secundo testamento heredem eum qui viuit instituimus, siue purè siue sub condicione: si tamen condicio existere potuit, licet non existerit, superius testamentum erit ruptum. Multum autem intererit, qualis condicio posita ^h fue-^h interpolata rit. nam aut in præteritum concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurum. In præteritum concepta ponitur, veluti ⁱ TITIVS CONSVL FVIT. quæ condicio si vera est, ^j id est si Titius consul fuit, ita est institutus heres, vt superius testamentum rumpatur. tum enim ex hoc heres esset. ^k si ve- i est. ro Titius consul non fuit, superius testamentum non est ruptum. Quod si ad præsens tempus condicio adscripta est here de instituto, veluti ⁱ TITIVS CONSVL EST: eundem exitum habet. vt si sit, possit heres esse, & superius testamentū rumpatur. si non sit, nec possit heres esse, nec superius testamentum rumpatur. In futurū autem collatae cōdiciones, si possi-

a & existere

si possibles sunt, existere^a potuerunt: licet non extiterint, efficiunt ut superius testamētum rumpatur etiam si non extirint. si verò impossibiles sunt, veluti TITIUS SI DIGESTO CAELVM TETIGERIT, HERES ESTO: placet perinde esse, quasi condicio adscripta non sit, quæ est impossibilis.

Testamentum conualescit ex bono & equo..

XVII. PAPINIANVS libro quinto Responsorum

Filio præterito qui fuit in patris potestate, neque libertates competit, neque legata præstantur, si præteritus fratribus partē hereditatis auocabit. quod si bonis se patris abstinuit, licet suptilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas testatoris ex bono & æquo tuebitur.

XVIII. SCAEVOLA libro quinto Quæstionum

SI qui heres institutus est, à testatore adrogetur: potest dici satis ei factum. quia & antequam adoptetur, institutio ut in extraneo locum habebit.^b

XIX. IDEM libro sexto Quæstionum

SI ego & Titius instituti simus, & a nobis postumus exheredatus sit, à substitutis nostris non sit exheredatus: Titio defuncto ne ego quidem adire potero. iam enim propter instituti personam, à quo postumus exheredatus est, in cuius locum substitutus vocatur, à quo postumus exheredatus nō est, ruptum est testamentum. Sed si ego & Titius inuicem substituti simus, quamvis in^c partem substitutionis exheredatus non sit: mortuo vel repudiante Titio me posse adire puto, & exesse heredem esse. In prima tamen specie et si viuat Titius, neque ego sine illo, neque ipse sine me adire poterit. quia incertum est an adhuc altero omissente rumpatur testamentum. itaque simul adire possumus.

XX. IDEM libro tertiodecimo Digestorum

LCVIUS Titius integra mente & valetudine testamentū fecit ut oportet. postea cum in valetudinem aduersam incidisset, mente captus tabulas easdem incidit. quæro an heredes his tabulis instituti adire possint hereditatem. respondit secundum ea quæ proponerentur, non ideo minus adiri^d posse.

D E H I S Q V A E I N T E S T A M E N T O D E L E N T V R I N D V C V N T V R

VEL^e I N S C R I B V N T V R
T I T . I I I .

VULPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum

f Coniungel. si ita
scriptum. 14. de lego.

Q VAE^f IN testamento legi possunt, ea inconsulto delata & inducta, nihilo minus valent. consulto, non valent. id verò quod non iussu domini scriptum, indu-

b habebat: vob,
habeat.

c quasi in partem

d adire

e & inscribuntur.

- inductum, deletum est, pro nihilo est. **L E G I** autem sic accipiendum, non intellegi, sed oculis perspici quae sunt scripta. ceterū si ex strinsecus intelleguntur, nō videbūtur legi posse. sufficit autē si legi **V**ilia sunt inconsulto deleta sive ab ipso sive ab alio. sed nolētibus^a inducta accipiendū est, & si perducta sunt. quod igitur incautē factum est, pro non factō est, si legi portuit. Et ideo & si nouissimè, vt solet, **t**estamento fuerit adscriptum, **L I T V R A S, I N D U C T I O N E S, S V P E R I N-**
D V C T I O N E S^b I P S E F E C I: non videbitur referri ad ea
 quae inconsulto contigerunt. proinde & si inconsulto superscriptis induxisse se, maneunt. & si ademit, non erunt adempta. sed si legi non possunt quae inconsulto deleta sunt, dicendum est non deberi. sed hoc ita demum, si ante consumma-
 tionem testamenti factum est. Sed consulto quidem deleta exceptione^c petentes repelluntur: inconsulto verò non repel-
 luntur, sive legi possunt, sive non possunt. quoniam si totum testamentum non exstet, constat valere omnia quae in eo scrip-
 ta sunt. Et si quidem illud concidit testator, denegabuntur actiones. si verò aliū in iusto testatore, non^d denegabuntur.
 3 Et hereditatis portio adempta, vel tota hereditas, si forte sit substitutus, iure^e facta videbitur, non quasi adempta: quo-
 niam hereditas semel data adimi faciliè non potest. sed quasi
 4 nec data. Si quis codicillos in testamento confirmauit, &
 codicillis aliquid adscriptis, mox delevit ita vt appareat: an de-
 beatur? & Pomponius scribit, codicillos deletos non valere.

I I. IDEM libro quarto Disputationum

Cancellauerat quis testamentum^f vel induxerat, et si^g propter vnum heredem facere dixerat, id postea testamentū signatum est. quarebatur de viribus testamenti, dēque portione eius, propter quem se cancellasse dixerat. dicebam, si quidē vnius ex heredibus nomen induxit: fine dubio ceteram partem testamenti valere. & ipsi soli denegari actiones. sed^h legata ab eo nominatim relictā debebuntur, si Boluntas ea fuit testantis, vt tantum heredis institutio improbetur. sed si instituti nomen induxit, & substituti reliquit: institutus emolumen-
 tum hereditatis non habebit. sed si omnia nomina indu-
 xerit vt proponitur, adscriperit autē idcirco se id fecisse, quia vnum heredem offensum habuit: multum interesse arbitror,
 vtrum illum tantum fraudare voluit hereditate, an verò cau-
 sa illius totum testamētum infirmare. vt licet vnius inductio-
 nis causam præbuerit, verū omnibus offuerit. & si quidem soli ei ademptam voluit portionem, ceteris nihil nocebit induc-
 tio. non magis quam si volens vnum heredem inducere,
 inuitus & alium induxerit. Quod si putauerit totum testa-
 mentum delendum ob vnius malum meritum, omnibus de-
 negantur

^a voluntibus. Ac-
 curs. non ait haec
 veritatem.

^b superductions

^c petentes exce-
 pitione

^d non bene
^e Et cum

^f ademptio iure

^g idque se

^h sed &

negatur actiones. sed an legatariis denegari actio debeat questione est. in ambiguo tamen interpretandum erit, & legata deberi, & coheredum institutionem non esse infirmandam.

Inducto nomine heredis legatum debetur.

I I I . M A R C E L L V S libro vicenimo nono Digestorum

^a Cognitionis nōmē,
quia generale est, ad
ea plerunque iudicia
referuntur, que extra
ordinem habentur.

^b sed nonnullos
et num &

^c iustum
et tutum.

^f illud

^g eisdem

P Roximè in cognitione^a principis cum quidam heredum nomina induxit et, & bona eius ut caduca à fisco vindicarentur, diu de legatis dubitatum est. & maximè de his^b legatis^c quæ adscripta erant his quorum institutio fuerat inducta. plerique etiam legatarios excludédos existimabant. quod sane sequendum aiebam, si omnem scripturam testamenti cancellasset. nonnullos^b opinari id iure ipso perenni, quod inductum sit. cetera omnia valitura. quid ergo? non^c & illud interdum credi potest, eum, qui heredum nomina iuduxerat, satis se consecuturum putasse, ut intestati exitum faceret? sed in redubia Venigniorem interpretationem sequi, non minus iustius^d est quam tutius^e. Sententia Imperatoris Antonini Augusti Pudente & Pollio consilibus. Cum Valerius Nephos mutata voluntate^f & inciderit testamentum suum, & heredum nomina induxit: hereditas eius secundum Diui patris mei constitutionem ad eos, qui scripti fuerint, pertinere non videtur. & aduocatis fisci dixit, vos habetis iudices vestros. Viuius Zeno dixit, rogo domine Imperator audias me patienter. de legatis quid statues? Antoninus Cæsar dixit, videtur tibi voluisse testamentum valere, qui nomina heredum induxit? Cornelius Priscianus aduocatus Leonis dixit, nomina heredum tantum induxit. Calpurnius Longinus aduocatus fisci dixit, non potest ullum^f testamentum valere, quod heredem non habet. Priscianus dixit, manumisit quosdam, & legata dedit. Antoninus Cæsar remotis omnibus cum deliberaasset, & admitti rursus eodem^g iussisset, dixit, causa praesens admittere videtur humaniorem interpretationem: ut ea dumtaxat existimemus Nepotem irrita esse voluisse, quæ induxit.

Nomen servi quem liberum esse iusserat induxit. Antoninus rescripsit liberum eum nihilo minus fore. quod videlicet fauore constituit libertatis.

Si de eodem factō sunt plura instrumenta, vnius cancellatio alterius vires non tollit, nisi de mente constet.

I I I I . P A P I N I A N V S libro sexto Responsorum^b

P Luribus tabulis eodem exemplo scriptis, vnius testamenti voluntatem eodem tempore dominus solemniter compleuit. si quasdam tabulas in publico depositas abiulit atq; delevit: quæ iure gesta sunt præsertim cū ex ceteris tabulis quas non

non abstulit, res gesta declaretur, nō constituentur irrita. Paulus notat: sed si vt intestatus moreretur incidit tabulas, † sed † hoc ad pro VaBerint hi qui ab intellecto venire desiderant; scriptis a Bocabitur hereditas.

DE HEREDIBVS INSTITVENDIS TIT. V.

Quomodo heres instituatur.

VLPIANVS libro primo ad Sabinum[¶]

QVI^b TESTATOR, ^c heredis^d institutione plerumque debet initium facere testamenti, licet etiam ab exheredatione quā nominatim facit. nā Diuus Traianus rescripsit, posse nominatim etiam ante heredis institutionem filium exheredare. Institutum autem heredem eū quoque dicimus, qui scriptus nō est, sed solummodo nuncupatus. Mutus & surdus rectē heres institui potest. Qui neque legaturus quid est, neque quenquā exheredaturus, quinque verbis potest facere testamentū: vt dicat, LVCIVS TITIVS MIHI HERES ESTO. Hęc autem scriptura pertinet ad eum qui non per scripturam testatur, qui poterit etiā tribus verbis testari. vt dicit[¶] LVCIVS HERES ESTO. nam & MIHI & TITIVS abundat. Si ex fundo fuisset aliquis solus institutus, valet institutio detracta fundi mentione. Si autem sic scribat, LVCIVS HERES, licet non adiecerit ESTO, credimus plus nuncupatum, minus scriptum. & si ita, LVCIVS ESTO, tantundem dicimus. ergo & si ita LVCIVS solummodo. Marcellus non insuptiliter nō putat hodie hoc procedere. Diuus autem Pius, cum quidā portiones inter heredes distribuisset ita, ILLE EX PARTE TOTA, ILLE EX TOTA, nec adieciisset, HERES ESTO: rescripsit valere institutionem, quod & Julianus scripsit. Item Diuus Pius rescripsit, ILLA^c Vxor mea ESTO, institutionem valere, licet deesset HERES, Idem Julianus, ILLVM HEREDEM ESSERE, non putauit valcre: quoniā deest aliquid, sed & ipsa valebit, subaudito IVBEO.

II. IDEM libro secundo ad Sabinum[¶]

Circa eos qui ita heredes instituti sint, EX PARTIBVS QVAS AD SCRIPSERO: non putat Marcellus eos heredes, nullis adscriptis partibus. quemadmodum si ita esent heredes instituti, si EIS PARTES AD SCRIPSERO. sed magis est, vt sic utraque institutio accipiatur, si voluntas defuncti non refragatur, ex quibus partibus adscripsero. si minus, ex aquis, quasi duplicita in institutione. quā sententiam Celsus libro sextodecimo digestorum probat. aliter atq; probat[¶] in illa institutione, EX QVA PARTE ME TITIVS HEREDEM SCRIPSIT, SEIVS HERES ESTO.

tunc

a Qui & quo ordine
heredes instituendi,
pulchre Plato dicit.
2. de legi.

b Coniunge l.1.2.3.
15. de lib. & posthu.
& vide §. ante her-
redis. Instit. de le-
gat.
c testatur
d ab hered e

^a similia, licet non
rebet, putat.

^b Cùa in futurum
tempus confusur in-
stitutio, videtur du-
bitare rectari, an
partes sit ad scriptu-
ras necesse, & hoc co-
giante, si non a scrip-
tis ex eis partibus
heredes fore. Cùa au-
tem in præteritum,
nulla est dubitatio
testatoria: quia certū
est partes a scripserit
necesse: unde mīrū
hoc institutio est
inutilis,

^c in toto

^d non vt

^e impuberi
^f defuncto filio. Es-
ita interpongunt,
substitutus in:pu-
beri defuncto filio
necessarium cum
fore: vel, defuncti
filio, &c. et in qui-
busdam legitur.

^g potius esse.

tunc enim si non est à Titio scriptus, nec Seius ab eo, nec im-
merito, hic enim creditur inesse condicio. sed Marcellus haec
similia ^a putat. Poteſt autem intereffe, vtrum ita quis scri-
bat, EX H I S P A R T I B V S Q Y A S A D S C R I P S I , ^b an
A D S C R I P S E R O : vt superiori modo dicas, nullis adscri-
ptis partibus nullam esse institutionē. quomodo in illo Mar-
cellus, EX H I S P A R T I B V S , EX Q V I B V S T E S T A-
M E N T O M A T R I S S C R I P T I F V I S S E N T , H E R E-
D E F V N T O , si intestata mater deceſſerit, hos non esse insti-
tutos.

III. IDEM libro tertio ad Sabinum

S Eruus alienus vel ^c totus vel pro parte, sine libertate heres
institui potest. Si seruum meum purè heredem scripfero
sub condicione liberum: differtur institutio in id tēpus quo
libertas data est. Si quis ita scripferit, SI TITIVS HE-
RES ERIT, SEIVS HERES ESTO, TITIVS HE-
RES ESTO: quasi quævis condicio exspectatur Titij adi-
tio, vt Seius heres fiat. & sanè & Juliano & Tertulliano hoc
videtur. Qui fideicommissam libertatem sub condicione
acepit, potest ab herede purè cum libertate heres institui: &
non exspectata condicione libertatem & hereditatem conse-
quitur. & erit interim necessarius. & existente condicione vo-
luntarius heres efficietur. vt ^d non definat heres esse, sed vt ius
in eo mutetur successionis. Apertura tabularum dilatio ne-
cessarij heredis ius non mutat. vt solemus in substituto impu-
beris ^e dicere, nam est relatum, si se adrogandum dederit sub-
stitutus impuberi defuncti ^f filius: necessarium cum fore.

De conditionali institutio.

III. IDEM libro quarto ad Sabinum

V us quoque heres sub condicione heres potest institui. sed
S excipiens est filius. quia non sub omni condicione ins-
titui potest. & quidem sub ea condicione quæ est in potestate
ipsius, potest. de hoc enim inter omnes constat. sed vtrum ita
demum institutio effectum habeat, si paruerit condicione: an
& si non paruerit, & deceſſit? Julianus putat filium sub eius-
modi condicione institutum, ^g etiam si condicione non parue-
rit summotum esse. & ideo si coheredem habeat ita institu-
tus, non debere cū exspectare donec condicione pareat filius.
cum etiā patrem intestatum faceret, non parendo condicione,
proculdubio exspectare deberet. quæ sententia proba-
bilis mihi videtur. vt sub ea condicione institutus, quæ in ar-
bitrio eius sit, patrem intestatum non faciat. Puto recte ge-
neraliter definiri, vtrum in potestate fuerit condicio an non
fuerit, facti potestas ^g est. potest enim & hæc. SI ALEXAN-
DRIAM PER VENERIT, non esse in arbitrio per hiemis
con-

condicione. potest & esse, si ei qui à primo miliario Alexandriae agit fuit imposita.^a potest & hæc, si DECEM TITIO DEDERIT, esse in^b difficulti, si Titius peregrinetur longinquo itinere. propter quæ ad generalem definitionem recurren^c dum^d est. Sed & si filio sub condicione quæ in eius potestate est, herede instituto, nepos sit substitutus siue extraneus: puto viuo filio non extaturum heredem substitutum. post mortem vero extaturum, nec necessariam^e substituto filij exheredationem. cum et si fuerit facta, frustra est: post mortem enim filij facta est, quam inutilem esse alias ostendimus. opinamur igitur filium, si sit institutus sub ea condicione, & sit in eius potestate: non indigere exheredatione a sequentibus gradibus, alioquin & coherede indigebit.

v. apud Julianum^f libro vicensimo nono Digestorum

MARCELLVS notat:

^e In vulgaris initium
est cap. ab inscriptio-
ne incipientis: atque
ita vulgo citari fer-
retur.

Si eiusmodi fit condicio, sub qua filius heres institutus sit,
vt ultimo vitæ eius tempore certum sit eam existere non posse, & pendente ea decedat: intestato patri heres erit. veluti si ALEXANDRIAM PERVENERIT, HERES ESTO. quod si etiā nouissimo tempore impleri potest, veluti si DECEM TITIO DEDERIT, HERES ESTO: cōtra puto.

vi. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum^g

Si condicione TITI DISSERT adiectus, ytputa si CAPITOLIVM INTRA DIES TRIGINTA ASCENDE-
RIT, tantundem potest dici: vt si non paruerit condicione substitutus, possit admitti^h filio repulso. consequensⁱ est sententia Iuliani & nostræ. Nepotes autem & deinceps exterius, qui ex lege Vellea instituti non rumpunt testamenta, sub omni condicione institui possunt, et si sedigantur ad filij conditionem. Solemus dicere media tempora non nocere. vt ytputa ciuis Romanus heres scriptus, viuo testatore factus^k peregrinus: mox ciuitatem Romanam peruenit. media tempora non nocent. Seruus alienus sub condicione heres scriptus, traditus est seruitus^m hereditario: mox usucaptus ab ex-
traneo. non est vitiata institutio. Si seruus communem cum libertate dominus heredem scriperit, & eum redeinerit: necessarius efficietur. sed si substitutus sit impuberi, & partem redemerit iⁿ pubes: necessarius non efficietur, (vt) Iulianus scribit. Sed si sit cum libertate institutus, an ei libertatis datio codicillis adimi possit, apud Julianum queritur. & putat in eum casum quo necessarius fieret, ademptionem non valere. ne à semetipso ei adimatur libertas. seruus enim heres institutus, à semetipso libertatem accipit, quæ sententia habet rationem. nam sicuti legari sibi non potest, ita nec à se adimi.

Pars v.

§ 6

vii.

^f Sed & si
^f dies sit
^g in conditione
^h admitti, elapsis
ⁱ idque consequē
^m seruo

VII. I U L I A N V s libro trigensimo Digestorum

SI seruus communis sub condicione heres institutus , viuo testatore libertatem consecutus sit: etiam pendente condicione testamentariae libertatis adire hereditatem potest. Item siue testator eum alienauerit siue heres, post mortem testatoris iussu domini^a hereditatem adiavit.

VIII. I D E M libro secundo ad Urseium Feroem

DVO socij quandam seruum communem testamento facto heredem & liberum esse iusserant: ruina simul oppressi perierant. plerique responderunt, hoc casu duobus orcinum heredem existere. & id est verius. sed & si sub eadem condicione seruum communem yterque socius liberum heredemque esse iussisset, eaque extitisset: idem iuris erit.

An error noceat institutioni.

VIII. V L P I A N V s libro quinto ad Sabinum

QUOTIENS^b volens alium heredem scribere, alium scripsiterit, in corpore hominis erras, veluti frater meus, patronus meus, placet neque eum heredem esse qui scriptus est, quoniam voluntate deficitur. neque eum quem voluit, quoniam scriptus non est. & si in re quis errauerit, utputa dum vult lacentem relinquere, vestem leget, neutrū debet. hoc siue ipse scripsit, siue scribendū dictauerit. Sed si non in corpore errauit, sed in parte: putat^c si cum dictasset ex semisse aliquem scribi, ex quadrante sit scriptus: Celsus libro^d duodecimo quaestionum, digestorum undecimo posse defendi ait, ex semisse heredē fore. quasi plus nuncupatum sit, minus scriptum. quae sententia rescriptis adiuuatur generalibus. idemque est & si ipse testator mihius scribat, cu plus vellet adscribere. Sed si maiorem^e adscripsiterit testamentarius, vel quod difficilis est probatio^f, ipse testator: ut pro quadrante semissim: Proculus putat ex quadrante fore heredem. quoniam inepti quadrans in semisse. quam sententiam & Celsus probat. Sed & si quis pro centum ducenta per notam scripsisset, idem iuris est. nam & ibi utrumque scriptum est: & quod voluit & quod adiectum est. quae sententia non est sine ratione. Tantundem Marcellus tractat & in eo qui cōdicionem destinans inserere, non addidit. nam & hunc pro non instituto putat. Sed si^g condicione addidit dum nollet: detracta ea heredem futurum. nec nuncupatum videri quod contra voluntatem scriptum est. quam sententiam & ipse & nos probamus. Idem tractat & si testamentarius contra voluntatem testatoris condicione detraxit, * vel mutauit, * heredem non futurum: sed pro non instituto habendum. Sed si cum primū heredem ex parte dimidia scribere destinasset, primū & secundum scripsit: solus primus scriptus heres videbitur. & solus heres existet, quasi

^b Coniunge l. 4. de leg. 1. Exemplū huius capituli ap̄tissimum erit in Esan, & La- cob.

^c Non enim sufficit racita voluntas, sed oportet eam verbis idoneis declarari. I. quidam eum. inf. eo. d debetur. e diciturasset

^f Nam semper ex ea parte intelligitur in- flitus, de qua sen- sit testator: nec potest dici, aliud scripsisse. quam sensit: ut in prin. huius legis, sed plus, vel minus: & hic erratum est, non in substantia, sed in quantitate.

^g maiorem partem h probatis.

i instit

k sed & si

- 1 ex parte dimidia institutus. Si quis nomen heredis quidem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, quod pñne nihil à nomine distat, non tamen eo quod contumeliae
 2 causa solet addi: valet institutio. Heres^a institui nisi vt a Heres enī
 b certè demonstretur nemo potest. Siquis ita dixerit; V T E R b si certus
 EX FRATRIBVS MEIS TITIO ET MAEVIO SEI- c quis tamen
 AM VXOREM DVXERIT, EX DODRANTE: V T E R
 NON DVXERIT, EX QVADRANTE HERES ESTO:
 Hic^cfecte factam institutionem esse certum est: sed quis ex
 qua parte, incertum. Planè erit similis^d si ita institutio facta
 fuerit, V T E R EX SVPRASCRIP TIS FRATRIBVS
 MEIS SEIAM VXOREM DVXERIT, HERES ESTO.
 sed & hanc puto valere institutionem, quasi sub condicione
 3 factam. Heredes iuris successores sunt. & si plures instituan-
 tur, diuidi inter eos à testatore ius oportet. quod si non fiat,
 4 omnes æqualiter heredes sunt. Si duo sint heredes instituti,
 vñus ex parte tertia fundi Corneliani, alter ex beſſe eiusdem
 fundi: Celsus expeditissimam Sabini sententiam sequitur, vt
 detrac̄ta fundi mentione, quasi sine partibus heredes scripti
 hereditate potirentur. ^eSi modò voluntas patris familialia ma- e potiantur,
 5 nifestissimè non refragatur. Si quis ita scriperit, S T I-
 CHVS LIBER ESTO, ET POSTEA QVAM LIBER
 ERIT, HERES ESTO: Labeo, Neratius, & Aristo opin-
 antur, detracto verbo medio POSTEA simul ei & libertatem & hereditatem competere. quæ sententia mihi quoque
 6 vera Bidetur. Si quis primum ex triente, secundū ex triente
 heredem instituerit, & si secundus heres non erit, tertium ex
 beſſe heredem scribat: hic secundo repudiante, beſſem habe-
 bit non solum iure substitutionis, sed & institutionis. id est
 trientem iure substitutionis, trientem iure institutionis.
 7 Seruus cum libertate heres institutus, si sit alienatus: iuberit
 adire ab eo potest cui alienatus est. sed si redemptus sit à testa-
 8 tore, institutio valet: & necessarius heres erit. Si seruus ex
 die libertatem acceperit, & hereditatem purè, mox sit aliena-
 tus vel manumissus: videamus an institutio valeat. & quidē
 si alienatus non esset, potest defendi institutionem valere. vt
 die veniente libertatis quæ hereditatem moratur; competente
 libertate, & hetes necessarius existat. sed si in diem libertas,
 hereditas^f autē sub condicione data sit: si condicio post diem f aut hereditas
 aduenientem extiterit, liber & heres erit, sed & si purè fuerit
 heres institutus, libertate in diem data: si sit alienatus vel
 manumissus, dici debet heredem eum posse existere. sed &
 si non ipse seruus sit alienatus, sed vsusfructus in eo: æquè in-
 stitutio valet, sed differt in id tempus, quo extinguitur v-
 susfructus.

X. P A V L V S libro primo ad Sabinum[¶]

a equis. Reiliore
Florent.

† ex
b prediorum

Si alterius atque alterius fundi pro partibus quis^a heredes instituerit, perinde habebitur, quasi non adiectis partibus heredes scripti essent. nec enim facile^b sed diuersitate [partium]^b portiones inueniuntur. ergo expeditius est quod Sabinus scribit, perinde habendum ac si nec fundum nec partes nominasset.

Coniunctio.

XI. IAVOLENVS libro septimo Epistularum[¶]

ATIVS^c PVNDI CORNELIANI HERES ESTO MIHI, DVO TITII ILLIVS INSVLAR HE REDES SVNTO. habebunt^d duo Titij semissem. Attius^e semissem. idque Proculo placet. qui tibi videtur? respondit, ^f vera est Proculi opinio.

XII. P A V L V S libro secundo ad Sabinum[¶]

Si inaequalibus partibus datis ita adiciatur, QVOS EX DISPARIBVS PARTIBVS HEREDES INSTITVI, AEQVE HEREDES SVNTO: existimandum est exæquari^g eos, scilicet si hoc ante peractum testamentū scriptum sit.

Coniunctio.

XIII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum[¶]

Interdum hæc adiectio, AEQVE HEREDES SVNTO, testatoris voluntatem exprimit. vtputa PRIMVS ET FRATRIS MEI FILII AEQVE HEREDES SVNTO. nam hæc adiectio declarat omnes ex virilibus partibus institutos: vt & Labeo scripsit. qua detracta, semissem fratis filij, semissem primus haberet.

Divisio hereditatis.

I In hunc locum co-
piose Alex. ab Alex.
Bla. Genia, die cap. 1.

Paterfamiliasⁱ distribuere hereditatem in tot partes potest, quot voluerit. sed sollemnis assis distributio in duodecim vncias fit. denique si minus distribuit, potestate iuris in hoc reuoluitur. vtputa si duos heredes ex quadrante scriperit. nam hereditas eius residua accedit, vt ex semisibus videantur scripti. sed si alter ex quadrante, alter ex semisse heredes scripti sunt: qui accedit quadrans, pro partibus hereditariis eis adcrevit. sed si excesserit in divisione duodecim vncias, eque pro rata decrescit. vtputa, me ex duodecim vnciis heredem, te ex sex scripsit. ego hereditatis habeo^k bessem, tu triuentem. Sed si duos ex aise heredes scriperit, alios ex duodecim vnciis, an æquè distributio fiat, apud Labeonem libro quarto posteriorum queritur. & putat Labeo & illos ex semisse, & hos qui ex duodecim vnciis scripti sunt, ex semisse heredes fore. cui sententiae adsentendum puto. Sed si duos ex aise heredes instituerit, tertium autem ex dimidia & sexta:

codem

k sed & fi

l labeo

codem libro Labeo ait, in viginti vncias assēm diuidendum:
octo^a laturum ex dimidia & sexta scriptum, illos duos duo-
decim. Apud eundem refertur, TITIVS EX PARTE
TERTIA: deinde assēexplo, IDEM EX PARTE SE-
XTA. in quattuordecim vncias hereditatem diuidendā Tre-
batius ait.

XIV. IAVOLENVS libro primo ex Cassio

SI quis heredes ita instituit, TITIVS^b EX PARTE PRIMA, SEIVS EX PARTE SECUNDA, MAEVIVS EX PARTE TERTIA, Sulpicivs EX PARTE QVARTA HEREDES SVNTO: æquæ partes here-
ditatis ad institutos pertinebunt. quia testator appellatione numeri scripturæ magis ordinem, quam modū partibus im-
posuisse videtur.

Hæreditas prima, secunda, tertia, quartæ, scriptive ordinem demonstrat magis, quæmodū est, et quem itinæ hereditatis exprimit: & perinde est, ac si dixisset, Titius primo loco mihi heres esto, Seius secundo: &c.

XV. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum

IVLianus quoque libro trigensimo refert, si quis ita heredem scriperit, TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO, SEIVS EX PARTE DIMIDIA: EX QVA PARTE SEIVM INSTITVI, EX EADEM PARTE SEMPRONIVS HERES ESTO: dubitari posse, utrum in tres semisses diuidere voluit hereditatem, an verò in unum semissem Seium & Sempronium cōiungere. quod est verius. & ideo coniunctim eos videri institutos, sic fiet ut Titius semissem, hi duo quadrantes ferant. Idem eodem libro scripsit, si primus ex semisse, secundus ex semisse, si primus heres non erit, tertius ex dodrante substitutus sit: facti quidē quæstionem esse. verū rectè dicitur, si quidem primus adierit, æquales partes habituros. si repudiauerit, quindecim partes futuras: ex quibus nouem quidem laturum tertium, sex secundum.

c & in
d vt Sabinus
e Et si reuera coniunctio sunt, qui sine parte instituuntur, et eis accessit, at deficiens pars hereditatis, lo tripli, & videtur de verbis significati, tamen quia partes non habent expressas verbis testatoris, coram posse causa non est, quam ceteri, quæ re tantum coniunguntur.

XVI. IULIANVS libro trigensimo Digestorum

NAm tertium & instituti & substituti personam sustinere: in tres partes institutum videri, in sex substitutum.

XVII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum

ITem quodd^d Sabinus ait, si cui pars adposita non est, excusatiamus. duos ex quadrantibus heredes scriptis: tertium sine parte. quod ainsi deest feret. hoc & Labeo.

Ius accrescendi.

Vnde idem tractat, si duos ex undecim, duos sine parte scripsit: mox unus ex his qui sine parte fuerunt repudiauerit: utrum omnibus semuncia, an ad solum sine parte scriptū pertineat. & variat. sed Seruius omnibus ad crescere ait. quam sententiam veriorem puto. nam quantum ad ius accrescendi, non sunt coniuncti qui sine parte instituuntur. quod & Celsius libro sextodecimo digestorum probat. idemque putat, & si

f In hac specie pro coniunctione non habent sursum, sed disiunctio, & non magis accrescat eis deficientes personæ, quam ceteri hereditatis, qui disiuncti re tatus cōiuncti sunt. & tametsi videantur coniunctiones quam ceteri cohaerentes, tam in eam unam coacti & coniuncti verè dici non possunt, quam testator non expressit: & ideo pro disiunctis ha bensur, vi alijs heredes quibus testator parties adscripto

a in alium assēm
veniet alter, atque

expleto aſſe duos fine parte heredes ſcripſerit, neque hos neque illos coniunctos. Sed ſi aſſe expleto alium fine parte heredem ſcripſerit, in alium aſſem veniet. aliter atque ſi ita ſcripſiſſet expleto aſſe, EX RELIQVA PARTE HERES E S T O . quoniam cum nihil reliquum eſt, ex nulla parte heres iſtitutus eſt. ſed ſi expleto aſſe duo fine partibus ſcribantur, vtrum in ſingulos aſſes iſti duo, an in vnu aſſem coniungantur quæritur. & putat Labeo, & verius eſt, in vnum aſſem ve- nire. nam & ſi vnu fine parte, duo coniunctim fine parte in- ſtituantur: non tres triētes fieri Celsus libro ſextodecimo ſcri- pſit, ſed duos ſemifiles . Quid si quis dupVndium diſtribuit, & tertium fine parte iſtituit, hic non in alium aſſem, b ſed in trientem venit, vt Labeo^c quarto posteriorum ſcripſit, nec Aristo vel Aulus, vtpote probabile, notant.

xviii. PAULVS libro primo ad Vitellium

Sabinus: d^d quæſitū eſt ſi plus aſſe paterfamilias diſtribuiſ- ſet, & aliquem fine parte feciſſet heredē: vtrumne iſ aſſem habiturus foret, an id dumtaxat quod ex dupVndio deſiſet. & hanc eſſe tolerabilissimam ſententiam puto: vt eadem ra- tio in dupondio omniq̄e re deinceps, quæ in aſſe ſeruetur. Paulus: eadem ratio eſt in ſecundo aſſe, quæ in primo.

xix. VLPIANVS libro ſeptimo ad Sa- binum

EX facto etiam agitatum Pomponius & Arrianus referunt, Si quis vaQuia^f parte relicta ita iſtituerit, ſi MIHI ſe- IVS HERES NON E R I T , quem non iſtituerat, ſE M- PRONIVS HERES E S T O : an hic occupare poſſit vacan- tem portionem. & Pegasus quidem exiſtimat ad eām partem admitti. Aristo contra putat. quia huic pars eſſet data quæ nulla eſſet. quam ſententiam & Iauolenus probat & Pompo- nius & Arrianus. & hoc iure vtimur.

xx. PAULVS libro ſecundo ad Sabinum^g

Queloco ſcribatur heres fine parte, vtrum primo an me- dio vel nouiſſimo, nihil interest. Si iam mortuo quadrans, aliud Trans datus ſit, & aliud fine parte ſcriptus ſit: Labeo ait, eum qui fine parte heres iſtitutus ſit, alterum aſſem habiturum. & hanc mentem eſſe teſtantis. quod & Julianus probat. & verum eſt. Quid si viuus & mortuus ex parte diuidia coniunctim heredes iſtituti ſunt, ex altera ali- uis: æquaſ partes eos habituros ait. quia mortui pars pro non ſcripto^h habetur.

xxi. POMPONIVS libro primo ad Sabinum^h

TRebatius ait ſic non recte ſcribi, QVI S Q VI S MIHI HERES E R I T STICHVS LIBER ET HERES E S T O . liberum tamen futurum. Labeo & heredem eum futurum

b Ut iūm capiat,
quantum alijs her-
edes, ſed treſ poſtis
aſſes fuit, qnorū ſin-
gulas ſingulis capiō.

Duar.2. diff.4..36.

c H. loander hunc
locum valde corruptū
edidit. Aug. lib.3.
enend. cap.3.

d Vitellius S. libi-
nus. vide Auguſt. lib.
1.ca.6.

e Paulus libro
Quæſionum:

f vacua

g Vide Auguſt lib.
1.ca.6. cui plati-
cer negationem de-
trahi.

h ſcripta

1 futurum rectè putat. Seruo libertatem purè, hereditatem sub condicione dari posse verissimum puto. vt tamen vtrumque ex condicione pendeat.

X X I I. I U L I A N V S libro trigensimo Digestorum!

ET expleta quidem condicione liber heresque erit, quo-
cumque loco^a libertas data fuerit, deficiente autem condi-
cione perinde habetur ac si libertas sine hereditate data fue-
rit.

De herede instituto sub conditione.

X X I I I. P O M P O N I V S libro primo ad Sabi-
num!

SI quis instituatur heres in diem certum vel incertum, is bo-
norum possessionem agnoscere potest: & tamquam heres
distrahere hereditatem. Sed si bonorum possessionem non
admittat, sed condicionem trahat, cui facile parere possit: ve-
luti, si seruum quem in potestate habeat manumiserit, nec ma-
numittat: hic prætoris erunt partes, vt imitetur edictum suum
illud quo præfinit tempus, intra quod adeatur hereditas.

1 Item si condicione heres parere non poterit,^b quam in sua ^b potuit,
potestate non habebit: veluti institutione collata in alterius
factum, aut quandam casum, **S I I L E**, puta, **C O N S V L**
F A C T V S F V E R I T: tunc postulantibus creditoribus con-
stituet prætor, nisi intra certum tempus hereditas obtigerit,
aditaq; fuerit: se bona defuncti creditoribus^c possidere^d iussu-
rum.^e & interim quæ vrguebunt, per procuratores distrahi
^{c à creditoribus}
^{d sed & si}
^{e curare rem}

2 iussurum. Sed^f si sub condicione quis heres institutus sit, &
graue æs alienum sit, quod ex poena crescit, & maximè si pu-
blicum debitum imminet: per procuratorem^g soluendum æs
alienum, sicuti cum venter in possessione sit, aut pupillus he-
restutorem non habeat. Et ideo^h ait, causæ cognitionem ad-
iectam propter eos qui sine dilatione peregrè essent: vel ægri-
tudine vel valetudine ita impedirentur, vt in ius produci non
possint: nec tamen defenserentur.

X X I I I I. C E L S V S libro sextodecimo Digestorum!

TI T I V Sⁱ ET S E I V S, V T E R V E E O R V M V I V E T h Coniunge l. si Ti-
H E R E S M I H I E S T O . existimo, si vterque viuat, ambo^j ius. 16. de leg. 22.
heredes esse. altero mortuo, eum qui supererit, ex aſte here-
dem fore.

X X V. V L P I A N V S libro sexto Regularum!

QViatacita substitutio inesse videatur institutioni.

X X VI. C E L S V S libro sextodecimo Dige-
storum!

IDque & in legato eodem modo relicto senatus cen-
suit.

x x v i l . P O M P O N I V S libro tertio ad Sabinum[¶]

Si te solum ex parte dñmidia purè , ex altera sub condicione
heredem instituero, & substituero tibi non existente condi-
cione, substitutum ex ea parte heredem fore Celsus ait. Sed si
te heredem instituero, & deinde eundem tēsub condicione in-
stituam: nihil valere sequentem institutionem. quia^a satis ple-
na^b prior fuisset. Sed si plures institutiones ex eadem parte
sub diuersis condicionebus fuerint factæ , utra prior condicio
extiterit, id faciet quod supra diximus, si purè & sub cōdicia-
ne idem instituatur.

x x v i i i . Y L P I A N V S libro quinto ad Sabinum[¶]

c substitutus. Relat.
vbi ffor.

Si ita quis institutus^c fit; T I T I V S H E R E S È S T O s y
S E C V N D V S H E R E S N O N È R I T , deinde S E C V N-
D V S H E R E S È S T O : placet primo gradu Secundum esse
institutum.

Dicitio, quisque, quomodo accipiatur.

x x v i v . P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum

Hoc articulo Q V I S Q V E omnes significatur. & ideo La-
beo scribit, si ita scriptum sit, T I T I V S E T S E I V S ,
Q V A N T A Q V I S Q V E E O R Y M E X P A R T E H E R E-
D E M M E H A B V E R I T S C R I P T Y M , H E R E S M I H I
È S T O : nisi omnes habeant scriptum heredem testatorē, neu-
trum heredem esse posse. quoniā ad omnium factū sermō
refertur. in quo puto testatoris mentem respiciendam. sed hu-
manius est, eum quidem qui testatorem suum heredem scri-
perit, in tantam partem ei heredem fore. qui autem eum non
scriperit, nec ad hereditatem eius admitti.

x x x . Y L P I A N V S libro vicensimo* primo* ad
Edictum[¶]

Pignori obligatum seruum necessarium domino posse fieri , Imperator Seuerus rescripsit . ita tamē, si paratus sit
prius creditori satisfacere.

x x x i . G A I V S libro septimodecimo ad Edictum
Prouinciale[¶]

d & defuncti

Non minus seruos quam liberos heredes instituere possu-
mus. si modò eorum scilicet serui sint, quos ipsos heredes
instituere possumus. cum testamēti factio cum seruis ex per-
sona dominorum introductory est. Hereditarium seruū ante
aditam hereditatem ideo placuit heredem institui posse,
quia creditum est hereditatem dominam esse: defuncti^d lo-
cum optinere.

x x x i i . I D E M libro primo de testamentis ad edi-
ctum prætoris urbani

e Aug. lib. 4. emend.
cap. 13.

Illa^e institutio , Q V O S T I T I V S V O L V E R I T , ideo vi-
tiosa est, quod alieno arbitrio permisla est. nam satis con-
stanteg

stanter veteres decreuerunt, testamentorum^a iura ipsa per se firma esse oportere: non ex alieno arbitrio pendere.

De postliminio.

Is qui apud hostes est, recte heres instituitur. quia iure postliminiū om̄ia iura ciuitatis in personam eius insuspen-^bso retinentur,^c non abrumpuntur.^c itaq; si reuersus fuerit ab hostibus, adire hereditatem poterit. seruus quoque eius recte heres instituitur. & si reuersus sit ab hostibus, potest eum iu-^b bere adire hereditatem. si vero ibi decesserit, qui ei heres exi-^cstet, potest per seruum heres fieri.

XXXIII. IDEM libro secundo de testamentis ad edictum prætoris urbani^d

SI quis ita scriperit, TITIUS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO: IDEM TITIUS EX ALTERA PARTE DIMIDIA SI NAVIS EX ASIA VENERIT HERES ESTO: cum ex pura institutione adierit heres, quamvis condicio alterius institutionis pendeat, exesse fit heres: sci licet etiam condicione deficiente. cum non proficit ei condicio quicquam existens. quippe cum non dubitetur, quin si quis ex parte dimidia heres institutus sit, nec præterea quisquam aliis, ipse exesse heres institutus videatur.

^d institutus esseXXXIV. PAPINIANVS libro primo Definitionum^e

Hereditas ex die vel ad diem non recte datur. sed vitio tem-
poris sublato manet institutio.

De pluribus institutis heredibus ex rebus certis.

XXXV. VLPIANVS libro quarto Disputationum

EXfacto proponebatur quidam duos heredes scriptisse, v-
num rerum prouincialium, alterum rerum Italicarum. &
cum merces in Italia deuehore soleret, pecuniam^f misisse in
prouinciam ad merces comparandas: quae^f comparatae sunt
vel viuo eo vel post mortem, nondum tamen in Italiam de-
uectae. quareatur, merces vtrum ad eum pertineant, qui re-
rum Italicarum heres scriptus erat: an vero ad eum qui pro-
uincialium. dicebam receptum esse, rerum^h heredem institui
posse: nec esse inutilēm institutionem.ⁱ sed ita, ut officio iudi-
cis familiae herciscundæ cognoscētis contineatur, nihil am-
plius^k eum qui ex re institutus est, quām rem ex qua heres
scriptus est consequi.^l ita igitur res accipietur, verbi gratia,
pone duos esse heredes institutos: vnum ex fundo Corneliano,
alterum ex fundo Libiano.^m & fundorum alterum qui-
dem facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem. erunt
quidem heredes ex æquis partibus, quasi sine partibus institu-
ti. verum tamen officio iudicis tenebuntur,ⁿ ut vnicuique eo-
rum fundus qui relictus est adiudicetur, vel adtribuatur.

^c pecuniam de-
^f misisset
^f exige
^g esset^h rerum certarum
ⁱ Quod si unus heres
simpliciter institutus
fuerit, alter vero ex
certitate: ille heres es-
set, hic vero legata-
rius, l. quicquid certi-
d heredi. instit. C.
^k vt amplius nihil
is
^l consequatur.
^m in Libiano.
ⁿ a sentiebitur,

Vnde scio quæsitus eris alieni onus pro qua parte adgnosci 1
debeat. & refert Papinianus , cuius sententiam ipse quoque
probaui, pro hereditariis partibus eos adgnoscere æs alienum
debere. hoc est pro semissè. fundos etenim vice præceptionis
acciendos. quare si forte tantum sit æs alienum, vt nihil de-
tracto eo superes se possit: cōsequenter dicemus, institutiones
istas ex re factas nullius esse momenti. & si forte Falcidia in-
terueniens recisionem esset legatorum factura, hic officio iu-
dicis recidit præceptiones istas . vt non plus quisque eorum
habeat, quām esset habiturus, si legatum accepisset vel aliud,
vel etiam præceptiones. quod si fuerit incertum an Falcidia
interuentura sit, rectissimè probatur, officio iudicis cautiones
esse interponēdas. Cum hæc ita sint, hæc etiam^b institutio, 2
de qua quæritur, non *est* repellenda, si^c alius rerum prouin-
cialium, alius rerum Italicarum heres fuerit scriptus. officio-
que iudicis attribuentur singulis res quæ adscriptæ sunt. erūt
tamen heredes ex æquis partibus, quia nulla pars adscripta
est. quæ res facit, vt si forte in aliis facultatibus plus sit, in Ita-
licis forte quām in prouincialibus, in aliis minus, & æris alieni
ratio vrgueat: dici^d imminutionem eandem fieri, quam su-
pra ostendimus. proinde & si aliis fuerint legata relicta, con-
tributio admittenda erit. Rerum autem Italicarū vel pro- 3
uincialium significatione quæ res accipiendæ sint, videndum
est, & facit quidem totum voluntas defuncti. nam quid sen-
serit, spectandum est. verum tamen hoc intellegendum erit,
rerum Italicarum significatione eas contineri, quas perpetuò
quis ibi habuerit, atq; ^e ita disposuit, vt perpetuò haberet. ce-
teroquin si tempore in quo transtulit in alium locum, non vt
ibi haberet, sed vt denuo^f ad pristinum locum reuocaret: neq;
augebit quod transtulit, neq; minuet vnde transtulit. vtputa de
Italico patrimonio quosdam seruos miserat in prouinciam,
forte Galliam, ad exigendum debitum, vel ad merces compa-
randas, recursuros, si comparassent. dubium non est, quin de-
beat dici ad Italicum patrimonium eos pertinere debere. vt est
apud Mucium relatum, cum fundus erat legatus vel cum in-
strumento, vel cum his quæ ibi sunt. agasonem enim missum
invillam à patrefamilias, non pertinere ad fundi legatū^g Mu-
cius lait: quia nō idcirco illò erat inmissus, ^h vt ibi esset. proinde
si seruus fuerit missus in villam, interim illic futurus, quia
dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus : responsum
est eum ad villæ legatum non pertinere. quare ne serui quidē,
qui operari in agro consuerunt, qui in alias agros reuerteantur,ⁱ
& quasi ab alio commodati: in ea sunt condicione, vt ad
legatum pertineant. quia non ita in agro fuerant, vt ei agro vi-
derentur destinati. quæ res in proposito quoque suggesterit, vt
Italica-

^a officium^b enim^c & si alius^d dici oporteat^e aut^f si in tempore ali-
quid
g perpetuò^h missus,ⁱ reueterentur.

Iitalicarum rerum esse credantur hæres, quas in Italia esse testator voluit. Proinde & si pecuniam misit in prouinciam ad merces comparandas, & neçdum comparatæ sint: dico pecuniam, quæ idcirco misla est, vt per ^a eam merces in Italiam adueherentur, ^b in Italico patrimonio iniungendam. ^{a pro ea} ^{b adiungendam} nam & si deditset in prouincia de pecuniis quas in Italia exercebat, ituras & reddituras: dicendum est hanc quoq; Italici patrimonij esse rationem. igitur efficere ^c dici, vt merces quoq; istæ, que comparatæ sunt ut Romam veherentur, siue prouectæ ^e sunt eo viuo, siue non dum: & siue scit, siue ignorauit: ad eum heredem pertinere, ^f cui Italicae res sunt adscriptæ. ^{f pertainant.}

XXXVI. IDEM libro octauo Disputationum!

Si quis ita scriperit heredem, EX QVA PARTE CODICILLIS TITIVM HEREDEM SCRIPSERO, HERES ESTO: etiam si pars in codicillis non fuerit adscripta, erit tamen heres, quasi sine parte institutus.

Non admittitur concursus instituti & substituti.

XXXVII. IULIANVS libro vicensimo nono Digestorum!

CVM in testamēto ita scribitur, SI FILIUS MEVS ME VIVO MORIETVR, NEPOS EX EO POST MORTEM MEAM NATVS HERES ESTO: duo gradus heredum sunt. nullo enim casu vterque ad hereditatē admittitur. ex quo apparet, si nepoti Titius substitutus fuerit, & filius patri heres extiterit: non posse Titium vnā cum filio heredem esse. quia non in primum, sed in secundum gradum substituitur.

Hæc verba, PVBLIVS, MARCVS, GAIUS INVICEM SUBSTITVTIS HERedes MIHI SVNT: sic interpretanda sunt, vt breuiter videretur ^h testator tres instituisse heredes, & inuicem eos substituisse. perinde ac si ita scripsisset, ILLE, ET ILLE, ET ILLE INSTITVTI

HERedes ET SUBSTITVTI SVNT. Qui tres filios habebat, & ita scriperit, FILII MEI HERedes SVNT. PVBLIVS FILIUS MEVS EX HERESⁱ ESTO. videri potest prima parte duos dumtaxat filios heredes instituisse.

XXXVIII. IDEM libro trigensimo Digestorum!

Qui filio impuberi exheredato Pamphilum legat, eundem post mortem filij ex parte heredem instituere eodem modo potest, quo is qui seruum ^k Sempronio legatum, eundem post mortem Sempronij ex parte heredem instituit.

Seruuus testamento heres purè scriptus, liber autem iussus esse, si intra Kalendas Decembres decem deditset: si codicillis pure libertatem acceperit, intra Kalendas quidem neque liber neque heres erit, nisi decem dederit: si intra Kalendas non dederit,

^g Hic non substitutio, sed institutio breuerior satis dicitur: quia plures per actum datur

^h seu dissolutio, exiunctum substitutio, in situ quoque censetur hac formula. Ita-

ⁱ que non recte inter- pretes breuiterque substitutio exemplum hic constituit. Vig. ad tit. de vulg.

^j & si plures. Institu- h videtur i heres esto.

^k seruum commu- nem

dederit, liber ex codicillis erit. Si quis seruum suum liberum & sub condicione, heredem pure scriptisset, eumque vendidisset: pendente cōdicatione iussu emptoris seruus adire hereditatem potest. quia & constitit institutio, & est qui ius imperandi habet. quod si post defectam condicionem alienatus fuisse, non potest iussu emptoris hereditatem adire. quia eo tempore ad eum peruenisset, quo iam extincta institutio^a inutilis fuerat. igitur cum seruus sub cōdicatione liber esse iubetur, & legatum pure accepit, si pendente condicione manumissus vel alienatus fuerat: legatum habebit, aut domino acquiret, quamvis mortis tempore cōdicio libertatis extincta fuerit. si vero post defectum condicionis manumissus aut alienatus fuerit, legatum ad irritum recidit. Cum venditor seruum ante traditionem ab emptore pro parte heredem scriptum adire iubet, restituere coheredi serui necesse habet. quia lucrum facere eius serui iure, b quem vendidit, non debet. plane non totum quod adquisierit restituet. sed pro ea dūtaxat parte, qua seruus coheredem habuerit.

XXXVIII. MARCIANVS libro secundo Regularum

IDEST partem dimidiā serui, & quartam hereditatis. Libro trigensimo digestorum Iuliani Marcellus notat: immo & lid debet præstari, quod consequi venditor non potuisset, si prius quam adiret c seruus partem hereditatis, is traditus d esset. quod est verum.

Concursus instituti & substituti.

XL. IVLIANVS libro trigensimo Digestorum

SI paterfamilias Titium, quem ingenuum esse credebat, heredem scripsit: eiique si heres non esset, Sempronium^a substituerit: deinde Titius, quia seruus fuerat, iussu domini adiret hereditatem: potest dici Sempronium in partem hereditatis admitti. nam qui scit aliquem seruum esse, & eum heredem scribit, & ita substituit, s i s t i c h u s h e r e s n o n e r i t, s e m p r o n i v s h e r e s e s t o : intellegitur tale^b quod dicere, si Stichus neque ipse heres erit, neque alium fecerit. at qui^c eum, quem liberum putat esse, heredem scripsit: hoc sermone s i h e r e s n o n e r i t, nihil aliud intellegitur significare, quam si hereditatem vel sibi^d adquisierit, vel mutata condicione alium heredem non fecerit. quæ adiectio ad eos pertinet, qui patresfamilias heredes scripti, postea in seruitutem deducti fuerint. igitur in hoc casu semis^e fient. ita ut alter semis inter eum qui dominus instituti heredis fuerit, & substitutum æquis portionibus diuidatur.

xli.

* & inutilis

b quem iure: & el
nomiae, quem

c adierit
d distractus

a Alc.lib.1.difunct.
c.2.legi: Semproniu
zohredem.

tale quid
g atqui si

b non adquisierit,

i duos semisses

XL I. POMPONIUS libro duodecimo ex variis

Lectionibus^l

ET hoc Tiberius ^a Cæsar constituit in persona Parthenij, qui tamquam ingenuus heres scriptus adierat hereditatē: cum esset Cæsaris seruus, nam diuisa hereditas est inter Tiberium & eum qui Parthenio ^b substitutus erat, vt refert Se-xtus Pomponius.^c

^a Theophilus de
vulg. s. f. legis Pius.
^b Aelius, i. s. diffinis ca-
legis Titus.
^c Parthenio
e Pompeius.

XL II. IVLIANVS libro sexagensimo quarto Di-
gestorum^l

QVisoluendo non erat, duos Apollonios liberos heredēs que esse iussicerat, altero ante apertas tabulas testamenti mortuo, non ineleganter defendi poterit, eum qui supererit, liberum & solum necessarium heredem fore. quod si vterque viuit, institutionem nullius esse momēti propter legem Aeliā Sentiam, quæ amplius quam vnum necessarium heredē fieri vetat.

XL III. PAVLVS libro primo ad legem Aeliam
Sentiam^l

INuicem enim eos sibi obstatere.

Ex facto alterius alius exheredari non debet.

XL IV. ALPHENVS libro quinto Digestorum^l

PAterfamilias testamento duos heredes instituerat: eos ^d mo^e d^f cōsque pumentum facere iussicerat in diebus certis: deinde ita scripsicerat, QVI EORVM NON ITA FECERIT, OMNES EX HEREDES SVNTO: alter heres hereditatem prætermiserat. reliquus heres consulebat, cum ipse monumentum ^f + exstruxisset, instruxisset, numquid minus heres esset ob eam rem, quod coheres eius hereditatem non adisset. respondit neminē ex alterius facto hereditati neq; alligari neque exheredari posse, sed vti quisque condicionem impleisset, quamvis nemo adisset præterea, tamen eum heredem esse.

Condicio impossibilis.

XL V. IDEM libro secundo Digestorum à Paulo
epitomatorum^l

SIMAEVIA MATER MEA, ET FULVIA FILIA MEA
S^eVIVENT, ^c TVM ^f MIHI LVCIVS TITIVS HE-
RES ESTO. Seruius respondit, si ^g testator filiam numquā ^e viuet, viuens
^f tu: nunc habuerit, mater autem superuixisset: tamen Titium heredem fore. quia id quod inpossibile in testamento scriptum esset, nullam vim haberet.

Fideicommissum non potest peti ex sola voluntate defuncti.

XL VI. AFRICANVS libro secundo Quæstionum^l

QVIDAM ^h cum filium familias heredem instituere vellet,
nead patrem eius ex ea ⁱ hereditate quicquam perue-
niret,

^h Coniungit s. f. cō-
filii ex de donatio.

niret, voluntatem suam exposuit filio: filius cum patris offensam vereretur, petit à testatore, ne sub condicione s i A P A T R E E M A N C I P A T V S E S S E T heredem eum institueret: & impetravit ab eo, ut amicum suum heredem institueret: atque ita testamento amicus filij ignotus testatori, heres institutus est. nec quicquam ab eo petitum est. quarebatur, si ille amicus aut adire nollet, aut aditam nollet restituere hereditatem: an fideicommissum ^a ab eo peti possit, aut aliqua actio aduersus eum esset. & vtrum patri, an filio competenter, respondit, etiam si manifestum sit scriptum heredem fidem suam interposuisse: non tamen aliter ab eo fideicommissum peti posse, quam si & ipsum testatorem fidem eius secutum esse probaretur. si tamen cum à filios familias rogaretur amicus, & aditum se hereditatem receperisset, & restitutum patrifamilias facto: non absurde dici ^b possit, mandati actionem futuram. & eam actionem patri inutili fore, quia non sit ex bona fide, id ei restitui, quod testator ad eum peruenire noluerit. sed nec filio vulgarem competituram: verum utilem, sicuti dare placeret ei, qui cum filius familias esset, pro aliquo fideiussisset: ac paterfamilias factus soluisset.

Correc^{tio}.X L V I I . I D E M [¶] libro quarto Quæstionum[¶]

^d Coniunge l. Sti-
chus, imo. 21. de ma-
nus scripta.

e heredes sunt.

f habitorum:
g quartam por-
tionem

h habitus esset.

S I ita ^d scriptum fuerit, T I T I V S, I M M O S E I V S H E R E S E S T O : Seiū solum heredem fore respondit. sed & si ita, T I T I V S H E R E S E S T O , I M M O S E I V S H E R E S E S T O : idem erit dicendum. Quidam testamento ita heredes instituit, T I T I A F I L I A M E A H E R E S E S T O . S i Q V I D M I H I L I B E R O R V M M E V I V O M O R T V O V E N A S C E T V R , T V N C Q V I V I R I L I S S E X V S V N V S P L V R E S V E N A S C E N T V R , E X P A R T E D I M I D I A E T Q V A R T A : Q V I F E M I N I N I S E X V S V N A P L V R E S V E N A T A E R V N T , E X P A R T E Q V A R T A M I H I H E R E S ^c S I T . postumus einatus est. consulebatur, quota ex parte postumus heres esset. respondit, eam hereditatem in septem partes distribuendam. ex his filia quatuor postumum trés habituros: ^f quia filiae totus as, postumo dodrans datus est. vt quarta ^g portione amplius filia quam postumus ferre debeat. ideo si postuma quoque nata esset, tantundem sola filia, quantum yterque postumorum habituri ^h essent. itaque in proposito cum as filiae, dodrans postumo sit datus, vigintiunam partes fieri: vt filia duodecim, non uem filius habeat. In testamento ita scriptū est, L V C I V S T I T I V S E X D V A B V S V N C I I S , G A I V S A T T I V S E X P A R T E V N A , M A E V I V S E X P A R T E V N A , S E I V S E X P A R T I V S D V A B V S H E R E D E S M I H I S V N T O .

CON-

consulebatur quid iuris esset. respondit, hanc scripturam illā interpretationē accipere posse, vt Lucius Titius duas vncias habeat, ceteri autem quasi sine partibus instituti, ex reliquo dextante heredes fint. quem dextante ita diuidi oportet, vt Seius quineuncem, Attius & Mævius alterum quincuncem habeant.

Quomodo fiat institutio.

XLVIII. MARCIANVS libro quarto Institu-
tionum

His verbis, **TITIVS HEREDITATIS MEAE DOMI-**
NVS ESTO, recte institutio fit. Illa^a institutio va-
let, **FILIVS MEVS IN PISSIMVS MALE DE ME**
MERITVS HERES ESTO. pure enim heres instituitur
cum^b maledicto. & omnes huiusmodi institutiones receptae
sunt. Interdum nec cum libertate utiliter seruus à domina
heres instituitur: vt constitutione Diuorum Seueri & Anto-
nini significatur, cuius verba hæc sunt. Seruum adulterij ac-
cusatum, non iure testamento manumisum ante sententiam
ab ea muliere videri, quæ rea fuerit eiusdem criminis postula-
ta, rationis est. quare sequitur, vt in eundem à domina collata
3 institutio nihil mometi habeat. Si in patre, ^c vel patria, vel
alia simili adsumptione falsum scriptū est: dum de eo qui de-
monstratus sit constet, institutio valit.

XLVIII. FLORENTINVS libro decimo Insti-
tutionum

Si alienum seruum liberum & heredem esse iussi, & is po-
stea meus effectus est, neutrum valet: quia libertas alieno
seruo inutiliter data est.

Capacitas heredis.

In^d extraneis heredibus illa obseruantur, vt sit cum eis te-
stamenti factio: siue ipsi heredes instituatūr, siue hi qui in po-
testate eorum sunt. & id duobus^e temporibus inspicitur: te-
stamentifaci, vt constiterit institutio: & mortis testatoris, vt
effectum habeat. hoc amplius, & cum adibit hereditatem, esse
debet cū eo testamenti factio: siue purè, siue sub cōdicio-
ne heres institutus sit. nā ius heredis eo vel maximè tempore inspi-
ciendum est, quo adquirit hereditatē. medio autem tempore
inter factum testamentum & mortem testatoris, vel cōdicio-
nem institutionis existentem, mutatio iuris heredi nō nocet.
quia, vt dixi, tria^f tempora inspicimus.

^d In suis spectatur
tentum tempus testa-
menti, & moriū,
quia in illis adiutoriū nō
est necessaria. Lin-
sus, infr. de suis, &
legiri.
^e tribus, deserior
^f Etiam

L. VLPIANVS libro sexto Regularum

Seruum meum heredem institutum cum libertate, si viuus
vendidero ei cum quo testamenti factio non est, posteaq;
cum redemero: ex testamento mili heres poterit. nec mediū
tempus, quo apud eum fuit, vitiauit institutionem. quia verū
est, vtro-

est, utroque tempore tam testamenti faciendo quam mortis tempore meum fuisse. vnde si apud eum remanserit, vitiatur institutio. vel si cum eo testamenti factio est, iussu eius adeundo adquiret ei hereditatem. Si in non faciendo impossibilis codicilus institutione heredis sit expressa, secundum omnium sententiam heres erit, perinde ac si pure institutus esset.

Divisio hereditatis.

Hereditas plerumque diuiditur in duodecim vncias, quae assis appellatione continentur. habent autem & haec partes propria nomina ab vncia usque ad assim. Puta haec: sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, las.

L I . M A R C I A N U S libro tertio Regularum

TALEM INSTITUTIONEM QUIDAM VALERE NON PUTABANT, STICHVS LIBER ESTO: ET SI LIBER ERIT, HERES ESTO. Sed Diuus Marcus rescripsit, hanc institutionem valere perinde atque si non erat adiectum, SI LIBER ERIT.

Res dicitur mea, in qua ius aliquod habeo.

Si quis ita scriperit, STICHVS, SI MEVS ERIT CVM MORIOR, LIBER ET HERES ESTO: alienatus non poterit iussu emptoris adire hereditatem. quamvis, et si non erat hoc expressum, non alias liber & heres fieri poterat, quam si mansisset eius. sed si viuus eum manumiserit, Celsus libro quintodecimo digestorum scribit, fieri hunc heredem. non enim hunc casum testatorem voluisse excludere, palam est. neque verba omnino repugnant. nam quamvis seruus eius non est, at certe libertus est.

L II . P A V L U S libro secundo Regularum

SERUUS hereditarius heres institui potest: si modis testamenti factio fuit cum defuncto. licet cum herede instituto non fit.

Quæstio facti.

L III . M A R C E L L U S libro singulari Responsorum
LVCIUS TITIUS SEIO & SEMPRONIO EX SEMISSIBUS HEREDIBUS INSTITUTIS, & CETERIS EXHEREDATIS, INUICEM HERDEM SUBSTITUIT: DEINDE LEGATA & LIBERTATES DEDIT: POSTEA ITA SUBIECIT: CORNELIVS ET SALVSTIVS ET VARO^b AEQVIS PARTIBVS HERedes SVNTO. QVOS INVICEM SVBSTITVO. QUARO QUANTUM VEL PRIORES DUO EX SEMISSIBUS INSTITUTI, VEL POSTERIORES HABERE DEVEANT. MARCELLUS RESPONDIT, IN OBSCURO ESSE, CORNELIUM & SALVSTIUM & VARONEM PRIMO, AN SECUNDO, VEL TERTIO GRADU HERDES INSTITUERE VOLUERIT. SED SECUNDUM SCRIPTURAM TESTAMENTI QUAE^t PONERETUR, ALTERUM ASSIM DATUM EIS VIDERI.

^a lib. 16.

^b Varro

^t proponetur.

L I V I I I . N E R A T I V S libro primo Meufbranarum[¶]

Pater filio impuberi seruum heredem substituit, liberum
que esse iussit: eum pupillus vendidit Titio: Titius eum
iam primo testamento facto, in secundo testamento liberum
heredemque esse iussit. superius testamentum Titij ruptum
est. quia is seruus & heres potest esse. & vt superius testamen-
tum rumpatur, sufficit ita posterius factum esse, vt aliquo ca-
su potuerit ex eo heres exilere. quod ad vim autem eius insti-
tutionis pertinet, ita se res habet, vt quamdiu pupillo ex ea
substitutione heres potest esse, ex Titij testamento liberta-
tem hereditatemque consequi non possit. si^b pupillus insuam^b siverò
tutelā peruerterit, perinde ex Titij testamento liber heresque
sit, ac si pupillo substitutus non fuisset. si^c pupillo heres exti-
tit, propius est vt Titio quoque, si velit, heres esse posset.

L V . P A V L V S libro primo ad legem Aeliam

Sentiam[¶]

Si quis soluendo non est, primo loco Stichum, secundo eū,
cui ex fideicommissi^d causa libertatē debet, liberum & he-
redem instituerit: Neratius secundo loco heredem scriptum
fore ait. quia non videtur^e creditorum fraudandorum causa^e videatur
manum illius.

L VI . I D E M libro singulari de secundis tabulis[¶]

POtest quis ita heredem instituere, si INTRA ANNVM
SEPTVAGENIMVM DECESSERO, ILLE MI-
HI HERES ESTO. non enim pro parte testatus intellegi
debet, sed sub condicione instituisse.

*De instituto in fraudem creditorum.*L VII . I D E M libro quinquagesimo septimo ad
Edictum[¶]

Si quis soluendo non est, seruū cum libertate heredem in-
stituerit, & liberum substituerit: ante incipiendum erit à
substituto. lex enim Aelia Sentia ita demum ei qui in fra-
udem creditorum heres institutus est conseruat libertatem, si
nemo alias ex eo testamento heres esse potest.

*Demonstratio heres institui potest.*L VIII . I D E M libro quarto ad Vitellium[¶]

Nemo dubitat, recte ita heredem nuncupari posse, hic
MIHI HERES ESTO: cum sit coram qui ostenditur.
Qui frater non est, si fraternal caritate diligitur, recte cum no-
mine suo sub appellatione fratris heres instituitur.

L IX . C E L S V S libro sextodecimo Digestorum[¶]

Liber homo cum tibi seruiret, heres institutus iussu tuo
adiuit. Trebatius esse eum heredem: Labeo, tunc non esse
heredem, si necesse id fecerit, non quid alioquin vellet ob-
ligari. Si quis ita heredem instituerit, TITIVS QVA EX

Pars v.

§ d

PARTE

a ei heres

b siverò

c sed si pupillo

d fideicomissaria

e Ex ist. derib. au-
tho. ind. possit.

g Iuxta hanc est Sen-
tentia Salomonis Pro-
prietatis vir amica-
bilis ad societatem
magis amicue erit,
quam frater.
la Silber

PARTE MIHI SOCIVS EST IN VECTIGALI SALINARVM, PRO EA PARTE MIHI HERES ESTO. quidam putant, si aſſe deſcripto id diſtum^a ſit: ut maximè ſocius fuerit Titius,^b non eſſe heredem. ſed ſi qua pars vacua relictā fuerit, ex ea heredem^c eſſe. quod totum & ineptum & vitiosum eſt. quid enim vetat, aſſe deſcripto utile Titium ex parte forte quarta, ex qua ſocius erat, heredem inſtitutū eſſe?

^d Ciratur hic locus
ab Ulpiano l. irem
quod Sabinius. S.
tit. ſp. p. 20.

TITIUS^d HERES ESTO. SEIVS ET MAEVIVS^e HERedes SVNT O. verum eſt quod Proculo placet, duos ſemifiles eſſe. quorum alter coniunctim duobus datur.

Ius ad crescendi.

Cum quis ex inſtitutis, qui non cum aliquo coniunctim inſtitutus fit, heres non eſt: pars eius omnibus pro portionibus hereditariis ad crescere. neque refert, primo loco quis inſtitutus, an alicui substitutus heres fit. Si heres inſtitutus scribendi testamēti tempore ciuiſ Romanus fuit, deinde ei aqua & igni interdictum eſt: heres fit, ſi intra illud tempus quo testator decessit redierit: aut ſi ſub condicione heres inſtitutus eit, quo tempore condicio exſtitit. idem & in legatis, & in bonorum poſſeſſionibus. TITIUS EX SEMISSE HERES ESTO. SEIVS EX QVADRANTE HERES ES-⁵ SOT. TITIUS SI IN CAPITOLIVM ASCENDERIT.

EX ALIO QVADRANTE HERES ESTO. antequā Capitolum ascendat, ſi pro herede gerat, ex ſemifle heres erit. ^f Si Capitolum ascenderit, & ex quadrante heres erit. nec erit ei neceſſe pro herede gerere, quippe iam heredi. Si ita ſcrip-⁶ tum fuerit, TITIUS EX PARTE TERTIA, MAEVIVS

EX PARTE TERTIA HEREDES SVNT O: TITIUS, SI INTRA TERTIAS KALENDAS NAVIS EX ASIA VENERIT, EX RELIQVA PARTE HERES ESTO: videamus, ne Titius statim ex ſemifle heres fit. nam duo heredes inſtituti ſunt. ſed Titius aut ex ſemifle, aut ex beſſe. ita ſextans utique erit in pendēti. & ſi condicio exſtitit, ex beſſe heres erit. ſi non exſtitit, ille ſextans Mævio ad crescere. ſed ſi deceſſerit Titius antequam condicio exſtitat, deinde condicio exſtitit: tamen ille ſextans non Titij heredi, ſed Mævio ad-⁷

creſcet. nam cum adhuc dubium eſſet, Titio an Mævio iſ ſextans datus eſſet: Titius decessit. nec potest intelligi datus ei qui tempore dandi in rerum natura non fuit. Si Attius Titium & Mævium & Seium equis partibus heredes inſtituit, Titius interim ſolus adiit hereditatem, & Seium heredē inſtituit: poterit Seius Titij adire hereditatem. Attij vel adire vel omittere. ſed Attio, antequam adeat vel omittat eius hereditatem, ex ſemifle heres erit. ſi adierit Seius Attij hereditarem, Titius ex triente diuina taxat heres erit. & per hereditatē Titij triens

triens dumtaxat ad Seium perueniet, alterum trientem ex sua institutione habebit. quid ergo si ab Attio Titius & Seius heredes instituti sunt, Titius adierit hereditatem, Titio Seius heres extiterit? potestne Attij hereditatem omittere? an necessaria ei ex aste heres est? quippe cum aliis nemo heres institutus est, quamvis ipse qui ex aliqua parte iam heres est: perinde a quoniam & de est, quasi unus heres per Titium^b institutus sit.

LX. C E L S V S libro vicesimo nono Digestorum^a

Qui soluendo non erat, seruum primo loco, & alterū seruum secundo loco, heredes scriptis. solus is qui primo loco scriptus est, hereditatem capit. nam lege Aelia Sentia ita cauetur, vt si duo plurē vel ex eadem causa, heredes scripti sint: ut quisque primus scriptus fit, heres fit.

Exheredatio.

LXI. M O D E S T I N V S libro octavo Respon-

forum^b

QVIVOLEBAT filiam exheredare, sic testamento compræhen-

c filiam
dit: TE AVTEM FILIA^c IDEO EXHEREDA-

d dote
VI, QVONIAM CONTENTAM TE ESS E DOTI

f Repugnat enim
summum ius, l. ius
legitimū d. reg. Iur.
G. heres. de heret.
dibus instituti. In-
stitutio. neque ex ce-
to tempore quis ha-
res institui potest.

e Huic quoque subi-
litati iuri miles non
seruit. Miles de mi-
litaria infida.

f Vel post mortem
illius &c. heres
esto. I. qui filio im-
puberis. supra ead.
g quod placet
de qua

h Vi enim institutio
valeat, operet de co-
constitu qui demon-
stratus fuit. I. huc re-
bis. §. si in parte sup.
i o. l.

k Fieri enim non po-
test, quin heredes
semper coanimili sas
siquo modo, cum ve-
ram sit eos ad cindere
potest, hereditato
rec. u. legatur. q. redi-
plerumque sunt di-
finiunt: quo casu non
est inter eos in ac-
cre. t. d. l. huius mo-
di. §. quibus ita de-
legatur. infida.

LXII. I D E M libro secundo Pandectarum^a

IN tempus capienda hereditatis institui heredem posse, Venerabilis ete est. veluti LVCIVS TITIVS CVM. CA-
PERE POTVERIT, HERES ESTO. fidem & in lega-
to. Quotiens non appareret quis heres institutus sit, institutio
non valet. quippe euenire potest; si testator complures ami-
cos eodem nomine habeat, & ad designationem nominis sin-
gulari nomine vtatur, nisi ex aliis apertissimis provocationi-
bus fuerit reuelatum, pro qua persona testator senserit.ⁱ

Ius accrescendi.

LXIII. I A V O L E N V S libro primo ex Cassio^b

Heredes sine partibus vtrum coniunctim an separatim scri-
bantur, hoc interest, quod si quis ex coniunctis decessit, perti-
net. si autem ex separatis: ad omnes, qui testamento eodem
scriptis sunt heredes, portib. eius pertinet.^k

LXIV. I D E M libro septimo Epistula-

rum^b

EIUS seruum, qui post mortem meam natus erit, heredem
institui posse Labeo frequenter scribit, idque verum esse
manifesto argumēto comprobatur. quia seruus hereditarius,
prius quam adeatur hereditas, institui heres potest: quamvis
is testamenti facti tempore nullius sit.

L X V . I D E M libro duodecimo Epistularum^b

Hereditas ad Statium Primum nullo iure pertinet, cum institutus heres non sit, nec quicquam ei prodest, quod ab eo aliquid legatum est, aut libertus ei defuncti testamento commendatus est, ex quo si manuunius non est, seruus est.

Ius accrescendi.

L X VI . P O M P O N I V s libro primo ad Quintum Mucium^a

Si ita quis heredes instituerit, T I T I V S H E R E S E S T O . G A I V S^a E T M A E V I V S A E Q V I S E X P A R T I B V S H E R E D E S S V N T O . quamuis e t syllaba coniunctione faciat: si quis tamen ex his decebat, non alteri soli pars adcrescit, sed & omnibus coheredibus^b pro hereditariis portionibus . quia non tam coniunxit, quam celerius dixisse videatur.

L X V I I . I D E M libro secundo ad Quintum Mucium

Si ita scriptum fuerit, T I T H A S V S S I I M C A P I T O L I V M A S C E N D E R I T , H E R E S E S T O . T I T H A S V S H E R E S E S T O : secunda scriptura potior erit. plenior est enim quam prior.

De institutione collata in voluntatem alterius.

L X V I I I . I D E M libro septimo ad Quintum Mucium

Si quis Sempronium heredem instituerit sub hac condicione, si TITIVS IN CAPITOLIVM ASCENDERIT: quamuis non alias heres esse possit Sempronius, nisi Titius ascendisset in Capitolium: & hoc ipsum in potestate sit depositum Titij: quia tamen scriptura non est expressa voluntas Titij, erit utilis ea institutio. atquin si quis ita scriperit, si TITIVS VOLVERIT, SEMPRONIVS HERES E S T O : non valet institutio. quedam enim in testamentis si exprimantur, effectum nullum habent. quando si verbis tegantur, eandem significationem habeant, quam haberet expressa. & momentum aliquod habebunt. sic enim filii exhereditatio cum eo valet, si quis heres existat. & tamen nemo dubitat, quin si ita aliquis filium exheredauerit, T I T I V S H E R E S E S T O , * E T * C V M H E R E S E R I T T I T I V S , F I L I V S E X H E R E S E S T O : nullius momenti esse exhereditationem.

L X V I I I I . P R O C V L V S libro secundo Epistularum

CORNELIVS ET MAEVIVS, VTER E O R V M VOLET, H E R E S E S T O . vterque vult. Trebatius neutrum fore heredem: Cartilius^b vtrumque. tu cui adsentiaristi Proculus: Cartilio adsentio. & illam adiectionem, V T E R E O R V M V O L E T , superuacuā puto. id enim etiam ea non adiecta

a Duplex est hic
questio: maius, que sit huius coniunctio-
nem rite, & cum
Paulo fecerit. lxx con-
iunctio de lega. 3. in-
fra verbo coniunctio
preferre coniunctio,
in verbis, quia non
tam & ceteris quibus
apparet cum fateri,
potiorum causam fur-
tarum coniunctiorum
verbis. Aliter facti,
an siis coniunctis: &
quoniam huius verbis
coniungi heredes dis-
cuntur. lxx coniunctis
de lega. 3. infra. & l.
triplici de verbis, si-
gnificativa tamen hoc
est ita accipendum,
nisi aliud alium sit,
ut quia appareat bre-
vitas studio italo-
cum fuisse testa-
rem, quasi prelixi-
or ei videtur hec ora-
tio. Causa heres
est: Mucius heres
est: ac fortè apud
Mucium plenor erat
species, ex qua con-
statbat nullisse testa-
rem heredes verbis
coniungere.
b hereditibus
c Coniunge l. 21. de
lib. & posthu.
d Nec eandem
e momentum ta-
men
f habeant.
g ut sit exhereda-
tio.
h Lurisi & fulii huius
mensis quaque sis. l.
s. si certa. s. si me.
C o m m a n d a .
i adsentia.

adiecta futurum fuit, ^a vt vter vellet, heres esset. vter ^b nollet, heres non esset. quod si hi ex numero necessariorum heredum essent, tum id non frustra adiectum esse. & non solum figuram, sed vim quoque condicioneis continere. dicerem tamen, si vterque heres esse vellet, utrumque heredem esse.

Quae sit captatoria institutio.

LXX. PAPINIANVS libro sexto Responsorum[¶]

Captatorias ^c institutiones non eas senatus improvauit, ^{e Aug. libr. 4. emend.} quæ mutuis affectionibus iudicia prouocauerunt: sed ^{c. 15. præter omnia sententiam explicat} quarum condicio confertur ad secretum alienæ voluntatis. ^{que sit institutio capatoria.}

LXXI. PAULVS libro quinto ad Legem Iuliam

& Papiam

Illi autem institutiones captoriae non sunt: veluti si ita heredem quis instituat, ^d QVA EX PARTE TITIVS MX d instituerit, HEREDEM INSTITUIT, EX EA PARTE MAEVIVS HERES ESTO: quia in præteritu, non in futurū institutio collata est. sed illud quæri potest, an idem seruandū sit quod senatus cœsunt, etiā si in aliā personā captionē direxerit. veluti si ita scripserit, TITIVS SI MAEVIVM TABVLIS TESTAMENTI SVI HEREDEM A SE SCRIPTVM OSTRENDERIT, PROBAVERIT QVE, HERES ESTO. quod in sententiā senatus consulti incidere, non est dubium.

LXXII. TERENTIVS CLEMENS libro quarto

ad legem Iuliam & Papiam[¶]

Sicut quis solidum à lege capere non possit, & ex asse fit institutus ab eo qui soluendo non est: Iulianus ex asse eum heredem esse respondit. legi enim locum non esse in ea hereditate quæ soluendo non est.

LXXIII. GAIUS libro tertiodecimo ad Legem

Iuliam & Papiam[¶]

^{e Coniunge l. 6. de vulg. sub l. 1. 62. de cond. qd demonstrato l. 67. ad leg. Falci.}

Sed condicione herede instituto, si substituamus: nisi eadem conditionem repetemus, purè eum heredem substituere intellegimur.

LXXIV. LICINNIUS RUFINVS libro secundo

Regularum[¶]

^{f duodecimo}

Sicut ita quis heres institutus fuerit, EXCEPTO FVNDO, EXCEPTO VSVERVC TV HERES ESTO: perinde ex certo erit iure ciuili, atque si sine ea re heres institutus esset. idque auctoritate Galli Aquilij factum est.

LXXV. PAPINIANVS libro duodecimo Quæstionum[¶]

Sed filius substituaturei à quo præteritus est: non ut intestati patris, sed ex testamento habebit hereditatem. quoniam & quolibet alio substituto, si fuisset ab eo exheredatus, inde testamentum inciperet, ubi filius esset exheredatus.

LXXVI. ID E M libro quintodecimo Quæstionum[¶]

Seruuus vxori à marito mortis causa donatus, mariti manet, ut & Julianu quoque videtur. Idem si accipiat libertatem simul & hereditatem, viro necessarius heres erit. nec sine libertate aliquid ei legari potest.

LXXVII. ID E M libro septimodecimo Quæstionum[¶]

Asse totu non distributo ita scriptum est, Q U E M H E R E D E M C O D I C I L L I S F E C E R O , H E R E S E S T O . Titium codicillis heredem instituit. eius quidem institutio valet ideo, quod licet codicillis dari hereditas non possit, tamen hæc ex testamento data videtur. sed hoc tantum ex hereditate habebit, quantum ex assè residuum manit.

LXXVIII. ID E M libro sexto Responsorum[¶]

Qui non militabat, bonorum maternorum quæ in Pan-
nonia possidebat, libertum heredem instituit. pater-
norum quæ habebat in Syria, Titium. iure semis fratres ambos
habere constituit. sed arbitrium diuidendæ hereditatis supre-
mam voluntatem factis adjudicationibus, & interpositis pro-
pter actiones cautionibus, sequi salua Falcidia. scilicet ut
quod vice mutua præstantur, dolis ratione quadranti^d retinen-
do compensetur. Lucio Titio ex duabus partibus, Publio
Mæuiu ex quadrante scriptis heredibus, assè in dodrantem
esse diuisum respondi. modum enim duarum partiū ex qua-
drante declarari. quod veteres nummis Titio legatis, nummo-
rum specie non demonstrata, ceterorum legatorum contem-
platione receperunt. Filiis heredibus æquis^e partibus inti-
tutis, ac postea fratri filio pro diuabit^f vnciis: vnum assè in-
ter omnes videri factum placuit. & ex eo decem vncias filios
accepisse. tunc enim ex altero assè portionem intellegi relicta,
cum assè nominatim dato, vel duodecim vnciis distributis,
residua portio non inuenitur. nihil autem interest, quo loco
fine portione quis heres instituatur, quo magis assis residuum
accepisse videatur. Seius Mæuium ex parte, quam per leges
capere possit, heredem instituit: ex reliqua Titium. si Mæuius
solidum capere poterit, Titius adiectus aut substitutus heres
non erit.

LXXIX. ID E M libro primo Definitio-
num[¶]

Quod si non sit reliqui facta mentio, tantudem in altero
asse habevit Mæuius, quantum Titius in primo.

LXXX. ID E M libro sexto Responsorum[¶]

Quod si Mæuius nullius capax sit, in totum substitutus heres
admittitur.

LXXXI. P A V L U S libro nono Quæstionum¹

Clemens patronus testamento cauerat, vt si sibi filius natus fuisset, heres esset. si duo filii, ex æquis partibus heredes essent. si duæ filiaæ, similiter. si filius & filia, filio duas partes, filiaæ tertiam dederat. duobus filiis & filia natis, quærebatur quemadmodum in proposita specie partes faciemus, cum filii diebeant pares esse, vel etiam singuli duplo plus quam soror accipere. quinq; igitur partes fieri oportet. vt ex his binas masculi, vnam femina accipiat.

De institutione captatoria.

Si ita script. rit testator, Q V A N T A E X P A R T E M E A T I T I O H E R E D E M I N S T I T U T V M R E C I T A S S E M , EX EA P A R T E S E M P R O N I V S M I H I H E R E S E S T O : non est captatoria institutio. planè nullo recitato testamento ab ipso testatore, inanis videatur institutio remota^a & remota suspicione captatoriaæ institutionis.

LXXXII. S C A E V O L A libro quintodecimo Quæstionum¹

SI quis ita heres instituatur, S I L E G I T I M V S H E R E S V I N D I C A R E N O L I T H E R E D I T A T E M M E A M : puto deficere conditionem testamenti illo vindicante.

De seruo herede instituto.

LXXXIII. I D E M libro octauodecimo Quæstionum¹

SI non lex Aelia^b Sentia, sed alia lex, vel senatus consultum, b De hac lege Aelia Sentia vide Angelo, P. L. l. cap. 34. sicut etiam constitutio serui libertatem impedit: is necessarius fieri non potest, etiam si non sit soluendo testator. Temporibus Divi Hadriani senatus censuit, si testator, qui cum moritur soluedo non fuit, duobus pluribusve libertatem de- c moreretur, derit, eisq; hereditatem restitui iussurit, & institutus heres suspectam sibi hereditatem dixerit: vt adire eam cogatur. & ad libertatem perueniat qui priore loco scriptus fuerit. eiq; hereditas restituatur. idem seruandum in his, quibus perfideicom missum libertas data fuerit. igitur si primo loco scriptus desideraret adire hereditatem, nulla difficultas erit. nam si posteriores quoq; liberos se esse dicent, & restitui hereditatem desiderent: an soluendo sit hereditas, & omnibus liberis factis restitui deberet, apud prætorem quereretur. absente autem primo, sequens desiderans adiri hereditatem, non est audiendum. quia si primus velit sibi restitui hereditatem, præferendus est. & hic seruus futurus.^e

LXXXIV. P A V L U S libro vicensimo tertio

Quæstionum¹

Si seruo fideicomissa^f data^g sit libertas: heres^h hunc cundem seruum cum libertate heredem reliquistet: quæsumⁱ fiduciam commissaria libertas^g data est, h deinde heres

est an necessarius fiat heres. & humanius est , & magis æquitatis ratione subnixum, non fieri necessarium. qui enim etiam inuito defuncto poterat libertatem extorquere , is liber esse iussus , non magnum videtur beneficium à defuncto consequi. immo nihil commodi sensisse, sed magis debitam sibi accepisse libertatem. idem probandum erit & in illo seruo, quem testator ea lege emerat, vt manumitteret, si heres fuerit institutus. nam & hic seposito beneficio testatoris, proprio iure poterit ad libertatem peruenire ex constitutione Diui Marci. idem & in eo qui propria sua data pecunia emptus est ab aliquo. nam & hic poterit ab ipso testatore libertatem extorquere.

Disiunctiua particula habet vim coniunctiue propter voluntatem testatoris.

LXXXV. S C A E V O L A libro secundo Respon-
sorum

LVCIUS TITIUS qui fratrem habebat, testamento ita cavit:
TITIUS FRATER MEVS EX ASSE MIHI HERES ESTO. SI MIHI TITIUS HERES ESSE NOLVERIT, AVT QVOD ABOMINOR, PRIUS MORIETVR QVAM MEAM HEREDITATEM ADIRET, AVT FILIVM FILIAMVE EX SE NATVM NATAVNE NON HABEBIT: TVNC STICHVS ET PAMPHILVS SERVI MEI LIBERI ET HEREDES MIHI AEQVIS PARTIBVS SVNTO. quæro, cum Titius hereditatem adierit, & liberos aditæ hereditatis tempore non habuerit: an Stichus & Pamphilus ex substitutione liberti & heredes esse possint. item quæro, si ex substitutione neque liberi neque heredes esse possint, an in partem hereditatis videantur adiecti. respondit, appareat quidem non eam mentem testatoris fuisse , vt quemquam heredem adhiveret fratri, quem aperte ex asse heredem instituisset, igitur si frater adiicit, Stichus & Pamphilus heredes non erunt. quos ^a eos amplius noluit ^b heredes esse, si frater prius quam hereditatem adiret, decessisset liberis relictis. nam prudens consilium testantis animaduertitur. non enim fratrem solum heredem prætulit substitutis: sed & eius liberos.

De suo herede sub conditione instituto.

LXXXVI. M A E C I A N V S libro septimo Fideicom-
missorum

IAm dubitari non potest, suos quoque heredes sub hac conditione institui posse, vt si voluissent, heredes essent. si ^c heredes non essent, alium quem visum erit, ^d eis substituere. ^e negatumq; hoc casu necesse esse sub contraria cōdicione filium exheredare. primū, quia tunc tantum id exigēretur, cum in-

a quod eos: 46.
quod deo
b soluerit

c et si
d esset,
e substituerent,

poteſtate eius non eſſet, an heres patri exiſteret, expectantia a expectato
extrinſecus poſita condicione euentum.^b deinde quod etſi
quacumque poſita condicione deberet filius ſub cōtraria con-
dicione exheredari: in proposito ne poſſibilis quidem repre-
riri poſſet, certè ſi verbis exprimeretur, inepta fieret. huic enim
condicione, si vollet, heres eſto, quæ alia
verba contraria concipi poſſunt, quām hæc, si nolleſt
heres eſſe, ex heres eſto? quod quām fit ridiculum, nulli non patet. Non ab re autem hoc loco velut
excessus^c hic ſubiungetur: ſuis ita heredibus institutis, ſi volue-
rint heredes eſſe, non permittendum amplius abſtinere ſe he-
reditate: cum ea condicione instituti iam non ut neceſſarij, fed
ſuā ſponte heredes extiterunt. ſed & ceteris condicionebus,
quæ in ipſorum ſunt poteſtate, ſi ſui pariant: ^d ius abſtinendi ^d pareant
adſequi non debent.

LXXXVII. HERMOGENIANVS libro tertio Iu-
ris Epitomarum¹

EX vncijs ſex primo herede inſtituto, ſecundo ex octo, ſi ter-
tius ex reſidua parte, vel nulla portionis facta mentione
heres inſtituatur: quinque vncias hereditatis tertius habebit.
in vigintiquattuor etenim partes hereditate diſtributa, tertio
ratio calculi, veluti ex decem partibus inſtituto, quinque vncias
adſignauit.

Qui ſemel eſt heres, non poſteſt definiere eſſe heres.

LXXXVIII. GAIUS libro ſingulari de Caſib⁹²

EI qui ſoluendo non eſt, aliquo caſu euenit, vt & ſeruus ^e ve etiam ſi
cum libertate heres exſtitat, & præterea aliis heres adi-
ciatur. veluti ſi ſeruo cum libertate herede inſtituto, ſit aladi-^f eveluti & fi-
ctum fit, ſi MIHI STICHVS HERES ERIT, TVNC
TITIVS QVOQVE HERES Eſto. nam Titius an-
tequām Stichus ex teſtamento heres exſtitit, heres eſſe
non poſteſt. cum autem ſemel heres exſtitit ſeruus, non
poſteſt adiectus efficeri, vt qui ſemel heres exſtitit, definiat he-
res eſſe.

LXXXIX. PAVLVS libro ſecundo Manua-
lium³

SI ſocius heres inſtitutus fit ex aſſe, & ſeruo communi lege-
tur purè fine libertate: hoc legatum non conſtituit. planè
ſub condicione ei utiliter & fine libertate legabitur. quoniam
& proprio ſeruo ab herede recte ſub condicione legatur. qua-
re etiam heres inſtitui fine libertate, vt alienus, ſocio herede
ſcripto poterit, quia & proprius cum domino heres inſtitui
poterit.

a expectato
expectando
b euentu

c Ideſt, digrefio, e-
grefius. Ale. lib. 2.
parer. cap. 34.

LXXX. TRYPHON IN VS libro vicefimo primo
Disputationum¹

Testamento domini seruus sub condicione cum libertate heres institutus , pendente adhuc condicione necem domini detexit: eumque prator mereri libertatem decreuit. et si postea condicio testamenti extiterit, aliunde liber est: id est ex praemio, non ex testamento. igitur non est necessarius domino heres, licet aurem ei volenti adire.

LXXXI. PAULVS libro quinto Sententiarum¹

Imperatorem^b litis causa heredem institui, inuidiosum^c est. Nec^d calumnia facultatem ex principali maiestate capi oportet.

Falsa causa vitiat institutionem: legata tamen firma permanent.

LXXXII. IDEM imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex primo: seu Decretorum libro secundo

Pactum eius^e Androsthenes Pactumeiam^f Magnam filiam Pactumeij Magni ex aſſe heredem instituerat. eiq; patrem eius substituerat. Pactumeio Magno occiso, & rumore perlatō, quasi filia quoque eius mortua, mutauit testamentum: Nouiumq; Rufum heredem instituit hac praſatione, QVI A HEREDES, QVOS VOLVI HABERE MIHI, CON TINERE NON POTVI, NOVIUS RVFVS HERES ESTO. Pactumeia Magna supplicauit Imperatores nostros, & cognitione suscepta licet modus institutionis cōtineretur, quia^g falsus non solet obesse, tamen ex voluntate testantis putabit Imperatorei subueniendum. igitur pronuntiauit hereditatem ad^h Magnam pertinere. sed legata ex posteriore testamento eam praetare debere, proindeⁱ atq; si in posterioribus tabulis ipsa fuisset heres scripta.

DE VULGARI ET PUPILLARI
SYBSTITUTIONE
TIT. VI.^jMODESTINVS libro secundo Pandectarum^k

HERIDES aut instituti dicuntur, aut substituti. instituti, primo gradu: substituti, secundo vel tertio. heredis^m substitutio duplexⁿ est, aut simplex. veluti, LV CIVS TITIVS HERES ESTO: SI MIHI LVCIVS TITIVS HERES NON ERIT, TUNC SEIVS^o HERES MIHI^p ESTO. P SI HERES NON ERIT, SI VR ERIT, ET INTRA PUBERTATEM DECESSERIT:

RIT: TVNC CAIVS SEIVS HERES ^{MIHI} ESTO.

Substituere liberis tam heredibus institutis quam exhereditatis possumus. & tam eum quem heredem nobis instituimus, quam alterum. Substituere liberis pater non potest, nisi si heredem sibi instituerit. nam sine heredis institutione nihil in testamento scriptum valet.

De pupillari substitutione.

II. VLPIANVS libro sexto ad Sabinum!

M Oribus^a introducuntur, ut quis liberis impuberibus testamentum facere possit, donec masculi ad quatuordecim annos perueriant, foeminae ad duodecim. quod sic erit accipiendum, si sint in potestate. ceterum emancipatis non possumus. postumis planè possumus. nepotibus etiam possumus: & deinceps si qui non recasuri sunt in patris potestate. sed si eos patres præcedant, ita demum substitui eis potest, si heredes instituti sint, vel exhereditati. ita enim post^b legem Velleam succedendo non rumpunt testamentum. nam si principale ruptum sit testamentum, & pupillare euanuit. sed^c si extraneum quis impuberē heredem scriperit, poterit ei substituere: si modo eum in locum nepotis adoptauerit, vel^d adrogauerit filio præcedente. Quisquis autem impuberi testamentum facit, sibi quoque deberet facere. ceterum soli filio non poterit, nisi forte miles sit. adeo autem nisi sibi quoque fecerit non valet: vt nisi adita quoque patris hereditas sit, pupillare testamentum euanescat. Planè si omissa causa principalis testamenti, ab intestato possideatur hereditas: dicendum est & pupillo substitutum seruandum. Interdum etiam pupillaris testamenti causa compellendum heredem institutum adire hereditatem, ut ex secundis tabulis fideicommissum coualescat. vtpū si iam pupillus decessit. ceterum si adhuc viuat, improbus esse Iulianus^e existimat eum qui sollicitus est^f deviui hereditate. Ego^g etiam si minor vigintiquinque annis adeundae hereditatis causa fuerit restitutus: puto proficere secundis tabulis, vt prætor vtile actiones decernat substituto.

Prius autem sibi quis debet heredem scribere, deinde filio substituere. & non conuertere ordinem scripturæ. & hoc^h Julianus putat, prius sibi debere, deinde filio heredem scribere. ceterum si ante filio, deinde sibi testamentum faciat: non valere. quæ sententia rescripto Imperatoris nostri ad Virium i Luppum Brittaniæ præsidem comprobata est. & meritò ostensum est enim unum esse testamentum, licet duas sint hereditates. vsq; adeo, vt quos quis sibi facit necessarios, eosdem etiā filio faciat. & postumū suū filio impuberi possit quis substituere. Sed si quis ita fuerit testatus, si FILIVS MEVS INTRA QVARTVM DECIMVM ANNVM DECESSERIT,

^a Haec si jure ciuitatis quod post legem. ^b Tabu. prudentiū consuetudine inveteratissima est. ^c A.c. d. q. pater.

^b per legem
^c sed & si

^d Codex veteris Romanorum habet, vel adrogauerit præcedentes. Ex quo apparet Accursius sommare.

^e Literamen. ^f ad Sc. Trebellum.
petre. ^g sit de
Ergo

ⁱ i virum vcl. diuersas alias Virium Lupum Brittanicum. Cœ.

SEIVS HERES ESTO: deinde, **F**ILIVS HERES ESTO: valet substitutio. licet conuersa scriptura filij testamentū fecerit. Sed & si ita scripserit, **S**I **F**ILIVS **M**INI **H**ERES **N**ON **E**RIT, **S**EIVS **H**ERES **E**STO: **F**ILIVS **H**ERES **E**STO: secundo quidem gradu Seius scriptus est heres. & si filius heres non exstiterit, procul dubio Seius ei heres erit. sed et si exstiterit filius heres, & in pubertatem^a defunctus est, Seius admittendus recte videtur. vt non ordo scripturaræ, sed ordo successionis spectetur. **Q**uod igitur dictum est, singulis liberorum substituere licere, ideo adiectum est, vt declaretur, non esse à filij testamento incipiendum impuberis.

Quisquis mihi heres erit, hac condicione soli scripti vocantur.

III. M O D E S T I N V S || libro primo Differen-

tiarum^b

CVm filio impuberi pater ita substituerit, **Q**VIS **Q**VIS **M**INI **H**ERES **E**RIT, **I**DEM **F**ILIO **I**MPUBERI **H**ERES **E**STO: placuit, ad hanc substitutionem scriptos tantummodo^c ad hereditatem^d admitti. itaque dominus, cui per seruum hereditatis portio quæsita fit^e, ex substitutione impuberi heres effici non poterit, si seruus ab eius exierit potestate.

Exempla substitutionis tacite.

III. I D E M || libro singulare de Eurematicis^f

IAm^c hoc iure vtimur ex Diui Marci & Veri constitutione, ut cum pater impuberi filio in alterum casum substituisset, in utrumque casum substituisse intellegatur: siue filius heres non exstiterit, siue exstiterit, & impubes decesserit. **Q**uod ius ad tertium quoque genus substitutionis tractum esse videtur. nam si pater duos filios impuberes heredes instituat, eosque in unicum substituat: in utrumque casum reciprocam substitutionem factam videri Diuus Pius constituit. Sed si alter pubes, alter impubes, hoc communi BerVo e o s q u e i n v i - c e m s v b s t i t u o s ibi fuerint substituti: in vulgarem tantummodo casum factam videri substitutionē Seuerus & Antoninus constituit. incongruens^d enim videbatur, vt in altero duplex esset substitutio, in altero sola vulgaris. Hoc itaq; casu singulis separatim pater substituere debebit: vt si pubes heres non exstiterit, impubes ei substituatur. si autem impubes heres exstiterit, & intra pubertatem decesserit, pubes frater in portionem coheredis substituatur. quo casu in utrumque eventū substitutus videbitur. ne si vulgari modo impuberi quoque substituat^e, voluntatis quæstionem relinquat, utrum de una vulgari tantummodo substitutione in utriusque persona sensisse intellegatur. ita enim in altero utraque substitutio intellegitur,

^a intra pubertatem.
^b aliis in puberteate.

^b quæsita fuit.

^c Nam hoc iure.
In plerisque ita ini-
pit, siueque vulgus in-
terpretum citato.

^d incongruum.

^e substituatur.

gitur, si voluntas parentis non refragetur¹. vel certè euitande questionis gratia specialiter in utrumque casum impuberi substituat fratrem, sive heres non erit, sive erit, et intra pubertatis annos decesserit.

Quisquis mibi heres erit, conditio ad deficientis quoque partem vocat.

v. & a i y s libro tertio ad Legem Iuliam & Papiam²

Si in testamento heredes scripti ita alicui substituti fuerint, ut si is heres non esset, quisquis tibi heres esset, is in parte ^a a i patera quoque deficientis esset heres: prò qua parte quisque heres existisset, pro ea parte eum in portione quoque deficientis vocari placet. neque interesse, iure institutionis quisque ex maiore parte heres factus esset, an quodd^b per legem alteram partem alicuius vindicasset.

Prohibitus succedere patri, quatenus possit succedere filio.

vi. T E R E N T I V S C L E M E N T libro quarto ad

Legem Iuliam & Papiam

Si is^d qui ex bonis testatoris solidum capere nō posset, substitutus sit ab eo impuberi filio eius: solidum ex ea causa capiet, quasi à pupillo capiat. sed hoc ita interpretari Iulianus noster videtur, vt ex bonis quæ testatoris fuerant, amplius capere non possit. quodd si pupillo aliquid præterea adquisitum esset, aut si ex heredato esset substitutus: non impediet ei capere, quasi à pupillo capiat.

De substitutione facta post pubertatem.

vii. P A P I N I A N V S libro sexto Responsorum³

Verbis^e ciuilibus^f substitutionem post quartumdecimum annum ætatis frustra fieri conuenit. sed qui non admittitur vt substitutus, vt adiectus heres quandoque non erit. ne fiat contra voluntatem, si filius non habeat totum interim, quod ei testamento pater dedit.

Quomodo fiat pupillaris substitutio.

viii. V L P I A N V S libro quarto ad Sabinum

Quis liberis impuberibus substituit, aut purè aut sub conditione solet substituere. purè sic, si F I L I V S M E V S INTRA PUBERTATEM DECESSERIT, SEIVS HERES ESTO. siue^h Seius iste heres institutus sit, & impuberi substitutus, nullamⁱ habet condicionem: siue solùm substitutus. sub condicione autem institutum si substituat, id est si MIHI HERES ERIT: non aliás existet heres ex substitutione, nisi & ex institutione heres fuerit. cui similis est & hæc substitutio, Q V I S Q V I S M I H I EX S V P R A S C R I P T I S HERES ERIT. habet enim inseparandem conditionem si similem superiori.^j

c Hermogenianus

d Coniuge l. 12. de hered. institut. c. 12. 14.

e Vide Alia. li. 12. par. c. 1. & coniuge hanc l. cum l. Cenit. no infra eos.

f In legis, que ex legibus & iure ciuiliorum habent, verba quedam solennia erat ipsi legibus induita. fuit & in heredie

institutione: que idcirco legi time & ciuilia diuinatur, veluti de lego, sumite, capito, habete, &c. Dicitur. 2. diffus. cap. 9.

g Coniuge l. 12. delega. h siue enim i siue solùm substitutus, nullam habet condicionem.

Quis-

Quisquis mihi heres erit, conditio explicatur.

Hæc verba, *QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, IDEM & IMPYBERI FILIO HERES ESTO*, hunc habent sensum, ut^a non omnis qui patri heres exsttit, sed is qui ex testamento heres exsttit, substitutus videatur. & idèo neque pater qui per filium, neq; dominus qui per seruum exsttit, ad substitutionem admittetur, neq;^b heredis heres. quia nō ex iudicio veniunt, partes quoq; eadem^c ad substitutos pertinent, quas in ipsius patris familiæ habuerunt hereditate.

Coniunctio.

VIII. LABEO libro primo Posteriorum à Iaueno epitomatorum

SI pater filio impuberi eosdem quos sibi, & tevnum præterea heredem instituit: bonorum filij te dimidiam^d, ceteros patris heredes communiter dimidium ita habere, vt unus semis apud te maneat: alterius semissis pro his partibus inter heredes paternos diuisio fiat, quibus ex partibus hereditatem paternam haberent.

X. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum

Sed si plures sint ita substituti, *QVIS QVIS MIHI EX SVPRASCRIBTIS HERES ERIT:* dcinde quidam ex illis posteaquam heredes extiterint patri obierunt: soli superstites ex substitutione heredes existent pro rata partium ex quibus instituti sint: nec quicquam valebit ex persona defunctorum. Quos possum heredes mihi facere necessarios, possum & filio. vt seruum meum, & fratrem suum, quamvis in rebus vmanis^e nondum sit. postumus igitur erit fratri heres necessarius.

Substitutus impuberi in quibus bonis succedat.

Filio impuberi herede^f ex affe instituto substitutus quis est: exsttit patri filius heres. an possit substitutus separare hereditates, vt filij habeat, patris non habeat? non potest. sed aut vtriusq; debet hereditatem habere, aut neutrius. iuncta enim hereditas coepit esse. idemque est, si pater me heredem scriperit ex parte, & filium ex parte, & ego patris hereditatem repudiaero: nam neque filii hereditatem habere possum. Si ex affe heres institutus, filio ex heredato substitutus repudiauerit patris hereditatem, cum non haberet substitutum: non poterit filij adire. nec enim valet filij testamentum, nisi patris fuerit adita hereditas. nec enim sufficit ad secundarum tabularum vim, sic esse factum testamentum, vt ex eo adiri hereditas possit. Ad substitutos pupillares pertinent & si quæ^g postea pupillis obuenerint. neque enim suis bonis testator substituit, sed impuberis. cum & ex heredato substituire quis possit. nisi gahi proponas militem esse, qui substituit here-

a vivinen

b sed nequo

c quoque hereditu

d dimidium.
e ceterum

f in heredes

g humanis

h herediti

i ad secundarum
tabulas,

k quæ sca

heredem hac mente, vt ea sola velit ad substitutum pertinere,
 quæ à se ad institutum peruererunt. In adrogato quoque
^a impubere dicimus ad substitutum eius ab adrogatore datū ^{a autemp}
 non debere pertinere è quæ haberet, si adrogatus non esset.
 sed easola, quæ ipse ei dedit adrogator. nisi forte distingui-
 mus, vt quartam quidem, quam omnimodo ex rescripto Diui
 Pii debuit ei relinquere, substitutus habere nō possit^b: super-
 fluum habeat. Scæuola tamen libro decimo quæstionum pu-
 tatur vel hoc adrogatori permittendum. quæ sententia habet ra-
 tionem. ego etiam amplius puto, & si quid beneficio adroga-
 toris adquisiit, & hæc substitutum posse habere. vtputa adro-
 6 gatoris amicus vel cognatus ei aliquid reliquit. Nemo institu-
 tutus & sibi substitutus sine causæ mutatione quicquā profi-
 cit. sed hoc in uno gradu. ceterū si duo sint gradus, potest dici
 valere substitutionem, vt Julianus libro trigensimo digestorū
 putat. si quidem sic sit substitutus sibi, cum haberet coheredē
 Titium, si STIO HVS HERES NON ERIT, LIBER
 ET HERES ESTO, non valere substitutionem. quod si
 ita, si TITIVS HERES NON ERIT, TVNC STI-
 CHVS LIBER ET HERES ET IN EIUS PARTEM
 ESTO: duos gradus esse. atque ideo repudiante Titio Stichū
 liberum & heredem fore.

x i. P A V L V s libro primo ad Sabinum!

S I is qui heres institutus est, filio substitutus sit: nihil obserit
 Sei in substitutione, si tunc capere possit, cum filius decessit.
 Contra quoque potest pœnas in testamento pupilli pati, li-
 cet in patris passus non sit.

Hæreditatis paterna & pupillaris separatio.

x ii. P A P I N I A N V S libro tertio Quæstionum!

S I filius, qui patri ac postea fratri ex secundis tabulis heres
 Sexstitit, hereditatem patris recuset, fraternalm autem reti-
 nere malit: audiri debet. iustius enim prætorem facturū existi-
 mo, si fratri separationē *bonorum *patris concederit. etenim
 ius dicenti propositum est, liberos oneribus hereditariis non
 sponte suscepitis liberare: nō inuitos ab hereditate remouere.
 præsertim quodc' remotis tabulis secundis legitimam haberet ^{c edm}
 fratri hereditatem. itaq; legata dumtaxat ex secundis tabulis
 præstari debent, habita ratione facultatum in Falcidia nō pa-
 tris, vt alia solet, sed in puberis.

x iii. P O M P O N I V S libro primo ad Sabinum!

Q Vo gradu heres liberis substituatur, nihil interest.

x iv. I D E M libro secundo ad Sa-
 binum!

I N pupillari substitutione licet longius tempus comprehen-
 sum fuerit, tamen finietur substitutio pubertati^d.

^d pubertate: i. pro-
 e. positiū est, ut suprad.
 L. 146. de heres. insti-
 parant pro pareant.
 & l. 147. secund. ill. in-
 flit. institutioni pro ius illa-
 tutione.

De substitutione militari.

x v . P A P I N I A N V s libro sexto Responsorium

CEntryio^a filiis^b, si intraquintum & viceclimum annum
ætatis sine liberis vita decesserint^c, directò substituit. in-
tra quatuordecim annos etiam propria bona filio^d substitu-
tus iure communi capiet. post eam autem ætatem ex priuile-
gio militum patris dumtaxat, cum fructibus inuentis in he-
reditate.

x vi . P O M P O N I V s libro tertio ad Sabinum^e

Si quis eum, quem testamento suo legauit, rursus à substi-
tuto filii liberum esse iussit: liber erit. quasi legato adem-
pto. nam & in legato^f in his^g testamentis nouissima scriptura
erit spectanda. sicut in eodem testamento, vel testamento
& codicillis confirmatis obseruaretur. Si suo testamento
perfecto, alia rursus hora pater filio testamentum fecerit adhi-
bitis legitimis testibus: nihilo minus id valebit. & tamen pa-
tris testamentum ratum manebit. Nam & si sibi & filio pater
testamentum fecisset, deinde sibi tantum: utrumque superius
rumpetur. Sed si secundum testamentum ita fecerit pater, vt
sibi heredem instituat, si viuo se filius decedat: potest dici non
rumpi superius testamentum. quia secundū non valet, in quo
filius præteritus fit.

x vii . I D E M libro quarto ad Sabinum^h

Substitui liberis is etiam potest, qui post mortem eius natus
fuerit, cui substitutus heres fuerit.

x viii . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sa-
binumⁱ

Si seruus communis substitutus fit impuberi cum libertate:
si quidem à patre familias fuisset redemptus^j, erit impube-
ri necessarius. si vero ab impubere redemptus, non necessarius;
sed voluntarius fit heres, vt Julianus^k libro trigesimo dige-
storum scribit. quod si neque à patre neq; à pupillo fuerit re-
demptus, æquitatis ratio suggerit, vt ipse pretiū partis suæ do-
mino offerens possit & libertatem & hereditatem consequi.

Si Titio fuerit legatus seruus, posse^l eum impuberi substi-
tui cū libertate, quemadmodum institui potuit legatus^m. &
euaneat legatum existente condicione substitutionis.

x ix . I V L I A N V s libro trigesimo Dige-
storumⁿ

Idem est & si post mortem legatarij seruus substitutus fit.
De substitutione pupillari.

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

Patriis & filiis testamentum pro uno habetur etiam in iure
prætorio. nam vt Marcellus libro digestorum nono^p scri-
bit, sufficit tabulas esse patris signatas, & si resignatae sint filij.
& se-

a Coniunge l. verbis
civilibus. sup. cod.
Vite Dux. 2. Diffus.
147. In alijs legitur
Centurio.
b filii,
c decesserit,
d filij;

* & in

f fuerit
g redemptus sit

h Eadem sententia
referitur à Juliano in
lib. sed & si in codicis-
one. & si seruum com-
munem sup. de heret.
instit.

i poterit

k legatarius: super-
riora indicant realis-
tem esse filios.

Iudicium

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

x x . V L P I A N V s libro sextodecimo ad Sabinum^o

& septem signa patri sufficiunt. Si pater sibi per scripturam, ^a sed & si filio per nuncupationem, vel contra fecerit testamentum, vallebit.

xxi. IDEM libro quadragesimo primo ad Edictum^b

Si pita quis substituerit, si FILIVS MEVS INTRA b Extra dicta de
DECIMVM ANNV M DECESSERIT, SEIVS HE- bon. posses.
RES EST O: deinde hic ante quartumdecimum^c, post deci- c quartumdecim-
mum decesserit: magis est, vt non possit bonorum possessio- um anoum,
nem substitutus petere. no enim videtur in hunc casum sub-
stitutus.

xxii. CAV s^b libro quintodecimo ad Edictum
provinciale^d

Is qui contra tabulas testamenti patris bonorum possessio- d Extra dicta de
nem petierit, siftri impuberi substitutus fit, repellitur à bon. posses.
substitutione.

De substitutione reciproca.

xxiii. PAPINIANVS libro sexto Responsorum^e

Qui plures heredes instituit, ita scripsit. EOS QVE OM-
NES INVICEM SUBSTITUVO post aditam à qui-
busdam ex his hereditatem uno eorum defuncto, si condicio
substitutionis existit, alio herede partem suā repudiante ad
superstites tota portio pertinebit. quoniam inuicem in omnē
causam singuli substitui videbuntur. vbi enim quis heredes
instituit, & ita scribit, EOS QVE INVICEM SUBSTITU-
TV, hi substituti videbuntur, qui heredes existiterunt. e casum
f substitutus

xxiv. VLPIANVS libro quarto Disputatio-
num^f

Si plures sint instituti ex diuersis partibus, & omnes in-
uicem substituti: plerumque credendum^g, & ex isdem credendum est,
partibus substitutos, ex quibus^h instituti sint. vt si forte unus
ex vncia, secundus ex octo, tertius ex quadrante sit institu-
tus: repudiante tertio in nouem partes diuidatur quadrans,
feratque octo partes qui ex besse institutus fuerat: unam
partem qui ex vncia scriptus est, nisi forte alia mens fue-
rit, testatoris. quod vix credendum est nisi euidenter fuerit
expressum.

xxv. IULIANVS libro viceximo quarto Dige-
storumⁱ

Si pater inpuberes filios inuicem substituerit, & ei qui
nouissimus mortuus fuerit, Titium: respondendum est,
solos fratres bonorum possessionem accepturos: & quodam-
modo duos gradus huius institutionis factos. vt primo fra-
tres inuicem substituerentur, si illi non essent, tunc Titius vo-
caretur.

ⁱ Legendum videtur
substitutionis, ex L.
Tit. 2, §. 5. Seia, de
leg. 2.

x x v i . I D E M libro viceſimo nono Digestorum

SI pater filium impuberem heredem ſcriperit, & ei ſubſtituerit, ſi quiſ ſibi poſt mortem natus erit: deinde viuo fratre poſtumus natus fuerit: teſtamētum viuo rumpetur, poſt mortem autem fratris viuo patre natus, ſolus heres patri ſuo exiſtet.

x x v i i . I D E M libro trigesimo Digestorum

SI Titius coheredi ſuo ſubſtitutus fuerit, deinde ei Sempronius: verius puto in vtramque partem Sempronium ſubſtitutum eſſe.

*Fictio legis Corneliae ſicut teſtamentum conſimmat paternum,
ita & pupillare, ſi pupillus poſt moitem teſtatoris
verē vel fictē in pupillari aetate deceſſerit.*

x x v i i i . I D E M libro teſagesimo ſecundo Digestorum

b *Cornelia libra
de capti. inf.*

LEx^b Cornelia, quae teſtamenta eorum qui in hostium po-
teſtate deceſſerunt conſimmat, non ſolam ad hereditatem
iſorum qui teſtamenta fecerunt pertinet: ſed ad omnes he-
reditates quae ad quemque ex eorum teſtamento pertinere po-
tuiffent, ſi in hostium poteſtatem non perueniſſent, quapro-
pter, cum pater in hostium poteſtate deceſſit, filio impubere
reliſto in ciuitate, & iſ intra tempus pubertatis deceſſerit: he-
reditas ad ſubſtitutum pertinet, perinde ac fi pater in hostium
poteſtatem non perueniſſet, ſed iſ pater in ciuitate deceſſit, fi-
lius impubes apud hostes: ſi quidem mortuo patre filius in ho-
ſtium poteſtatem perueniſſet, non commodè dicitur, heredi-
tatem eius ex ea lege ad ſubſtitutos pertinere: ſi vero viuo pa-
tre filius in hostium poteſtatem perueniſſet, non exiſtimo legi
Corneliae locum eſſe, quia non efficitur per eam, ut iſ qui nu-
lla bona in ciuitate reliquit, heredes habeat, quare etiam fi pu-
bes filius viuo patre captus fuerit, deinde mortuo in ciuitate
patre in hostium poteſtate deceſſerit: patris hereditas ex lege
duodecim tabularum, non filij ex lege Corneliae, ad adgnatum
proximum pertinet.

x x v i i i i . S C A E V O L A libro quintodecimo Quæ-
ſionum

SI pater captus fit ab hostibus, mox filius, & ibi ambo de-
cedant: quamuis prior pater decedat, lex Cornelia ad pu-
pilli ſubſtitutionem non pertinebit, niſi reuersus in ciuitate
impubes decedat, quoniam etiā ambo in ciuitate deceſſiſſent,
veniret ſubſtitutus.

Interpretatio voluntatis.

x x x . I V L I A N V S libro ſeptuagesimo octauo
Digestorum

QVidam teſtamento Proculum ex parte quarta, & Qui-
tuin ex parte dimidia & quarta heredem iſtituit: de-
inde

*enon in eonmodi.
melior eſt haec leſio,
ri apparet ex l. pa-
ter. h. ſi moritur, in-
fia de capta
& calige*

quoniam

Inde Quieto Florum, Proculo Sofiam heredes substituit: deinde si neque Florus neque Sofia heredes essent, tertio gradu ex parte dimidia & quarta coloniam Leptitanorum, & ex quarta complures heredes substituit in plures quam tres vincias. Quietus hereditatem adiit: Proculus & Sofia viuo testatore decesserunt. queritur, quadras Proculo datum ad Quietum an ad substitutos tertio gradu pertineat. respondi, eam videlicet voluntatem patris familias fuisse, ut tertio gradu scriptos heredes ita demum substituerit, si tota hereditas vacasset, idque apparere euidenter ex eo, quod plures quam duodecim vincias inter eos distribuisset. & idcirco partem quartam hereditatis, de qua queritur, ad Quietum pertinere.

Quisquis mihi heres erit, conditionis vis.

xxxii. IDEM libro singulari de Ambiguitatibus

IN substitutione filio ita facta, quisquis mihi ex subscriptis heres erit, idem filio heres esto, queritur, quisquis heres quandoque fuerit, intellegatur: an quisquis heres tuus erit, cum filius moriatur. placuit prudentibus, si quandoque heres fuisset, quamvis enim viuo pupillo heres esse desisset, forte ex causa de inofficio, que pro parte morta est: futurum tamen eum heredem ex substitutione creditum est. Non simili modo in hac specie dicendum est, si quis cum filios duos haberet, Gaium puberem, Lucium impuberem, ita filio substituisset: si LVCIVS FILIVS MEVS IMPUBES DECESSERIT, NEQUE MIHI GAIUS FILIVS HERES ERIT; TUNC SEIVS HERES ESTO. nam ita prudentes hoc interpretati sunt, ut ad impuberis mortem condicio substitutionis esset referenda.

*Ex presumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur
in virilem respectu unius disiuncti: sed inter se
in hereditarias portiones.*

xxxiii. IDEM libro primo ad Urseum Feroceum

Qvi complures heredes ex disparibus partibus instituerat, & in his Attium: si Attius non adierit, ceteros ex illeodem partibus quibus instituerat, heredes ei substituerat, deinde si Attius non adisset, Titium coheredem eis qui substituti sunt adiecit, quem partem is, & quam ceteri habituri essent. respondi, Titium virilem, ceteros hereditarias. veluti, si tres fuissent, Titium partem quartam Attianae partis habiturum, reliquarum partium hereditarias partes, ex quibus instituti erant, reliquos habituros esse: Quod si non solum Titium, sed etiam alios adieceret heredes: hos quidem viriles partes habituros. veluti si tres, puta, coheredes fuissent substituti, extranei duo adiecti: hos quintas partes Attianae

partis, reliquos autem coheredes hereditarias partes habitu-
tos esse dixit.[¶]

Substitutio similis quadam tenus pupillari.

XXXIII. AFRICANVS libro secundo Quæ-
stionum[¶]

Si mater ita testetur, ut filium impuberem, cum erit annorum
quatuordecim heredem instituat, eique^a pupillaribus^b ta-
bulis, si sibi heres non erit, alium substituat: valet substitutio.
Si filius, & ex eo nepos postumus ita heredes instituatur,
ut Gallo Aquilio placuit: & nepoti, si heres non erit, Titius
substituatur: filio herede existente, Titium omnimodo, id est
etiam si nepos natus non fuerit, excludi respondit.

Supremus quis sit.

XXXIV. IDEM libro quarto Quæstionum[¶]

Ex duobus itnpueribus ei qui supremus moreretur, he-
redem substituit. si simul morerentur, utriusque heredem es-
se respondit. quia supremus non is demum qui post aliquem,
sed etiam post quem nemo sit, intellegatur^d. sicut & è contra-
rio proximus^e non solum is qui ante aliquem, sed etiā is ante
quem nemo sit, intellegitur. Filium impuberem & Titium
heredes instituit: Titio Mævium substituit: filio, quisquis si-
bi heres esset ex supra scriptis, substituit: Titius omisit here-
ditatem: Mævius adiit. mortuo deinde filio, putat magis ei
soli ex substitutione deferri pupilli hereditatem, qui patris
quoque hereditatem adierit.

De bonorum possessione contra tabulas.

Etiam si contra patris tabulas bonorum possessio petita²
fit, substitutio tamen pupillaris valet. & legata omnibus præ-
standasunt, quæ à substitutione data sunt.

XXXV. IDEM libro quinto Quæstionum[¶]

Et si contra tabulas patris petita fit à pupillo bonoru pos-
sessio, in substitutum tamen eius actionem legati dandam
esse, ita vt augeantur^b præterea: quod filius extraneis non
debuerit. sic^c & crescere à substituto data legata, si per bono-
rum possessionem plus ad filium peruenisset: quemadmodū
& ipse filius plus exceptis deberet. his consequens esse existi-
mo, vt si impubes ex affe*heres*scriptus sit, & per bonorum
possessionem semis ei ablatus sit: substitutus in partem legati
nomine exoneretur. vt quemadmodum portio, quæ per bo-
norum possessionem acceſſerit, auget legata: ita & hic quæ
abscesserit^k minuat.

Quomodo fiat substitutio.

XXXVI. MARCIANVS libro quarto Institutionum[¶]

Potest quis in testamento plures gradus herendum facere: pu-
ta si ille heres non erit, ille heres
ESTO,

a eique in
b Vide Vig. ad titu-
de ruly. & pupill.
subfisi. s. i. Inf.

c Vnde & P. Scipio
duobus militibus,
qui simul & eadem
tempore murū ascen-
derant, donauit co-
ronā muralem, quam
ei qui primus ascen-
deret promiserat. Au-
tor L. u. L. 6. ab
urb. condic.

d intellegitur.
e primus
f à substituto

g substituto

b legata, propterea
quod
& sed

k abscessit,

ESTO, & deinceps plures: vt nouissimo loco insubsidium vel seruum necessariū heredem insituat. & vel plures in vnius locum possunt substitui, vel vnuis in plurimum, vel singulis singulis, vel inuicem ipsi qui heredes instituti sunt.

XXXVII. FLORENTINVS libro decimo Insti-
tutionum^b

VEl singulis liberis, (vel^b) qui eorum nouissimus morie-
tur, heres substitui potest. singulis, si neminem eorum in-
testato^c decedere velit. nouissimo, si ius legitimarum heredi-
tatum integrum inter eos custodiri velit.

XXXVIII. PAULVS libro singulari de secundis
tabulis^a

QVI plures liberos habet, potest quibusdā substituere. ne-
que utique necesse habet omnibus. sicuti potest nulli
substituere. ergo & ad breue tempus eratis substituere potest.
**VTPUTA SI FILIUS MEVS INTRA ANNVM DECI-
MV D E C E S S E R I T , T I T I V S E I' H E R E S E S T O .**
Itaque & si diuersos substituat post finem ætatis, admitten-
dumerit. velut **SI INTRA DECIMVM ANNVM D E-
C E S S E R I T , T I T I V S H E R E S E S T O : S I P O S T**
D E C I M V M , I N T R A Q V A R T V M D E C I M V M , M A E-
V I V S H E R E S E S T O .

Confirmatio tabularum pupillarium.

Si dā patre institutus; rogatusque hereditatem restituere, **d** El fili
coactus^c ex fideicommissario adierit: quamuis cetera, quæ in **e coactus**
eodem testamēto relicta sunt, per eam aditionem confirmen-
tur, vt legata & libertates: secundas tamen tabulas non opor-
tere resuscitari de hītuto iam iure ciuili testamento, **Quin-**
tus Ceruidius^f Scœuola noster dicebat. sed pleriq; in diversa **f** Ceruidius
sunt opinione: quia & pupillares tabulae pars sunt prioris
testamenti. quo iure vti:nur.

XXXIX. IAVOLENVS libro primo ex poste-
rioribus Labeonis^b

CVm ex filio quis duos nepotes impuberis habebat^g, sed **g** haberes,
alterum eorum in potestate, alterum nō: & vellet vtrum-
que ex equis partibus heredem habere: & si quis ex his impu-
bes deceſſisset, ad alterum partem eius transferre: ex contilio
Labeonis, Ofili, Casellii, Trebatii, eum que in potestate
habebat, solum heredem fecit: & ab eo alteri dimidiam par-
tem hereditatis, cum in suam tutelam veniſſet, legauit. quod
si is qui in potestate sua eſſet, impubes deceſſidet: al. erum he-
redem ei substituit. Filio impuberi in singulis causas alium
& alium heredem substituere possumus. velut vt alius, si sibi
nullus filius fuerit: & alius, si filius fuerit & impubes mor-
tuus fuerit, heres sit.

a Vide Vigilium ad
liberis, ibi, vel fin-
gulis, ita, de pup-
pibus. Instituta qui
ex hac lego defun-
tis est.
b velei, qui
e interstatum

De iure accrescendi.

¶ patrem eius. Quidam quattuor heredes fecerat, & omnibus heredibus ³ præter vnum substituerat. vnuſ ille cui non erat quisquam substitutus, & ex ceteris alter, viuo patrefamilias deceſſerat. partem⁴, cui nemo erat substitutus, ad substitutum quoque pertinere Ofilius, Castellius responderunt. quorum sententia vera est.

Vtilis actio contra arrogatorem.

X L . P A P I N I A N V S libro viceſimo nono Quæſtionum¹

b decessit.

Causa cognita impubes adrogatus deceſſerat. ^b quemadmodum legitimis heredibus auctoritate principali proſpicitur vinculo cautionis: ita si forte substituit naturalis pater impuberi, succurrendū erit substituto, nam & legitimis heredibus futuris nō aliaꝝ quam vtileꝝ actiones preſtari poſſunt,

X L I . I D E M libro ſexto Responsorum¹

Coheredi substitutus, prius quam hereditatem adiret, aut condicio substitutionis exiſteret, vita decessit. ad substitutum eius, ſiue ante substitutionem ſiue poſtea substitutus fit, utraque portio pertinebit. nec intererit, prior substitutus poſt institutum, an ante deceſſat. Ex his verbis, eosque in vicem substitutione, non adeuntis portio scriptis heredibus pro modo ſi vi vel alij quæſitæ portionis defertur.

Cum filiæ vel nepoti, qui locum filij tenuit: aut poſt testamentum coepit tenere, parens ſubstituit: ſi quis ex his mortis quoque tempore non fuit in familia, ſubstitutione pupillaris fit irrita. quod si heredem filium pater rogauerit, ſi impubes diem ſuum obierit, Titio hereditatem ſuam restituere: legitimum heredem filij ſalua Falcidia cogendum patris hereditatem, ut ab impubere fideicommiſſo poſt mortem eius dato, restituere placuit. nec aliud ſeruandum, cum substitutionis condicio puberem ætatem verbis precariis egreditur, quæ ita locum habebunt, ſi patris testamentum iure valuit. alioquin ſi non valuit, ea scriptura quam testamentum eſſe voluit, codicillos non faciet. niſi hoc expreſſum eſt. nec fideicommiſſo propriæ facultates filij tenebuntur. & ideo ſi pater filium exheredauerit, & ci nihil reliquerit: nullum fideicommissum erit, alioquin ſi legata vel fideicommissa filius acceperit, intra modum eorum fideicommissum hereditatis à filio datū, citra Falcidię rationem debebitur.

De ſubstitutione reciproca.

Qui diſcretas portiones coniunctis pluribus ſeparatim deſtit, ac poſt omne institutionis ordinē ita ſcriptiſt, quos ha
rēdēs mēos in vicem ſubstitutione: coniunctos primo loco vice mutua ſubstituere videtur. quibus institu
tionum¹

tionum partes non agnoscētibus, ceteros omnes coheredes
 4 admitti. Qui patrem & filium pro parte heredes institue-
 rat, & invicem substituerat: reliquis coheredibus datis, post
 completum assēm ita scripsit, H O S O M N E S I N V I C E M
 S V B S T I T U O . voluntatis fit^a quæstio,^b commemoratione a fuit
 omnium, patrem & filium substitutioni coheredum miscui-^b
 set, an eam scripturam ad ceteros^c omnes^c translūset. quod c tantum translu-
 magis verisimile videtur propter specialem inter patrem & fi-^c
 lium substitutionem.

De contributione hæreditatis paternæ, & pupillaris.

5 Coheres impuberi filio datus, eidemque substitutus, lega-
 ta è secundis tabulis relicta perinde præstabit, ac si purè par-
 tem, & sub condicione partem alteram accepisset. non idem
 seruaVitur^d alio substituto, nam ille Falcidiæ rationem indu-^{d in alio}
 ceret, quasi plane sub condicione primis tabulis heres institu-
 tus. tametli maximè coheres filio datus quadrātem integrum
 optineret. nam & cum legatum primis tabulis Titio datur,
 secundis autem tabulis eadem res Sempronio, Sempronius
 6 quandoq; Titio concurrit. Cum pater impuberi filiæ, quæ
 nouissima diem suum obislet, tabulas secundas fecisset, & im-
 pubes filia superstite sorore pubere vita decessisset: irritam esse
 factam substitutionem placuit. in persona quidem prioris,
 quia non nouissima decessit: in alterius verò, quia puberem
 ætatem compleuit.

Quomodo fiat substitutio pupillaris.

7 Non videri cum vitio factam substitutionem his verbis pla-
 cuit, ILL E F I L I V S M E V S S I , Q V O D A B O M I N O R ,
 I N T R A P V B E R T A T I S A N N O S D E C E S S E R I T :
 T V N C I N L O C V M P A R T E M V E E I V S T I T I V S H E
 R E S E S T O . non magis quām si post demonstratam condi-
 cionem sibi heredem esse substitutū iussisset. nam & quic-
 tæ rei heres instituitur coherede non dato, bonorū omnium
 hereditatem optinet.

X L I I . I D E M libro primo Definitionum¹

Q Vi duos impuberis filios heredes reliquerat, ita substi-
 tuit, si ambo mortui essent. deinde pueri post mortem
 patris simul perierunt. duæ hereditates substituto deferūtur.
 sed si diuersis temporibus vita decadant, in hereditate nouis-
 simi purri, eius fratri, qui ante mortuus est, hereditatem sub-
 stitutus inueniet. sed in ratione^e Falcidiæ pueri prioris heré-
 ditas non veniet. nec substitutus amplius quām sex vñias^f
 iure testamenti desiderabit. legata quoque, quæ à substituto
 eius filij data sunt qui prior intellectu decessit, ad irritum rec-
 cidunt.

De substitutione quasi pupillari.

X L I I I . P A V L V s libro nono Quæstionum[¶]

EX factō quæritur, qui filium habebat mutum puberem, impetravit à principe, ut muto substituere ei liceret, & substituit Titium. mutus duxit vxorem post mortem patris, & nascitur ei filius. quæro an rumpatur testamētum. respondi, beneficia quidem principalia ipsi principes sc̄lent interpretari. verām voluntatem principis inspicientibus^a, pot. st dici, eatenus id eum tribuere voluisse, quatenus filius eius in eadē valetudine persevererat. & vt quemadmodum iure ciuili pubertate finitur pupillare testamentum, ita princeps imitatus sit ius in eo qui propter infirmitatem non potest testari. nam & si furioso filio substituisset, diceremus definire valere testamentum cum resipisset^b: quia iam posset sibi testamentum facere, etenim iniquum incipit fieri beneficium principis, si adhuc id valere dicamus. auferret enim testamenti factionem^d homini sanæ mentis. igitur etiam adgnatione sui heredis dicendum est rumpi substitutionem, quia nihil interest, alium heredem institueret ipse filius postea: an iure habere cœpit suum heredem, nec enim aut patrem aut principem de hoc casu cogitassem, verisimile est: vt eum, qui postea nasceretur, exheredaret. nec interest, quemadmodum beneficium principale intercedat circa testamenti factionem: vtrum in personam vi- nius, an complurium.

Species devagat generi.

Item quæro, si ita facta proponatur substitutio, **T I L I V S I M E U S** si intra decem annos decesserit, **T I T I V S H E R E S E S T O**. si intra quattuordecim, **M A E V I V S**: filiusq; octo annorum decesserit, vitrum Titius solus ex substitutione ei heres erit, an & Meuius. quia certum est, & intra decē & intra quattuordecim annos filium decessisse. respōdi, omne quidem spatium, quod est intra pubertatem, liberum esse patri ad substituendum filio. sed finis huius pubertas^f est. magis autem est, in vtroque eorum tempus suum separatim seruari, nisi contraria voluntas testatoris aperte ostendatur.

Rupta substitutione, tunc testamentum incipit à substitutione.

Lucius Titius, cum haberet filios in potestate, vxorem heredem scripsit, & ei substituit filios. quesitum est, an institutio vxoris nullus momenti sit, eo quod ab eo gradu filii non essent exhereditati. respondi, cum gradum, à quo filii præteriti sint, nullius esse momenti. & ideo cum Idem substituti proponantur, ex testamento eos heredes extitisse videri. scilicet quia non totum testamentum infirmant filii: sed tantum cum gradum qui ab initio non valuit. sicut responsum est, si à pri-

a inspicimus potest dicere,

b resipisset: aliis, resipulisset: vtrumq; resipilleret & resipulisset retinum est: re spulisset: autem, est respondendum, & auferre utriusque dictionis

*c meus Meuius.
Plor. retellier.*

d pubertatis

e la tercero

Primo sit filius praeteritus, à secundo exheredatus. nihil autem interest, qua ratione secundi heredis institutio valeat. utrum quia ab eo filius exheredatus est, an quia ipse filius substitutus est.

Qui semel est heres, licet ei ut indigo auferatur hereditas, vel ipso inie definit esse heres, vocatur ex substitutione per hæc verba, quisquis mihi heres erit.

3 Julius^a Longinus pater eos quos sibi heredes instituerat, ^aJulianus filio^b ita substituit, quisquis sibi heres esset. unus ex heredibus institutis, qui tacitam fidem accommodauerat, ut non capienti parte ex eo quod acceperat daret, ad substitutionem impuniberis admisus, utrum pro ea parte pro qua scriptus fuit, veniat: an vero pro ea quam cepit, ita ut augeatur eius pars in substitutione respondi, qui in fraudem legum fidem accommodat, adeundo heres efficitur. nec definit heres esse, licet res, quæ ita reliqua sunt, auferuntur. unde & ex secundis tabulis in tantum heres esse potest, in quantum scriptus^c esset. satis enim punitus est in eo, in quo fecit contra leges. quinimo et si definieret heres esse, idem dicerem. quemadmodum intellegendum est in eo, qui cum scriptus esset heres, postquam adisset^d hereditatem, in seruitutem redactus est, & postea libertatem^e donatus. cui permisum est ad substitutionem venire, quæ ei in testamento fuerat reliqua. licet enim hereditatem ex institutione amisi, tamen ex substitutione istam portionem, quantum amisi, percepturum.

^b filii

^c scriptus est.

^d adiit
^e libertato

^f quam, vel quam

X L I I I . I D E M libro decimo Quæstionum!

EX pupillari testamento superius principale neque ex parte neque in totum confirmari posse, Mæcianus scripsit.

De substitutione reciproca.

X L V . I D E M libro duodecimo Responsorum!

LVcius Titius legitimum filium & alterum naturalem heres instituit. eosq; inuicem substituit. Titianus legitimus filius, quem pater anniculum reliquit, post patris mortem im pubes decepsit superstite matre & fratre naturali, quem etiam coheredē habebat. quæro^g an hereditas eius ad Titium naturalem fratrem ex causa substitutionis pertineat, an vero ad matrem. respondi, ad primum casum non existentium heredum substitutionem de qua queritur, pertinere: non ad sequentem, si quis eorum postea decepsisset intra pubertatem. cum in naturalis filij persona duplex substitutione locū habere non poterit. & ideo ad matrem legitimi filij hereditas ab intestato pertinet^h. Paulus respondit, si omnes instituti heredes omnibus inuicem substituti essent: eius portionem, qui quibusdam defunctis postea portionem suam repudiauit, ad eum solū, qui eo tempore superuixit, ex substitutione pertinere.

g possit.

^h Hec in vulg. abus dant. aliter, si eiusdem etatis liberi instituti, inuicemque substituti fuissent. tunc enim altero defuncto iactra pubertate, eius successio non ad matrem, sed ad substitutionem fratrem eius devolutur: quae maius semere inferia sunt cert. vixi. Aggr. cap. lib. 3.

Condicio si mihi heres erit.

X L V I . IDE M libro tertio decimo Responorum[¶]

Pater familias primis tabulis postumo herede instituto, secundis sibi vel filio, si intra pubertatem decessisset, Gaium Seium fratrem suum substituit: deinde Titum Gaio Seio: & postea sic dixit, *Q V O D S I G A I V S S E I V S F R A T E R M E V S P R I M O L O C O S V B S T I T U T V S, H E R E S M I H I E S S E T*², *T V N C T I T I O F I D E I C O M M I S S V M R E L I N Q V O.* quæro, cum filius patri heres extiterit, eoque intra pubertatem mortuo frater testatoris ex substitutione heres sit: an fideicommissum debeatur, cum ita relictum sit, si Gaius Seius frater suus sibi heres extitisset. respondi, fratrem defuncti, qui in utrumque casum institutus vel substitutus est, filio impubere defuncto, ea quæ testator reliquit, præstare debere. nec aduersari haec verba, *Q V O D S I G A I V S S E I V S M I H I H E R E S E R I T, T V N C D A R I V O L O:* cum verum sit, eum & testatori^b heredem extitisse.

X L V I I . S C A E V O L A libro secundo Responsum[¶]

Q Vi habebat filium & filiam impuberis, in instituto filio herede filiam exhereditavit. & si filius intra pubertatem decessisset, filiam eidem substituit. sed filiae, si antequam nubaret, decessisset: vxorem suam, item sororem suam substituit. quæro, cum filia impubes prior decesserit, deinde frater eius impubes: an filij hereditas ad vxorem & sororem testatoris iure substitutionis pertineat. respondi, secundum ea quæ proponerentur, non pertinere.

*Quoties substitutio est plenier quam institutio,
præualeat substitutio.*

X L V I I I . IDE M libro singulari Quætionum publicè tractatarum[¶]

S Eruum communē habemus: hic heres scriptus est: & si heres non sit, Maeius illi substitutus est, alterius iussu dominorum adiit hereditatem, alterius non. queritur, an substituto locus sit, an non. & verius est, substituto locum esse. *T I T I V S H E R E S E S T O. S T I C H V M M A E V I O D O L E G O. S T I C H V S H E R E S E S T O. S I S T I C H V S H E R E S N O N E R I T, S T I C H V S L I B E R H E R E S Q V E E S T O.* in hac quætione in primis quærendum est, utrum unus gradus sit, an duo. & an causa mutata sit substitutionis^d, an eadem permaneat. & quidem in plerisque queritur, an ipse sibi substitui possit. & respondetur, causa institutionis mutata substitui posse. igitur si Titus heres scriptus sit, & si heres non sit, idem heres iussus sit: substitutio nullius momenti erit. sed si sub condicione quis heres scriptus sit, purè autem sub-

^b Heres enim est hereditas, & testatoris. ^c In C. de hered. inst. & l. vniuers. de peti. ha. supra, tametsi ha. res propriæ dicuntur eius, per cuius mediæ personam testatoris heres sit. ^d Vig. ad tit. de vul-ge. q. si his institu. de vulga. substitutio Insti.

substitutus^a est: causa immutatur. quoniam potest ex institutione defici condicio, & substitutio^b aliquid adferre. sed si ex-
fisteret condicio, due purae sunt. & ideo nullius momenti erit
substitutio. contra si pure quis instituatur, deinde sub condi-
cione sibi substituatur: nihil facit substitutio conditionalis.
nec mutata^c intelligitur^d. quippe cum^e &^f si extiterit cōdicio,
duae purae sunt^g institutiones. secundum hæc proposita quæ-
stio manifestetur^h.

^a deficere
^b substitutioni ⁱ⁻
cum afferre.

TITIVS HERES ESTO. STICHVM MAEVIO DO LEGO. STICHVS HERES ESTO. SI

STICHVS HERES NON ERIT, STICHVS LIBER HERES QVE ESTO. nos didicimus, quoniam^g eodē testa

mento & legatus sit Stichus, & libertatem accepit, præualere libertatem. & si præualet libertas, non deberi legatū. & ideo iussu legatarij nō posse adire^h hereditatem. ac per hoc verum habiri esse, Stichum heredem non esse. & ex sequētibus verbis liber-
tatem illi competere. cum vnu gradus videtur^k. quid ergo si nō adierit Titius? incipiet^l substitutione Stichus liber & heres esse. porro quamdiu non adit iussu legatarij, nec ex causa legati intelligitur legatarij esse effectus. & ideo certum est, il-
lum heredem non esse. ac per hoc ex his verbis,

^g mutata causa
^h intelligitur. intell
ligetur.
ⁱ est
^j manifestatur,

S I H E R E S N O N E R I T, STICHVS LIBER HERES QVE E S T O , liber & heres existet. hoc^m autem quod sentimus, Julianusⁿ

hereditatem
videatur.
lex substitutione

quoq; in libris suis probat. Si pupillus substitutum sibi ser-
uum alienauerit, cumq; emptor liberum heredemq; institue-
rit: numquid iste in substitutione habeat substitutus^o vniuer-
sum? & si quidem pupillus ad pubertatem peruerterit, neces-
sarius ex testamento emptoris heres exstitit. si vero intra pu-
bertatem decesserit, ex substitutione quidem liber & heres
sit^q, & necessarius patri pupilli, emptori autem voluntarius
heres exstitit.

^m in & hoc
ⁿ Cuīus sententia
repertur. sed si ples-
to. res. vlt. sup. do-
ru. g. & pup.
o statim
p ut si quidens
q sit,
r existat.

^s Coniunge l.3. de
cond. & dimonstr.
^t Impossibilis cōditio
ris vias cōstatuit: quo
niam equum est eum
qui contraxit, sibi im-
putare, quod talē con-
ditionem ipse in con-
trahendo admiserit.

^g si impossibili. de
inutilib. stipul. Inſtit.
e. l. nō solūm ibi
lig. & et. infi. Inſtit.
quifimum autē effe-
ciare eam testame-
ta, & imputari lege-
tario, vel heredi, cum
impedit non perve-
rint, ne testator eam
adiperire: sed si in
ipsa institutione sit
impossibilitas, nō va-
les testamentum. t. f.
Titius. infi. esd.

DE CONDICIONIBVS INSTITUTI- VIONVM TIT. VII.

VULPIANVS libro quinto ad Sabinum!

S V B^s IMPOSSIBIL^t condicione vel alio modo^v fa-
ctam institutionem placet non vitiari.

Res mea que dicatur.

II. IDEM libro sexto ac Sabinum!

S I testamento compræhensum fit, ILLÉ SERVVS SI
MEVS ERIT, aut QVI MEVS ERIT CVM MORIAR,
HERES ESTO: quatenus accipiatur MEVS, queritur. &
si quidem alienauit^x in eo vsum fructum, nihilo minus ipsius
est. si vero partem in eo alienauit, an deficiat condicio institu-
tionis, queritur. & verius est, non deficiat condicionem, nisi
evidētissimis provocationibus testatorem voluisse apparucrit:

^v modo: mendo. &
sem, id est, vito.
^x alienauerit
pro

pro hac condicione hæc verba inseruise, si totus seruus in dominio eius remanserit. tunc enim parte alienata condicio deficit.

Sermo pluralis resolutus in singularem.

Sed si duo serui ita sint heredes instituti, PRIMVS ET SECUNDVS, SI MEI BRVNT CVM MORIAR, LIBERI ET HEREDES SVNTO, & alter ex his sit alienatus: Celsus recte putat sic accipendum, atque si singulos separatis sub eadem condicione heredes instituisset.

III. P A V L V S libro primo ad Sabinum[¶]

a condicione **S**i ita heres institutus sim, si decem dedero, & accipere nolit cui dare iussus sum: pro impleta condicione habetur.

III. V L P I A N V S libro octauo ad Sabinum[¶]

† aditam **S**i qui ita sint instituti, SI SOCII VNA BONORVM MEORVM PERMANSERINT VSQVE AD ANNOS SEDECIM, HEREDES SVNTO: inutilem esse institutionem secundum verborum significationem, Marcellus ait. Julianus autem, quoniam & ante habitam hereditatem iniris societas potest, quasi rei futuræ, valere institutionem. quod est verum. Idem Julianus scribit, eum qui ita heres institutus est, si seruum hereditarium non alienauerit, cauenientem coheredi implere condicionem, ceterū si solus heres scriptus sit, sub impossibili condicione heredem institutum videri, quæ sententia vera est.

V. P A V L V S libro secundo ad Sabinum[¶]

b sed & **S**i heredi plures condiciones coniunctim date sunt, omnibus parēdum est: quia vnius loco habentur. si disjunctim sunt, cuilibet.

Impossibilis conditio.

VI. V L P I A N V S libro nono ad Sabinum[¶]

c instituisset sic, **S**i quis ita institutus sit, si monumētum post mortem testatoris in triduo proximo mortis eius fecisset: cū monumētum in triduo perfici non possit, dicendum erit conditionem evanescere, quasi impossibilem.

Conditio in fraudem legis adscripta.

VII. P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum[¶]

d respiceret, **S**i quis sub condicione heredes instituisset, si inuicem causis sentelegata eo testamēto relicta reddituros: placet remitti eis conditionem. quia ad fraudem legum respicerent, quæ verarent quosdam legata capere. quamquam & si cautum esset, in ipsa actione exceptione tuendus esset promissor.

De conditione iurisurandi.

VIII. V L P I A N V S libro quinquagesimo ad Edictum[¶]

e prouidit enim ei, qui **Q**uæ sub condicione iurisurandi relinquuntur, à praetore reprobantur. prouidit enim ne is, qui sub iurisurandi condi-

condicione quid accepit, aut^a omitendo condicione, per-
deret hereditatem legatum: aut cogeretur turpiter accipien-
di^b condicione iurare, voluit ergo eum, cui sub iuris iurandi
condicione quid relictum est,^c ita capere, ut capiūt hi quibus
nulla talis iuris iurandi^d condicio inseritur. & recte: cum enim
faciles sint non nulli hominum ad iurandum contemptu^e re-
ligionis, alij per quam timidi metu diuini numinis, vsque ad
superstitionem: ne vel hi vel illi aut consequerentur aut perde-
rent quod relatum est^f, prætor consultissime interuenit. ete-
nim potuit is qui voluit factum, quod religionis condicione
adstringit, sub condicione faciendi relinquere. ita enim homi-
nes aut facientes admitterentur, aut non facientes deficeren-
tur condicione.

Hoc edictum etiam ad legata pertinet, non
tantum ad heredum institutionem. In fideicommissis quoq;
oportebit eos qui de fideicomisso cognoscunt, subsequi præto-
ris edictum. ea propter, quia vice legatorum funguntur. Et in
mortis causa donationibus dicendum est editio^g locum esse:
siforte quis cauerit, nisi iurasset se aliquid facturū, restituturū

quod accepit. oportebit itaque remitti cautionem. Si quis
sub iuris iurandi condicione, & præterea sub alia sit institu-
tus: huic^h videndum est, an remittatur condicio. & magis est,
vt remitti iuris iurandi condicio debeat, licet alij cōdicioni pa-
rendum habeat. sed si sub iuris iurandi condicione sit institu-
tus, aut si decem miliaⁱ dederit: hoc est alternata condicione,
vt aut paret condicione, aut iuret: aliud^j quid videndū, num
quid remitti ei condicio non debet, quia potest alteri condi-
cioni parendo, esse securus. sed est verius, remittendam condi-
cionem, ne alia ratione condicio alia^k eum vrgueat ad iuri-
randum.

Quotiens heres iurare iubetur, daturum se aliquid
vel facturum, quod non improbum est: actiones hereditarias
non alijs habebit, quam si dederit vel fecerit id quod erat ius-
sus iurare. Mortuo^l autem vel manumisso Sticho viuo^m te-
statore, qui ita heres institutus est, si iurasset se Stichum ma-
numisurum: non videbitur defectus condicione heres. Ilqua-
uis verum sit, compellendum eum manumittere, si viueret.
idem est & si ita heres institutus esset quis,

R E S F E S T O , I T A V T S T I C H V M M A N V M I T T A T : aut
T I T I O C E N T V M I T A L E G O , V T S T I C H V M M A-
N V M I T T A T . nam mortuo Sticho, nemo dicet summoven-
dum eum. non videtur enim defectus condicione, si parere con-
dicioni non possit. implenda est enim voluntas, si potest.

4 De hoc iure iurando remittendo non est necesse adire præ-
torem. semel enim in perpetuum a prætore remissum est. nec
per singulos remittendum. Et idcirco ex quo dies legati cesse-
rit, remissum videtur, etiam ignorante scripto herede. ideoq;
in he-

^a ne am^b accipiendo^c esset,^d iurandi^e In hanc sententiā
eleganter P. L. obit.^f de leg.^g effato hunc^h hic videndumⁱ illud quidem^j aliud quidem^k altera^l Quoties à mor-^m tuis est, in cuius per-ⁿ sona condicio implu-^o da est, condicio pro-^p defecta habetur, i.e.^r testamento ita. infra.^s de condicione. & de-^t mon. nisi iustitiae re-^u latus, ut, & oriente ea^v persona, condicio pro-^w impleta habetur, s.^x ut hic, & L. annua. de-^y an. & g. inf. & lili-^z libera. de condic.^{aa} & demon. infia. Cel-^{bb} ligitor autem ita va-^{cc} luisset ob conditionem^{dd} eiusmodi a scriptam,^{ee} que ferri ex sola vo-^{ff} luntate. & pueritate^{gg} hereditis pendet, non^{hh} autem eius, in cuiusⁱⁱ persona implenda est.^{jj} Iniquum esset de-^{kk} ficerre conditionem, s.^{ll} vivo testatore, mor-^{mm} tuus esset Stichus:ⁿⁿ quia cum pessimi^{oo} statutor mutare voluntas^{pp} iacet quatinus vine-^{qq} bas, non poterit pare-^{rr} re conditioni legata-^{ss} ri: quod si mortuo^{tt} iustaure, cum ita pse-^{uu} fet parere conditioni^{vv} Stichus mortuus fre-^{ww} ris, deficit condicione.^{xx} unde. §. idem Iulia-^{yy} nus. ad. Aquila^{zz} supra.

a heredoni
b cuius
c exterris

in herede^a legatarij recte proVatur, vt post diem legati cedentem, si deceperit legatarius, debeat heres eius actione de legato uti. quasi purè legato reliquo ei cui^b heres extiterat^c.

VIII. PAVLVS libro quadragenimo quinto ad Edictum[¶]

Condiciones, quæ contra bonos mores inferantur, remittendæ sunt, veluti, si ab hostibus patrem suum non redemerit, si parentibus suis patronoꝝ alimenta non præstiterit.

X. VLPIANVS libro octauo Disputationum[¶]

Institutio talis, si CODICILLIS SEIVM HEREDEM SCRIPSERO, HERES ESTO, non est inutilis in quouis herede instituto, præter filium. est enim condicionalis institutio. nec videtur hereditas codicillis data, quod interdictum est: verum conditionalis est hæc institutio, quæ^d testamento data esset. proinde & si ita scripserit, CIVIS NOMEN CODICILLIS SCRIPSERO, ILLE MIHI HERES ESTO: paratione dicendum erit institutionem valere, nullo iure impidente. Si quemita institutum ponamus, ILLE, SI EVM CODICILLIS HEREDEM SCRIPSI, HERES ESTO: valet institutio etiam in filio qui in potestate est. cum nulla sit condicio quæ in præteritum confertur, vel quæ^e in præsens^f: veluti si REX PARTORVM VIVIT, SI NAVIS IN PORTV STAT.

XI. VLPIANVS libro viceſimo nono Digestorum[¶]

Si quis^g testamento hoc modo scripserit, FILIUS MEVS SI TITIVM ADOPTAVERIT, HERES ESTO: si NON ADOPTAVERIT, EX HERES ESTO: & filio parato adoptare, Titius nolit se adrogandum dare: erit filius heres, quasi expleta condicione.

Conditionis, si volet, vis.

XII. HERMOGENIANVS libro tertio Iuris Epitomarum[¶]

VErba hæc, PVBLIVS MAEVIVS SI VOLET, HERES ESTO, in necessario conditionem faciunt: vt si non lit, heres non existat. nam in voluntaria heredis persona frustra adduntur. cum & si non fuerint addita, inuitus non efficitur^h heres.

XIII. VLPIANVS libro trigesimo Digestorum[¶]

Ei qui ita hereditatem vel legatum accepit, si decem dederit: neque hereditas neque legatum aliter adquiri potestⁱ, quæ si post impletam conditionem id egerit scriptus heres vel legatarius, per quod hereditas aut legatum adquirisoleat.

f Non enim sufficiunt remissam, quæ est proprium eradiacionum. i. condicione. de rebus lib. infr.

g Si quis in testamento

De

De conditione improbata.

X I V I . M A R C I A N U S libro quarto Institutionum^l

C Ondiciones contra edicta Imperatorum, aut cōtra leges,
aut quæ legis vicem optinent, scriptæ, vel^a quæ cōtra bonos^b mores, vel derisoriae sunt, aut huiusmodi quas prætores
improVauerunt, pro nō scriptis habentur. & perinde ac si con-
dicio hereditati siue legato adiecta non esset, capitur heredi-
tas legatūmve.

X V . P A P I N I A N U S libro sextodecimo Quæ-
stionum^m

F Illius qui fuit in potestate, sub condicione scriptus heres,
quam senatus aut princeps improbant^c, testamentum infirmit^d pannis, ac si condicio non esset in eius potestate. nam
quæ facta lèdunt pietatem, existimationem, verecundiam no-
stram, & vt generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt:
nec facere nos posse credendum est.

X VI . M A R C I A N U S libro quarto Institutionum^l

S I T I T I V S H E R E S E R I T , S E I V S H E R E S E S T O :
S I S E I V S H E R E S E R I T , T I T I V S H E R E S E S-
T O : Julianus inutilem esse institutionem scribit, cum con-
dicio extiterit non possit.

X V I I . F L O R E N T I N U S libro decimo Institutionum^l

S I plures institutiones ex eadem parte sub diuersis condi-
cionibus fuerint: condicio quæ prior extiterit, occupavit
institutionem.

Condicio repetita.

X V I I I . M A R C I A N U S libro septimo Institutionum^l

C Vm seruus purè liber & heres scriptus sub condicione^f sit, & si heres non extiterit, legatum acceperit: in legato
repetitam videri condicionem, Diuus Pius rescripsit. Hac ra-
tione & Papinianus scribit, cum^g auia^h nepotem sub condi-
cione emancipationis pro parte heredem instituit, & postea
codicillis scriptis hoc amplius ei legauit, quam quodⁱ heredē
eum instituit: repetitam videri condicionem emancipationis
etiam in legato, quamvis in legato nullam, vt in hereditate,
substitutionem^k fecisset.

X V I I I I . I D E M libro octauo Institutionum^l

S I ita scriptum fuerit, T I T I V S H E R E S E S T O : S I T I-
T I V S H E R E S E R I T , M A E V I V S H E R E S E S T O : si
Titius suspectam adierit hereditatem, potest Magius suo ar-
bitrio adire, & quartam retinere.

^a item que
^b Huc pertinet ea
que de promissis nra
fernando differit
M.Ci.li.i.Off.

^c improbauerunt.
^d infirmat

^e Nam inflictio eō
repugnat, ut testa-
mentum hoc seipsum
demolire.

^g Coniunge*l*. Auia-
tit, de condic. & de-
monst.
^h te nepotem
ⁱ quo

^k mentionem

Condito de non pertendo in ultimis voluntatibus per acceptilacionem impletur.

XX. LABEO libro secundo Posteriorum à Iac. oleno epitomatorum[¶]

Mulier, quæ viro suo ex dote promissam pecuniam debet, virum hederem ita instituerat, si eam pecuniam, quæ doti promisisset, neque petisset, neque exegisset: puto, si vir denuntiasset ceteris heredibus, per se non stare quo minus acceptum faceret id quod ex dote sibi deberetur: itatim eum heredem futurum. quod sis solus heres institutus esset in^a tali condicione, nihilo minus puto statim eum heredem futurum. quia^b A Δ Y N A T O Σ condicio pronon scripta accipienda est.

Si quis hereditarium serum iustius est manumittere, & heres esse: quamuis si manumiserit, nihil agat, tamen heres erit. verum est enim eum manumisisse. sed post aditionem libertas seruo data secundum voluntatem testatoris conualescit.

Si quis te heredem ita instituit, si se heredem instituisses, aut quid sibi legasses: nihil interest, quo gradu is à te heres inititus, vel quid ei legatus sit: dummodo aliquo gradu id te fecisti probes.

XXI. CELSVS libro sextodecimo Digestorum[¶]

Seruuus alienus ita heres institui potest, CVM LIBER ARIT. proprius autem ita institui non potest.

XXII. GAIUS libro octauodecimo ad Edictum prouinciale[¶]

Qvia ratio suadet, eum, qui libertatem dare potest, ipsum debere aut præsenti die, aut in diem, aut sub condicione dare libertatem. nec habere facultatem, in casum à quolibet obuenientis libertatis heredem instituere.

XXIII. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum[¶]

VTER EX FRATRIBVS MEIS CONS OBRINAM NOSTRAM DVXERIT VXOREM, EX DODRANTE: QVI NON DVXERIT, EX QVADRANTE HERES ESTO. aut^d nubitalteri, aut non vult nubere. consobrinam qui ex his duxit vxorem, habebit dodrantem. erit alterius quadrans. si neuter eam duxerit vxorem, non quia ipsi ducere noluerunt, sed quia illa nubere noluerit: ambo in partes æquales admittuntur. plerumque enim hæc condicio, si VXOREM DVXERIT, SI DEDERIT, SI FECERIT, ita accipioportet, quod pereum non stet, quo minus ducatur, aut faciat.

XXIV. PAPINIANVS libro sexto Responsorum[¶]

QVI EX FRATRIBVS MEIS TITIAM CONS OBRINAM VXOREM DVXERIT, EX BESSHE ME.

a fab ian

b talis, vel quia in
possibilis ad agna-
tos hæc condic.
¶

c meatus

d & vbi alteri non
vult nubere consob-
rina:

HERES ESTO: QVI NON DUXERIT, EX TRIEN-
TE HERES ESTO. viuo testatore consobrina defuncta,
ambò ad hereditatem venientes semisses habebunt: quia verū
est eos heredes institutos: sed emolumēto portionum euentu
nuptiarum discretos.

X X V . M O D E S T I N V S libro nono Regularum!
Sub condicione heres institutus seruus, sine iusu domini
condicione parere^a non potest. a pareat

X X VI . P O M P O N I V S libro secundo ad Quintum
Mucium^b

Si pupillus sub condicione heres institutus fuerit, cōdicio-
ni etiam sine tutoris auctoritate parere potest. idem q; est
& si legatum ei sub condicione relictum fuerit. quia condi-
cione expleta, pro eo est, quasi purè ei hereditas vel legatum
relictum sit.

Condicio bonis moribus contraria.

X X V I I . M O D E S T I N V S libro octauio Responsorum

Quidam in suo testamento heredem scripsit sub tali con-
dicione, si reliquias eius in mare abiciat^b. quærebatur,
cum heres institutus condicione non paruisset, an expellēdus
est ab hereditate. Modestinus respondit, laudandus est magis
quam accusandus heres, qui reliquias testatoris non in mare
secundum ipsius voluntatem abiecit: sed memoria^c humanae^{c memor}
condicione sepulturæ tradidit. sed hoc prius inspiciendū est,
ne homo, qui talem condicione posuit, neque compos men-
tis esset. dicitur si perspicuis rationibus hæc suspicio amoueri
potest, nullo modo legitimus heres de hereditate controuer-
fiam facit scripto^d heredi.^e Heredi, quem testamento pure
instituit, codicillis^f scripsit condicione. quæro an ei parere^g adscripsit
necessè habeat. Modestinus respōdit, hereditas codicillis^h ne-
que adimi potest, porr̄d in defectu condicione de ademptio-ⁱ
ne hereditatis cogitasse intellegetur. neque dari, neque

Quæ conditiones possint impleri extremo vitæ momento.

X X V I I I . P A P I N I A N V S libro tertiodecimo

Questionum^j.

Si filius sub condicione heres erit, & nepotes ex eo substi-
tuantur: cum non sufficit sub qualibet condicione filium
heredem institui, sed ita demum testamentum ratum est, si
condicione fuit in filij potestate: consideremus, numquid inter-
fit, quæ condicione fuerit adscripta, utrum quæ moriente filio im-
pleri non potuit: veluti si ALEXANDRIAM IERIT FI-
LIVS, HERES ESTO: isque Romæ deceſſit: an verò quæ
potuit etiam extremo vitæ momento impleri. veluti si T I-
TIO DECÈM DEDERIT FILIVS^k HERES ESTO. filius meus
quæ condicione nomine filij per aliū impleri potest, nā superior

a existeret.

b Dnar. t. dispensat.
t. quem vide.
c & si oud quia si substitutus
e videatur

quidem species condicionis admittit viuo filio nepotes ad hereditatem. qui si neminem substitutum haberet, dum moritur, legitimus patri heres extiterit^a, arguentoque est quod apud Seruum quoque relatum est. quandam enim refertita heredem institutum, si in Capitolium^b ascenderit: quod^c si non ascendisset, legatum ei datum. eumque antequam ascenderet, mortem obiisse. de quo respondit Seruius condicionem morte defecisse. ideoque moriente eo legati diem cessisse. altera vero species condicionis viuo filio non admittit nepotes ad hereditatem. qui^d substituti si non essent, intestato aucto heredes existerent. neque enim filius videretur obstituisse, post cuius mortem patris testamentum destituitur. quemadmodum si exheredato eodem filio, nepotes, cum filius morcretur heredes fuissent instituti.

DE IURE DELIBERANDI
TIT. VIII.VLPIANVS libro sexagesimo ad Edictum¹

f Hec ferd scripta
funt ex iis de rebus
auth. iud. post.
g præstiuemus
h idemque

i Hinc apparet ob
varietate in iuria in
tempore definito
hoc esse permittendæ
arbitrio iudiciorum.
j. q. dicitur. de
separa. infi. & l.
prætor ait. de istin.
affl. p. p. infi. l.
vlt. s. sanctimus. C.
de præfer. lon. tempora.
& l. hoc iure. S.
dultus aque. de a.
qua costidit. & affi.
infra.

k quam censum
dies,
l dandum
m dummodo
n suadeatur

o ut proinde
p expediat,

Sif seruus fuerit heres institutus, utique non ipsi præstituimus tempus ad deliberandum: sed ei cuius seruus est, quia pro nullo isti habentur apud pretorem. itemque si plurimum seruus sit, utique omnibus dominis præstiuemus. Ait prætor, si TEMPVS AD DELIBERANDVM PETET, DABO, cum dicit tempus, nec adicit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat.

II. PAVLVVS libro quinquagesimo septimo ad
Edictum¹

I Taque pauciores centum dierum non sunt dandi.

III. VLPIANVS libro sexagesimo ad Edictum¹

Nec non illud sciendum nonnumquam semel, nonnumquam saepius diem ad deliberandum datum esse, dum prætori suadetur tempus, quod primùm aditus præstuerat, non suffecisse.

IV. IDEM libro sexagesimo primo ad Edictum¹

Sed hoc impetrari non debet, nisi ex magna causa.

V. IDEM libro septuagesimo ad Edictum¹

ARisto scribit, non solùm creditoribus, sed & heredi instrumentorum inspiciendorū facere. ut perinde instruere se possint, expediet, necne, agnoscer hereditatem. Si maior sit hereditas, & deliberat heres, & res sunt in hereditate, quæ ex trauctu temporis deteriores fiunt: adito prætore potest is qui deliberat, sine præjudicio eas iustis pretiis vendere, qui possit etiam

etiam ea quæ nimium sumptuosa sint, veluti iumenta aut venalicia, item ea quæ mora deteriora fiant, vēdere. quique præterea curaturus sit, vt aes alienum, quod sub poena vel sub^a præ^a a interpretatio
tiosis pignoribus debeatur, soluatuerit.

**V. C A I V s libro vicesimo tertio ad Edictum
prouincia et^b.**

Igitur si quidem in hereditate sit vinum, oleum, frumentū, numerata pecunia: inde fieri lebebunt impendia. si minus, debitoribus hereditariis exigē^c pecunia. quod si nulli sunt b est pecunia. lebitores, aut iudicem protiocent venire debent res superius cuæ.

VII. V L P I A N V S libro sexagesimo ad Edictum^d

A It prætors: si pvpilli, pvpillae nomine postulauit vir tempus ad deliberandum, an expeditat eum hereditatem retinere, et hoc^e datum sit. si iusta causa cedatum erit: esse videuit vir, bona interea deminvi^f, d diminui. nisi si causa cognita boni viri arbitratu, v et abo. Merito prætor impedit interim deminutionem, quamdiu nomine pupilli petitur tēpus ad deliberandum. Quid sit autē deminvi^f v et abo, videamus. his veris prætor non tantum alienationem impedit, verum etiam actiones exerceri non patitur. est enim absurdum, ei cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere. & ita Labeo scribit. In cause autem cognitione hoc vertetur, an iusta causa sit, vt deminuere prætor permittat, ergo & funeris causa deminui permittet. item eorum, quæ sine piaculo non possunt præteriri. vescendi gratia æquè deminui permittet. sed & vbi vrguet, ex aliis quoque causis permittere eum oportet. vt^g adi puta, vt facia sarciantur. ne agri inculti sint. si quia pecunia sub poena debetur, vt restituatur. ne pignora distrahabantur. ex aliis quoque iustis causis prætor aditus deminutionem permittet. neque enim sine permisso eius debet deminutio fieri.

VIII. I D E M libro sexagesimo primo ad Edictum^h

Si quis suus heres posteaquam se abstinerit, tunc petat tempus ad deliberandum: videamus an impetrare debeat. magisque est, vt ex causa debeat impetrare, cum nondum bona venierint.

**VIII. P A V L V S libro quinquagesimo octavo ad
Edictumⁱ**

Filius dum delibera, alimenta habere debet ex hereditate.

X. M A R C E L L V S libro vicesimo octavo Digestorum^j

Soplures gradus sint heredum institutorum, per singulos obseruaturum se ait prætor id quod^k præfiniendo tempore f de prefiniendo

deliberationis edicit. videlicet ut à primo quoque ad sequentem translatâ hereditate, quam primum inueniat successorem qui possit defuncti creditoribus respondere:

Filius quis.

x i . I A V O L E N V S libro quarto ex posterioribus
Labeonis¹

a Vide Ale. li. 4 pa-
rer. cap. 5.
b Occasione foricâ.
filius, suprâ eo. hic
dicere voluit quis sit
filius.

c oportet.

QVi filium^b libertinum habebat, heredem eum instituerat. deinde ita scripsit. *si MIHI FILIVS NV-
LVS ERIT QVI IN SIAM TVTELAM VENIA,
TVM DAMA SERVVS LIBER ESTO.* is filius pupillus libertinus erat. quare rebatur à Dama liber esset. Trebatius negat: quia filij appellatione libertinus quoque contineretur. Labeo contra: quia eo loco verum filium accipio paret^c. Trebatij sententiam probo: si tamen testatorem de hoc filio locutum esse appareat.

L I B E R V I C E S I M V S .

N O N V S .

D E T E S T A M E N T O ^d M I L I T I S .

V L P I A N V S libro quadragensimo quinto ad
Edictum¹



ILITI AVS^e liberam testameti factio-
nem primus quidem Diuus Iulius^f Cæ-
sar concessit. sed ea concessio temporalis
erat. postea vero primus Diuus Titus de-
dit. post hoc Domitianus. postea Diuus
Nerua plenissimam indulgetiam in mi-
litess contulit. eamque & Traianus se-
cetus est. & ex inde mandatis inseri coepit caput tale.^g Caput ex
mandatis.^h Cum in notitiam meam prolatumⁱ sit, subinde te-
stamenta^j all commilitonibus relicta proferri, quae possint in
controversiam deduci, si ad diligentiam legum reuocentur, &
obseruantiam: securus animi mei integritudinem erga optimos fidelissimosque commilitones, simplicitati eorum confu-
lendū existimauit. vt quo quomodo testati fuisse, rata esset
eorum voluntas. Faciant igitur testamenta quo^k modo vo-
lent, faciant quomodo poterint. sufficiatque ad honorū suo-
rum diuisionem faciendam nuda voluntas testatoris. Miles
autem appellatur vel à militia^l, id est duritia quam pro no-
vis sustinent: aut à multitudine: aut à malo quod arcere mili-
tes solent: aut à numero mille hominum, ducitum^m, à græcoⁿ
verbo, tractum à tagmate, nam Græci mille hominum mul-
titudinem

d militari testa-
mento.
e Hac erant redi-
ctio perperu Juliani
sub titu. deoꝝ. pos-
sunt ex ea mil. res et
alia frē que sub hoc
tit. iunguntur.
f Julianus tribuit
de Augusto tit. qui-
bus non est permis-
sum facere testamen-
tum. Institutionibus.
Sed nibil referi, cum
& Augustus Iulius
dictus sit. l. hoc lex.
ad l. Aulide adul. in-
fra. quod in finis
idoneorum scriptorū
testimoniis alibi con-
firmabo.

g per latum
h quoquo modo
i mollior, rel. ma-
litia.
k aut à Græco ver-
bo χιλιον, unde χι
λισης tractu est.
Nam ita Græci
τάχυα, & mille ho-
minum numerum
appellant, quasi
millesimū quem-
que dicas.

l Europius li. 1. Ro-
ma. rerū, de Romulo
loquēs, mille (inquit)
pugnatores delegit,
quos à numero mili-
ter appellavit.

Citudinem T A R M A appellant; quasi millēsimū quēque dictum. vnde ipsum^a ducem x i a t a p x o n appellant. Exer- a ipsum quoque cūtus autem nōmen ab exercitacione traxit.

II. G A I V S libro quintodecimo ad Edictum pro- uinciale

DE^b militis testamento ideo separatim proconsul edicit, b Ex n. de bene quod optimē nouit, ex constitutionibus principalibus posse. propria atque singularia iura in testamenta^c eorum obser- c testamento uari.

Id quod ex nostra voluntate dependet, intelligimur facere omni iure quo melius facere possumus.

III. V L P I A N V s^v libro secundo ad Sabinum^d

Si miles, qui destinauerat communi iure testari, ante defe- cerit quām testaretur: Pomponius dubitat. sed cur non in milite diuersum probeat? neque enim qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renuntiauit, nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia. sed magis utroque genere voluisse propter fortuitos ca- sus. que madimodum plerique pagani solent, cum testamenti^d faciunt per scripturam, ad Icere, velle hoc etiam vice codicil- lorum valere. quisquam dixerit, si imperfectum sit testamen- ^d testamentum ^e nec quisquam tum, codicillos non esse? nam secundum nostram sententiam etiam Diuus Marcus rescripsit.

IV. I D E M libro primo ad Sabinum^f

IUre^f militari surdum & mutum testamentum facere pos- f Cōiunge l. 5. de ac- quir. hered. l. 1. qui g à quib. manu. fegante causariā missionem in numeris manentem pla- g Non imperata à principe ventu, quod inceſſerat paganus. f. si mutus, qui testa- fac. pos. suprā. h heredes eius

V. I D E M libro quarto ad Sabinum^g

Milites etiam his, qui heredes^h extiterunt, possunt substi- tuere in his dumtaxat quae sunt ex testamento eorum consecuti.

VI. I D E M libro quinto ad Sabinumⁱ

Si miles vnum ex fundo heredem scriperit, creditumⁱ quan- i creditur sum ad residuum patrimonium^k intestatus decessisse. mi- k patrimonij les enim pro parte testatus potest decidere, pro^l parte in- l & pro teſtatus.

VII. I D E M libro nono ad Sabinum

Qui iure militari testatur, et si ignorauerit pregnatē vxo- rem, vel non^m fuit prægnas, hoc tamen animo fuit, vt legit vel cu[m] præ- quisquis sibi nasceretur, "ex heredem esse: testamentū non gnante[m] scribit. As rumpitur. gust. 3. emen. 27. n nasceretur,

VIII. M A R C E L L V S libro decimo Digestorumⁿ

IDem est & si adrogauerit filium, nepos ve successerit in lo- cum filij.

V I I I I . V L P I A N V S libro nono ad Sabinum¹

IDemque erit dicendum, & si nato filio viuo se, maluit eodem testamento durante decedere, nam videtur iure militari refecisse testamentum, ut est rescriptum a Diuino Pio in eo qui cum esset paganus fecit testamentum: mox militare coepit, nam hoc quoque iure militari incipiet valere, si hoc maluit miles.

x. I D E M libro vndeclimo ad Sabinum

F Acere^b testamentum hostium potius^c nec iure militari potest.

x. I D E M libro quadragensimo quinto ad Edictum

EX militari^d delicto capite damnatis testamentum facere licet super bonis dumtaxat castris. sed utrum iure militari an iure communi, queritur, magis autem est ut iure militari eis^e testandum sit, nam cum ei quasi militi tribuatur ius testandi, consequens erit dicere, iure militari ei testandū, quod ita intellegi opōret, si non sacramenti fides rupta sit. Si miles incertus an sui iuris sit, testamentum fecerit: in ea conditione est testamentū eius, ut valeat, nam & si incertus an pater suus viuat, testamentum fecerit: testamentum eius valebit.

Si filius familias ignorans patrem suum decessisse, de castrensi peculio in militia testatus sit: non pertinebunt ad heredem eius patris bona: sed sola castrenia.

xii. P A P I N I A N V S libro sexto Responsorum^f

Milites enim ea dumtaxat quae haberent^g, scriptis relinquent.

xiii. V L P I A N V S libro quadragensimo quinto
ad Edictum^h

IDem est & si de testamento mutando cogitauit: non quia adimere volebat castrenia bona heredi scripto, sed quia de paternis testari volebat, & alium heredem scribere, sed si iam veteranus decessit, vniuersa bona etiam paterna ad heredem pertinere castris, Marcellus libroⁱ vndeclimo digestorū scribit, neque enim iam potuit de parte bonorum testari. Et deportati, & frē omnes qui testamenti factionem non habent, à milite heredes institui possunt, sed si seruum poenae heredem scribat, institutio non valebit, sed si mortis tempore in ciuitate inueniatur, institutio incipit conualescere, quasi nunc data hereditate, & generaliter in omnibus id poterit dici, quos miles scribit heredes, ut institutio incipiatur vires habere, si mortis tempore talis inueniatur, ut à milite institui poterit^j. Si seruum proprium, quem liberum esse credidisset, miles heredem sine libertate instituit: in ea conditione est, ut institutio non valeat. Cum miles in testamento suo seruo libertatem dederit, eidemque & à primo

& 3

a Huius rescripti
mentio sive l. 15. infra,
positio.

b Coniunge l. obſt-
des de testa.

c testamentum

miles

d Malè Halloander
in hostiū potestate
positus. Augusti 4.

e men c. 10. in fin.

f De militari bus
delictis diffusæ Al. 2.

g Alex. lib. 2. cap. 13
h ei testandum

g habent,

h licet

i decimo

j potuerit,

& à secundo herede per fideicōmissum hereditatem reliquerit: quamvis & prius heres & substitutus, prius quam adierint^a hereditatem, morte obierunt: non debere intestati exi-
tum facere, Imperator noster cum Diuo Seuero rescripsit. sed
perinde habendum est, ac si eidem seruo libertas simul & he-
reditas directo data esset, quæ utraq; ad eum peruenire testa-
torem voluisse, negari non potest.

X I X I . M A E C I A N V S libro quarto fideicommissorum^b

TRahabatur, d^c an tale aliquid & in paganorum testamen-
tis indulgendum esset. & placet^e nō sine distinctione hoc
fieri. sed si quidem viuo testatore, & sciente decessissent^f, ni-
hil noui statuendum. si autem ignorante, aut post mortem
eius: omnimodo subueniendum.

X V . V L P I A N V S libro quadragensimo quinto ad
Edictum^g

IN fraudem planè creditorum nec miles amplius quam vnu
necessarium facere poterit. Sicut autem hereditatem mi-
lies nuda voluntate dare potest, ita & adimere potest. deniq;
si cancellauerit testamentum suum, vel inciderit: nullius erit
momenti. si tamen testamentum cancellauerit, & mox valere
voluerit: valebit ex supra voluntate. & ideo cum miles in-
duxisset testamentum suum, mox anulo suo signasset: qui super
ea re cognitus erit, consideravit quo proposito id fece-
rit. nam si mutata voluntatis cum penitus se probabitur, re-
nouatum^h testamentum intellegetur. quod si ideo, ne ea quæ gⁱ reuocatum
scripta fuerint, legi possint: causa irriti facti iudicij potiore exi-
stimabitur. Testamentum ante militiam factum à milite,
si in militia decesserit, iure militari valere, si militis^j voluntasⁱ h^k militis subiuncta
contraria non sit, Diuus Pius rescripsit. Si quis se scribat
heredem in testamento militis, non remittitur ei senatuscon-
sulti pœna. Miles & ad tempus heredem facere potest, & e^l
alium post tempus, vel ex condicione, vel in condicione. Item
tam sibi quam filio iure militari testamentum facere potest.
& soli filio, tametsi sibi non fecerit, quod testamentum vale-
bit, si forte pater vel in militia vel intra annum militiae de-
cessit. Bonorum possessionem ultra tempora edicto deter-
minata, nec militis posse agnoscit, Papinianus libro quarto
decimo^m questionum scribitⁿ, quia generalis est ista determi-
natio.

X V I . P A V L V S libro quadragensimo tertio ad
Edictum^o

DOtalem fundum si legauerit miles, non erit ratum lega-
tum propter legem Iuliam.

XVII. G A I V s libro quintodecimo ad Edictum
prouinciale

Si certarum rerum heredes instituerit miles, veluti alium vñ
banorum prediorum, alium rusticorum, alium ceterarum
rerum: valebit institutio. perindeque habebitur, atque si fine
partibus heredes eos instituisset, resq; omnes suas per praecep-
tionem cuique legando distribuisset. Iulianus etiam ait,
si quis alium castrorum rerum, alium ceterarum scripsisset:
quasi duorum hominum duas hereditates intellegi. vt etiam
in æs alienum, quod in castris cōtractum esset, solus is tenea-
tur, qui castrorum rerum heres institutus esset. extra castra
contracto ære alieno is solus obligetur, qui ceterarum rerum
heres scriptus esset, cui scilicet conueniens videtur respōdisse,
vt ex quaqua causa debeat miliū, vel huic heredi, vel illi,
ipso iure debeat. Quod si alterutra pars bonorum ære alieno,
quod ex ea causa penderit, non sufficiat: & propter hoc
is qui ex ea parte heres institutus est, non adierit: alterum qui
adisset, compellēdum esse aut defendere totam hereditatem,
aut totam creditoribus soluere. Si eodem testamento mil-
les eundem heredem, deinde ex heredem scriperit: adeimpta vi
detur hereditas. cum in paganorum testamento sola hereditas
ex heredatione adimi b non possit. Si pater à filio familiæ
milite ex castrensi peculio heres institutus, omissa causa testa-
menti aliquid ex peculio possidebit, dolōve malo fecerit, quo
minus possideret: datur in eum legatorum actio. Si miles
testamentum in militia fecerit, codicillos post militiam, &
int̄a annum missionis moriatur: plerisque placet, in codicill-
is iuris ciuilis regulam spectari debere. quia non sunt à mili-
te facti. nec ad rem pertinere, quod testamento confirmati
sunt. ideoque in his legatis, quæ testamento data sunt, legi
Falcidiae locum non esse. at in his quæ codicillis scripta sunt
locum esse.

XVIII. T R Y P H O N I N V s libro octauodecimo Dis-
putationum

Si verò composita vtraque legata, tam quæ testamēto quam
quæ codicillis data sunt, vltra dodrantem sint: quaritur,
quatenus minuantur ea in quibus Falcidiae locum habet. com-
modissimè autem id statuetur, vt ex vniuersitate bonorum in
solidum solutis legatis quæ testamēto miles dederat: id quod
supererit, pro dodrante & quadrante diuidatur inter heredes,
& eos quibus codicillis legata data sunt. Quid ergo si consu-
mant vniuersorum bonorum quantitatē legata quæ testa-
mento data sunt; vtrum nihil ferent hi quibus codicillis lega-
tum est: an aliquid? & quoniam si adhuc miles hæc quoque
legasset, contribuebātur omnia, & prō rata ex omnibus dece-
debat

b adimi possit: &
re& Accur. vtraque
scripturam interpre-
tatur Aug lib. 1.
emen. c. 3.
& milite

d hoc quoque

debatur ea portio, quam amplius legauerat quam in bonis haberat: nunc quoque; idem fiat, deinde constituta quantitate legatorum quae codicillis data sunt, ex summa, quae efficiebatur debita, si æquo iure omnia deberentur, quartam deducatur^a his solis, quibus codicillis legata sunt. quod si post utraque legata solidam computata depræhenderetur quod remaneat apud heredem, non tamen sufficiens quartæ eorundem legatorum: quod ei deest, detrahatur his solis, quibus codicillis legata data sunt.

XVIII. V L P I A N V S libro quarto Disputatio-

num^b

QUarebatur, si miles, qui habebat iam factum testamentum, aliud fecisset: & in eo comprehendisset, fidei^b heredis committere, ut priores tabulae valerent: quid iuris esset. dicebam militi licet plura testamenta facere, sed siue simul^c fecerit, siue separatim, utique valebunt, si hoc specialiter expresserit. nec superius per inferius rumpetur. cum & ex parte heredem instituere possit: hoc est ex parte testato ex parte intestato decedere. quinimmo & si codicillos antefecerat, poterit eos per testamentum sequens cauendo, in potestatem institutionis redigere, & efficere directam institutionem, quae erat precaria. secundum haec in proposito referebam, si hoc animo fuerit miles, ut valeret prius factum testamentum: id quod cauit, valere oportere, ac per hoc effici, ut duo testamēta sint. sed in proposito cum fide heridis committatur, ut valeat prius testamentum: apparet, eum non ipso iure valere voluisse. sed magis per fideicommissum. id est in causam fideicommissi & codicillorum vim prioris testamenti conuertisse. utrum autem totum testamentum in eam causam conuersum sit, hoc est & heridis institutio: an vero legata tantum & fideicommissa & libertates, queritur. sed mihi videtur non solum cetera præter institutionem heridis, sed & ipsam institutionem in causam fideicommissi vertisse: nisi aliud testator rescriptisse probetur. Si quis à milite heres ad tempus scriptus esset^d, & alius ex tempore: queritur an posterior heres à priore reliqua legata debet. & arbitror hunc non debere, nisi alia voluntas militis probetur.

xx. I V L I A N V S libro vicesimo septimo Dige-

storum^e

TRIBUNUS militum si intra dies certos, quam successor eius in castra venerat, manens in castris codicillos fecerit, & ibi decesserit: quoniam definit militis loco haberi postquam successor eius in castra venit: ideo communī iure ciuium Romanorum codicilli eius æstimandi sunt. Cum aliquis facto testamento militare coepit, id quoque testamentum, quod

s f v ante-

^a intelligetur

antequam militare cœperit fecerat, aliquo casu intellegitur militiæ tempore factum. veluti si tabulas inciderit, & legerit testamentum, ac rursus suo signo signauerit. amplius si & ali quid interleucrit, perduxerit, adiecerit, emendauerit. quod si nihil horum inciderit, testamentū eius ad priuilegia militum non pertinebit.

xxi. AFRICANVS libro quarto Quæstionum^b

Quod constitutum est, ut testamentum militiæ tempore factum etiam intra annum post missionem valeret, quantum ad verba eius, ad eos dum taxat qui mitti solent, id beneficium pertinere existimauit. secundum quod neq; praefectos, neq; tribunos, aut ceteros qui successoribus acceptis militare delinunt, hoc priuilegium habituros.

xxii. MARCIANVS libro quarto Institutionum

Miles filius familias si capite minutus fuerit, vel emancipa-

tus, vel in adoptionem datus à patre suo, testamentum eius valet, quasi ex noua voluntate.

xxiii. TERTYLLIANVS libro singulari de Ca-

strensi peculio^c

Idem & si pater familias miles de castrenisibus rebus dum taxat testatus adrogādum se dederit, si verò missus iam hoc fecerat^d, non valet testamentum.

xxiv. FLORENTINVS libro decimo Institu-

tionum^e

^aCatilio

Diuus Traianus Statilio^f Seuero ita rescripsit. Id priuilegium quod militantibus datum est, ut quoquo modo facta ab his testamenta rata sint, sic intellegi debet, ut vtq; prius constare debeat, testamentum factum esse: quod & sine scriptura, & à non militariibus fieri potest. si ergo miles, de cuius Vonis apud te queritur, conuocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita locutus est, ut declararet quem vellet sibi esse heredem, & cui libertatem tribuere: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus. & voluntas eius rata habenda est. Ceterum si, ut plerumque sermonibus fieri solet, dixit alicui, E G O T E H E R E D E M F A C I O : aut, T I B I B O N A M E A R E L I N Q V O : non oportet hoc pro testamento obseruari. nec vlorum magis intereat, quam ipso- rum quibus id priuilegium datum est, eiusmodi exemplum non admitti. alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui adfirmarent se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona cui visum fit. & per hoc iudicia vera subuertuntur.^f

xxv. MARCELLVS libro singulari Responsorum-

Itius^g prius quam tribunus legionis factus esset, testamen- tum fecit. & postea cinctus; manente eodem defunctus est.

^e Quid si ipsi testa-
mentum scripserint
in expeditione, sub
ipsius tempore quo in
prelio ceciderint, du-
bus testibus probavit
testatum valetis;
etiam si cunctis nō
fuerint, l. milites. C.
de test. mil.

^f tentur.

est. quero an militis testamentū videatur esse . Marcellus re-
spondit , testamentum quod ante tribunatum fecisset, nihil
si^a postea ab eo factum, ^b dictum esse pro Varetur, quod va-
lere vellet : ad commune ius pertinet. constitutionibus enim
principū non militum testamenta, sed quæ à militibus facta
sunt, confirmātur. sed planè fecisse testamentum eum interpre-
tandum est, qui se velle testamentum quod ante fecerat vale-
re, aliquo modo declarauit.

x x v i. MAGISTER libro secundo Militarium¹

Testamenta eorum qui ignomiae causa missi sunt, statim
desinat militari iure valere. quod anni spatiū testamen-
tis eorum, qui honestam vel causariam missionem meruerūt,
tribuitur. Ius testandi de castrensi * peculio, * quod filiusfa-
milias militantibus concessum est, ad eos qui ignomiae ^c cau-
sa missi sunt non pertinet, quod hoc præmij loco merentibus
tributum est.

x x vii. PAPINIANVS libro sexto Respon-
sorum²

Centurio ^d secundo testamento postumos heredes insti-
tuit, neque substitutos dedit. quibus non additis ad super-
rius testamentum seredire testatus est. cetera, que secundo te-
stamento scripta, esse irrita placuit: nisi nominatim ea coni-
masset ad priorem voluntatem reuersus.

x x viii. VLPIANVS libro trigensimo sexto ad
Sabinum³

CVM filiusfamilias miles decessisset, filio impubere erede
instituto, eique substituisset in cui potestate manenti, tu-
toresq; dedisset, Diui fratres rescripserunt, substitutus ne qui-
dem valere. tutoris autem dationem non valer. quia heredi-
tati quidem sua miles qualem vellet, substitutum facere po-
test. verumtamen alienum ius minuere non potest.

x x ix. MARCELLVS libro tecimo Dige-
storum⁴

SI à milite scriptus heres suas sponte ^a ierit hereditatem, &
rogatos totam hereditatē restituer; ex Trebelliano tran-
seunt actiones. Miles testamento suo manumittendo, nihil
efficit in eo cuius libertas lege Aelia >entia, vel aliqua ^c impe-
ditur. Edictum prætoris, quo assurandum heredibus in-
stitutis legatariisque remittitur. locum habet etiam in mili-
tum testamentis . sicut etiam in fideicommissis . idemque si
turpis esset condicio. Patrius, ^b qui in emancipatione ipse
manumissor extitisset, contra tabulas testamenti dandam bo-
norum possessionem parti debita placet, exceptis his rebus
quas in castris adquisisset. quarum liberā testamenti factio-
nem habet.

niſi poſteā, quā.
dicitur. cuīc
victia eſt, quād ne-
rſatio, neque di-
milesſe velle te-
nērum ante mili-
n factum iure mi-
lii valere indica
: idcirco iure com-
mī factum videris
factum eſt.

* ig. inimic

^d Coniunge l. Cen-
rio de valg. substitu-

^e alia impediatur

XXX. PAVLVS libro septimo Quæstionum

JAm in bona castræ non esse dandam contra tabulas filij militis bonorum possessionem, Diuus Pius Antonius rescripsit.

XXXI. MARCELVS libro tertio decimo Digestorum

Imiles Titio & Seio scruum legauerit, & eum Titius manumisisset deliberante Seio, moxque is legatum omisisset: iberandum fore dico. quia & si heres seruti alicui legatū interim manumisisset, deinde legatarius repudiasset: liber esset.

XXXII. MODESTINVS libro nono Regularium

Secundum probabilem voluntatem militis hereditas eius non adeatur, nec res castræ heredibus competit.

XXXIII. TERTYLIANVs libro singulare de castræ peculio

Ifilius familias miles fecisset testamentum more militæ, deinde post mortem patris postumus ei nasceretur: vtique rumpitur eius testamentum. verum si perseverasset in ea voluntate, ut vell. adhuc illud testamentum valere: valiturum illud, quasi rursum aliud factum: si modò militaret adhuc eo tempore quo nasceretur illi postumus. sed si filius familias miles fecerit testamentum, deinde postea viuo eo, & adhuc aucto quoque superstite, nasceretur ei postumus: nō rumpitur eius testamentum. quia cum id quod nasceretur, in potestate eius non perveniret: non videtur suus heres adgnosci. ac ne aucto quidem h^o hunc nepotem postumum, cum viuo filio nasceretur, suu^h heredem protinus adgnosci. & ideo nec aui testamentum rumpit, noniam licet in potestate aui protinus esse inciperet: tamen a^rrecederet eum filius. secundum quæ si filius familias miles testamentum fecerit, & omiserit postumū per errorem, non^a quod volebat exheredatum: deinde postumus post mortem aui viuo adhuc filio, id est patre suo natus fuerit: omnimodo rumpit, et illius testamentum. sed si quidem pagano iam illo facto natus sit, nec conualescet ruptum. si vero militante adhuc natus fuerit, rumpetur. deinde si voluerit ratum illud esse pater, conualescet sic, quasi denovo factū. Sed & si viuo aucto nascatur postumus, hic non rumpet continuo patris testamentum. si superuerterit post mortem aui viuo adhuc patre, rumpet: quod nouus illi nunc primū^b heres adgnoscitur. ita tamen, ut numquā nō possit duorum simul testamento rumpere, & aui, & patris.

XXXIV. PAVLVS libro quæto decimo Quæstionum

EIus militis, qui doloris in patienti, vel tedium vitæ mori maluit, testamentum valere, vel intestari bona ab his qui lege vocan-

* quem nos

b primus

† Papinianus

vocantur, vindicari, Diuus Hadrianus rescripsit.* Militia missus intra annum testamentum facere coepit, neque perfice potuit, potest dici, solutum ita esse testamentum quod in militia fecit, si iure militiae fuit scriptum, alioquin si valuit iure communi, non esse iure rescissum. nec tamen circa militem eadem adhibebitur distinctio. nam quocumque modo testamentum fecerit, nouissima voluntate rescindetur. quoniā voluntas quoque^b militis testamenti est.

<sup>a Ad Pomponium
Falconem. l. si quis
filio. q. eius quis su-
prā de iniusti. r. p.</sup>

^b quaque

xxxv. IDEM libro nonodecimo Quæstionum[¶]

Miles si testamentum inperfectum relinquat, scriptura quæ profertur, perfecti testamenti potestatem optinet. nam militis testamentum sola perficitur voluntate. qui^c que^c plura per dies varios scribit, sape facere testamentum videtur.

xxxvi. IDEM libro sexto Responsorum[¶]

Militis codicillis ad testamentū factis, etiam hereditas iure videtur dari. quare si partem dimidiā hereditatis codicillis dederit, testamento scriptus ex aſſe heres partem dimidiā habebit. legata autem testamento data communiter debentur. Miles caſtrenſium bonorum & non caſtrenſium diuerſis heredibus institutis, poſtea caſtrenſium bonorum alios heredes instituit. prioribus tabulis tantum abstuliffe videtur, quantum in posteriores contulerit. nec videtur mutare, etſi prioribus tabulis vnuſ heres scriptus fuſſet. Miles in supremis ordinandis ignarus vxorem eſſe prægnatam, ventris non habuit mentionem. poſt mortem patris filia nata, ruptum eſſe testamentū apparuit: neque legata deberi, ſi qua verò me- dio tempore scriptus heres legata ſoluiffet, vtilibus actioni- bus filiæ datis, ob improuisum casum eſſe reuocanda. nec inſtitutum^d, cum bonæ fidei poſſessor fuerit, quod inde ſeruari non^e potuiffet, præſtari.^f Veteranus moriens testamentum iure communi tempore militiae factum, irritum eſſe voluit: & intestatus eſſe maluit. heredum institutiones^g ac ſubstitutio- nes^h in eodem ſtatu manſiſſe placuit. legata verò petentes ex ceptione dolim aſſecundum ius commune ſummoueri.ⁱ cu- ius exceptionis vires ex persona petentis aſſtimantur.^j & alio- quin potior eſt in re pari cauſa poſſessoris. Miles iure cōmuni testatus, poſtea testamento iure militiae ſuper bonis omni- bus factō poſt annum militiae vita deceſſerat. prioris teſtamenti, quod ruptum eſſe conſtabat, non redintegrari vires conſtituit.

^d inſtitutus,
^e Temere negatione
hanc expunxit Ha-
elan. Aug. lib. 1. emē-
da. c. 2.

^f præſtare. aliis.
præſtabit.
^g ſubinoueri pla-
cuit. Reſtē hoc pla-
cuit deſſt in Flor.

xxxvii. PAVLVS libro ſeptimo Quæſtionum[¶]

S I duobus à milite liberto scriptis heredibus, alter omiferit hereditatem: pro ea parte intestatus videbitur defunctus deceſſiſſe. quia miles & pro parte teſtari potest: & competit patrono ab intestato bonorum poſſeſſio, niſi filiū hæc voluntas defun-

defuncti probata fuerit, vt omittere altero ad alteru velle. totam redire hereditatem.

X X X V I I I . I D E M libro octauo Quæstionum

Quod dicitur, si miles intra annum quam missus est deceperit, valere eius testamentum quod iure militari fecerat: verum est etiam si post annum condicio institutionis extiterit, mortuo eo intra annum. & ideo si heredi filio substituerit, nihil interest quando filius moriatur. sufficit enim patrem intra annum obisse. Miles testamentum fecerat, deinde non ignominiae causa missus, rursus cinctus est in alia militia. quærebatur an testamentum eius, quod in militia fecerat, valeret. quasi Bi vtrum iure militari, an communiiure testatus est.^a & si quidem communiiure testatus est^b, nulla dubitatio est quin valeat. sed si vt miles fecisset testamentum, agitare coepi, quando adsumptus fuisset postquam desistit in^c numeris esse. vtrum intra annum, an post annum. cognoui intra annum eum adsumptum. ergo si cum adhuc iure militari valeret, rursus eodem iure posset testari: numquid etiam post annum eo mortuo valeat testamentum? me mouebat, quod alia militia est posterior. sed humanius est dicere, valere testamentum: quasi coniuncto munere militiae. non loquor de eo qui voluit valere testamentum etiam adsumptus. hic enim quasi in militia sequenti fecit testamentum, exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare coepit.

X X X V I I I . I D E M libro nono Quæstionum.

Si filius familias miles captus, apud hostes deceperit: dicimus legem Corneliam etiam ad eius testamentum pertinere. sed quæramus, si pater eius prius in ciuitate deceperit, reliquo nepote ex filio: an similiter testamentum patris rumpatur. & dicendum est non rumpi testamentum. quia ex eodem tempore quo captus est, videtur decepsisse.

X L. I D E M libro undecimo Responsorum

Lvcius Titius miles notario^d suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequam litteris praescriberetur,^e vita defunctus est. quæro an hæc dictatio valere possit. respondi, militibus quoquo modo velint, & quo modo possunt, testamentum facere concessum esse. ita tamen, vt hoc ita subsecutum esse legitimis proportionibus ostendatur. Idem respondit, ex testamento eius qui iure militari testatus esset, seruum, qui licet sub condicione legatum meruit, etiam libertatem possè sibi vindicare. Idem^f respondit, Lucius Titius miles testamentum ita fecit, P A M P H I L A S E R V A M E A EX ASSE M I H I H E R E S E S T O. alio deinde capite Sempronio commilitoni suo eandem Pamphilam reliquit. cuius fidei commisit, vt ea manumitteret. quanto, an heres esset Pamphila,

a effe.

b effe.

c Falso in quibusdam
legitur immunitus

d Notarius, seruum
erat, qui in se scribere
bar: que sine autem
note explicatis Plu-
tar in Carone.

e perscriberetur.

f Item

phila, atque fidiret accepisset libertatem. respondi intellegendum militem, qui aticillam suam heredem instituerat, ignorasse, posse ex ea institutione etiam libertatem ei competere. & ideo sine causa postea à conumilitone petisse, ut eandē manumitteret. cum^a ex priore scriptura libera & heres effeta est, postea nullo præiudicio voluntati factō frustra legata est.

XLI. TRYPHONIUS libro octauo decimo Disputationum[¶]

Milles ita heredem scribere potest, **Q Y O A D V I V I T T I-**
T I V S , H E R E S E S T O . P O S T M O R T E M E I V S

S E P T I C I V S . sed si ita scriperit, **T I T I V S V S Q V E A D**

A N N O S D E C E M H E R E S E S T O , nemine substituto: in-

testati causa post decem annos locum habebit. & quia dixi-

mus ex certo tempore, & usque ad certū tempus^b milites pos-

se instituere heredem: his consequens est, ut antequam dies ve-

niat, quo admittatur institutus, intestati hereditas deferatur.

& quod in bonorū portione ei licet, hoc etiā in temporis spa-

tio, licet non modicū sit, ex eodem priuilegio cōpetat. Mu-

llier, in qua^c turpis suspicio cadere potest, nec ex testamēto mi-

litis aliquid capere potest, vt Diuus Hadrianus rescrispit. nec

tutorem ei qui in aliena est potestate, miles dare potest. Si

miles ex heredauerit filium, vel sciens eum filium suum esse, si-

lentio præterierit: an legatum à substituto eius^d dare possit,

quæsitum est. dixi non posse: licet ampla legata reliquerit.^e

3 Exheredato miles & emācipato filio substituere potest, verū pill. subfī. s. a. on foliū

hoc ius in his exercebitur, quæ ab ipso ad eum cui substituit

peruererint: non etiam in his, si quæ habuerit, vel postea ad-

quæsierit. nam & si filio suo, viuo adhuc auo, substituit: post

adquisitam ei aui hereditatem nemo dicēret ad substitutum

4 pertinere. Si militis adita non fuerit hereditas, an substitu-

to quam pupillo fecit valeat, quaritur. & cōsequens erit hoc

dicere. quia permittitur militem^f filio facere testamentum,

quamuis sibi non fecerit.

^b Militare priuile-
giūm est: nam pag. ius
hoc non possunt: sequit
de here. inſtit. loba re-
ditas ex die.

^c quam

^d ei dari

^e Vigil. ad tit. de pu-
gnab. cū. s. a. on foliū
ita lege insert. penxit.
legati reliq. terit

exheredato. Miles
& quomodo a. in pu-
gnabit cū. s. a. on foliū
de pup. sub. usit. in

quo agitur de filiis
qui in potestate re-
manserant: ut amē-
vide.

^f militis

XLI. VLPIANVS libro quadragensimo quinto
ad Edictum[¶]

EX eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo

5 in numeros relatus est: ante non. proinde qui nōdum in

numeris sunt, licet etiam lecti^g tirones sint, & publicis expen-

sis iter faciunt, nōdum milites sunt, debent enim in numeros

referri.

XLIII. PAPINIANVS libro sexto Respon-

forum[¶]

Filius familiæ equestri militia exornatus, & in comitatu

de ca-

a Natura hic licere finis de castrensi * peculio * facere potest.

b Iusta milite de castri finis
peculio testari, iure
verè militari necne,
non exprimuntur. Vigil.
ad. s. sed & si decedat
filius mil. iustis.

XLI. VLPIANVS libro quadragensimo quinto ad Edictum

R Escripta principum ostendunt omnes omnino, qui eius sunt gradus, ut iure militari testari non possint, si in hostico deprehendantur, & illic decedant: quomodo velint, & quomodo possint, testari, siue praeses sit prouinciae, siue quis alius qui iure militari testari non potest.

DE AD QVIRENDA VEL OMITTENDA HEREDITATE

TIT. II.

P A U L V S libro secundo ad Sabinum¹

Q VI TOTAM hereditatem adquirere potest, is pro parte eam scindendo adire non potest.

II. VLPIANVS libro quarto ad Sabinum²

S Ed & si quis ex pluribus partibus in eiusdem hereditate institutus sit, non potest quasdam partes repudiare, quasdam agnoscere.

III. IDEM libro sexto ad Sabinum³

Q Vamdiu prior heres institutus hereditatem adire potest; substitutus non potest.

IV. IDEM libro tertio ad Sabinum⁴

N Olle adire hereditatem non videtur, qui non potest adire.

V. IDEM libro primo ad Sabinum⁵

M Utum^b, ne non surdum, etiam ita natos, pro herede gerere, & obligari hereditati posse constat. Eum, cui legem bonis interdicitur, *heredem* institutum posse adire hereditatem constat.

D e filio familias adeunte.

VI. IDEM libro sexto ad Sabinum⁶

Q Vi in aliena est potestate, non potest inuitum hereditati obligareum in cuius est potestate: ne ari alieno pater obligaretur^d. sed in bonorum possessione placuit ratam haberi posse eam, quam citra voluntatem adgnouit is qui potestatis subiectus est. sed & si legitima hereditas filio delata sit ex senatus consulo Orfitiano matris, idem erit probandum.

Sed & si non adierit filius, diu tamen possedit pater hereditatem: credendus est^e admississe hereditatem, ut Diuus Pius & Imperator noster rescriperunt. Si is qui putabat se filium familias, patris iussu adierit: eum neque sibi neque ei qui iussit, quæfuisse hereditatem constat. quamquam is, quem pater iussit adire, & decessit, si adierit iam mortuo patre, obligetur he-

^b Continget l. 4. de testam. mil. l. 1. quis a qui. matri.

^c Alci. lib. 4. p. 47. rad. c. 2.

^d obligetur

^e utique adiungatur

se hereditati: vt Julianus libro trigensimo^a primo digestorum scriptis, nam^b eum qui dubitat vtrum filius familias, an pater familias morte patris factus sit, posse adire hereditatem magis admittit. Interdum filii familias & sine aditione acquirunt hereditatem his in quorum sunt potestate. vtput si nepos ex filio exheredato heres sit institutus. patrem enim suū sine aditione faciet heredem, & quidem necessarium. Sed si quis heres institutus adopretur à filio exheredato, necessariū cum non facit. sed iuberi debet, vt adeat: quoniam mortis tempore in potestate non fuerit. nam per eum quis existere necessarius non potest, qui ipse non esset exstaturus.

De metu.

4 Celius libro quintodecimo digestorum scriptis, eum, qui metu verboruī, v. l aliquo timore coactus fallens^d adierit hereditatem, siue liber sit, heredem non fieri placet: siue seruus sit, dominum heredem non facere.

De substitutione vulgari.

VII. PAVLVS libro primo ad Sabinum^e

Si quis filium familias heredem instituerit, & ita scriperit,
S I M I H I T I T I V S I S T E F I L I V S F A M I L I A S H E R E S N O N E R I T , S E M P R O N I V S H E R E S E S T Q :
filio adeunte iussu patris, substitutus excluditur.

De abstentione hereditatis.

1 Si filius prius quam sciret se necessarium extitisse patri heredem, decesserit relicto filio necessario: permittendum est nepoti abstinere se aui hereditate, quia & patri eius idem triduum eretur. In omni successione qui ei^f heres extitit qui Titio & eius heres fuit, Titio quoque heres videtur esse: nec potest Titij omittere hereditatem.

Qui possint adire.

VIII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum^g

Morenostre ciuitatis neque pupillus neque pupilla sine tutoris auctoritate obligari possunt, hereditas autē quin obliget nos ari alieno, etiam si non sit soluendo, plus quam manifestum est. de ea autem hereditate loquimur, in qua non succedunt huiusmodi personae quasi necessariae. Impubes qui in alterius potestate est, si iussu eius adierit hereditatem: licet consilij capax non fuerit, ei adquirit hereditatem.

VIII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum^h

Pupillus si faro possit, licet huius aetatis sit, vt causam adquirendae hereditatis non intellegat: quamuis non videatur scire huiusmodi aetatis puero: neque enim scire, neque decernere talis aetas potest, non magis quam furiosus: tamē cum tutoris auctoritate hereditatem adquirere potest. hoc enim faborabiliter ei præstatur.

a libro tricibus
mo
b ram & eusa

c verberum.
d Id est, clanculant
pro ec postum est;
quod Greci dicunt
λατρόμενος.

f Coniunge l.s. de
reg. iure
g huius tamen

X. V L P I A N V s libro septimo ad Sabinum[¶]

SEx aſſe heres destinauerit partem habere hereditatis, vi-
detur in aſſem pro herede geſſiſſe.

XI. P O M P O N I V s libro tertio ad Sabinum[¶]

IMpuberibus liberiſ omnimodo abſtinendi potestas fit. pu-
beribus autem ita, ſi ſeⁿon immiſcuerint.

De ſuo herede.

XII. V L P I A N V s libro vndecimo ad Edictum[¶]

EI qui^b ſe non miſciuit hereditati paternæ, ſiue maior ſit ſiue
minor, non eſſe^c neceſſe prætorem adire. ſed ſufficit ſe non
miſciuſſe hereditati. & eſt in ſemenſtribus Viuiis^d Soteri &
Victorino reſcriptum, non eſſe neceſſe pupilliſ in integrum
reſtitui ex auiſo contractu, quorum pater conſtituerat non
adgnoscere hereditatem, neque quicquam amouerat, vel pro
herede geſſerat.

Derepudiatione.

XIII. I D E M libro septimo ad Sabinum[¶]

IS qui heres iſtitutus eſt, vel^e iſ cui legitima hereditas dela-
ta eſt, repudiatione hereditatem amittit. hoc ita verum eſt,
ſi in ea cauſa erat hereditas, vt & adiri poſſet. ceterum heres
iſtitutus ſub condicione, ſi ante condicioneſ exiſtentem re-
pudiauit, nihil egiſ, qualisqualis fuit condicio. et ſi in arbitriū
collata eſt. Si quis dubitet, viuat teſtator, necne repudiādo
nihil agit. ſubstitutus quoque ſimiſter, ſi ante repudiāt quām
heres iſtitutus decernat de hereditate: nihil valebit repudiā-
tio. Neque filius familias repudiando ſine patre, neque pa-
ter ſine filio alteri nocet. utrique autem poſſunt repudiare.

XIV. P A V L V s libro ſecundo ad Sabi-
num[¶]

IDem eſt etiam ſi legitima hereditas filiis obuenit.

XV. V L P I A N V s libro ſeptimo ad Sabinum[¶]

IS qui putat ſe neceſſarium, cum ſit voluntarius: non poterit
repudiare. nam plus eſt in opinione, quām in veritate.

XVI. I D E M libro vicensimo quarto ad Edictum[¶]

ET è contrario, qui ſe putat neceſſarium, voluntarius exiſtere
non poſſet.

XVII. I D E M libro ſeptimo ad Sabinum[¶]

NEc iſ, qui non valere teſtamentum, aut falſum eſſe putat,
repudiare poſſet. Sed ſi certum ſit, falſum non eſſe quod
falſum dicitur: ſicut adeundo adquirit, ita & repudiādo amittit
hereditatem. Heres iſtitutus, idemque legitimus, ſi
quasi iſtitutus repudiauerit: quasi legitimus non amittit he-
reditatem. ſed ſi quasi legitimus repudiauit, ſi quidem ſcī ſe
heredem iſtitutum, credendus eſt utrumque repudiāſſe. ſi
ignorat, ad neutrū ei repudiatio nocebit. neque ad teſtamen-
tariam,

^e credendum eſt

tariam, quoniam hanc non repudiauit: neque ad legitimam, quoniam nondum ei fuerat delata.

Ixviii. PAVL v s libro secundo ad Sabinum^b

S potest^a repudiare, qui & adquirere potest.

XVIIII. IDEM libro quinquagesimo nono ad

Edictum^c

QVi^b hereditatem adire, vel bonorum possessionem petere

^b Ex iis, de reb. ass.
thei. iud. pofſio

volet: certus esse debet defunctum esse testatorem.

Quid sit pro herede gerere.

Xx. VLPIANVS libro sexagensimo primo ad Edictum

PRo^c herede gerere videtur is qui aliquid facit quasi he-
rede gerere, qui aliquid quasi heres gerit. pro herede autem
gerere, non esse facti^d quam animi. nam hoc animo esse de-
bet, vt velit esse heres. ceterum si quid pietatis causa fecit, si
quid custodiae causa fecit, si quid quasi non heres egit, sed quasi
alio iure dominus: appetit, non videri pro herede gesſisse. &
ideo solent testari liberi qui necessarij existunt, non animo he-
redis se gerere que gerunt: sed aut pietatis, aut custodiae cau-
ſa, aut pro suo. vtputa patrem sepelivit, vel iusta ei fecit. si
animo heredis, pro herede gesſit. enim uero si pietatis causa
hoc fecit, non videtur pro herede gesſisse. Seruos heredita-
rios pauit, iumenta aut pauit aut distraxit; si hoc vt heres
gesſit, pro herede, aut si non vt heres, sed vt custodiat, aut
putauit sua, aut dum deliberat, quid fecit, consulens vt saluae
fini res hereditariae, si forte ei non placuerit pro herede ge-
rere: appetit non videri pro herede gesſisse. proinde & si
fundos aut ædes locauit, velfulſit, vel quid aliud fecit, non
hoc animo, quasi pro herede gereret: sed dum ei qui substitu-
tus est, vel ab intellectato heres exstaturus, prospicit: aut res tem-
pore perituras distraxit: in ea causa est, vt pro herede non ges-
serit, quia non hoc animo fuerit. Si quid tamen quasi heres
petit, sed ex his que ad heredem extraneum non transeunt: vi-
deamus, an oneribus se inmerserit hereditariis. vtputa à li-
berto parentis operas petit:^e has heres extraneus petere non
potuit.^m hic tamen petendo consequi potest. & constat pro
herede eum non gesſisse: cum petitio earum etiam creditoribus
co^fpetat, & maximè futurarum. sed & qui in sepulchrū
hereditarium mortuum intulit, obligari paternis creditoribus
non est existimandus, vt Papinianus ait, que sententia hu-
manior est, licet Iulianus contra scripserit. Papinianus
scribit, filium heredem institutum, qui se bonis paternis ab-
stinuit, v Olgò putare quosdā, si à statulibero pecuniā accepit,
a creditoribus conueniendū: siue nummi peculiares fuerint,
siue non fuerint, quia ex defuncti voluntate accipitur, quod

^d Halōdēr cūm non
animaduertifēt hæc
plurim pietatis esse
in rīfūctū, legit
ram factū. Auguſto
libr. 4. c. 8.

^e Id est, funerande
officiū impletū: fe-
locutus est l. 2. de in-
iis voc. ignari lin-
gue latine homines
legērunt hæc busta.
Si iumenta heredita-
ria

^g at si non
^h aut quia

ⁱ sed & dum
k immiscuerit
l petit officiales,
qua^s
ui poterat,

condicionis implendæ causa datur. Julianus autem, & si non abstinuit, idem exitimauit. Ita demum autem pro herede gessi Se ait Papinianus, si solus heres sit. ceterum si coheredem habeat, & coheres adiit: non est cogendus, inquit, is qui accepit a statulibero, actiones creditorum suscipere, nam cum se filius abstinet, idem debet consequi iure prætorio, quod emancipatus consequitur, qui hereditatem repudiauit. quo facto statuliber filio nominatim pecuniam dare iustus, potuisse non heredi dando ad libertatem peruenire. itaque tunc pro herede geri dicendum esse ait, quotiens accipit quod citra non men sicut ius heredis accipere non poterat. Si sepulchribi violati filius ageret, quamvis hereditari; quia nihil ex bonis patris capit, non videtur bonis inmiscere. haec enim actio poenam & vindictam, quam rei per executionem continet.

XXI. IDEM libro septimo ad Sabinum[¶]

Si quis extraneus rem hereditariam quasi subripiens vel exceptans tenet, non pro herede gerit, nam admissum contraria voluntatem declarat. Interdum autem animus solus eum obstringet hereditati, utputa si re non hereditaria quasi heres vsus sit. sed ita demum pro herede gerendo adquiret hereditatem, si iam sit ei delata. ceterum ex quibus causis repudiantem nihil agere diximus, ex isdem causis nec pro herede gerendo quicquam agere sciendum est. Si quis partem ex qua institutus est ignorauit, Julianus scribit nihil ei nocere, quominus pro herede gereret. quod & Cassius probat, si conditionem, sub qua heres institutus est, non ignorat. si tamen extitit condicio, sub qua [substitutus] est. Quid tamen si ignorat conditionem extitisse? puto posse adire hereditatem, quemadmodum si ignoret, an coheredis, cui substitutus est, repudiatione portio ei delata fit.

XXII. PAVLVS[¶] libro secundo ad Sabinum[¶]

Sis, ad quem legitima hereditas pertinet, putauerit defunctum seruum suum esse, & quasi peculium eius naetus sit: placet non obligari eum hereditati. Idem ergo dicemus, ut ait Pomponius, si quasi libertini^b sui, cum ingenuus esset, bona eius occupauit, nam ut quis pro herede gerendo obstringat se hereditati, scire debet qua ex causa hereditas ad eum pertineat. veluti adgnatus proximus iusto testamento scriptus heres, antequam tabulae proferantur, cum existimaret intestato^c patrem familias mortuum, quamvis omnia pro domino fecerit, heres tamen non erit. Et idem iuris erit, si non iusto testamento scriptus heres, prolati tabulis, cum putaret iustum esse: quamvis omnia pro domino administraverit, hereditatem tamen non adquiret.

¶ & nos

b Hoc quoque ex Pa-
pinianus est. I. que si
Infrā, de se pul. sic.
c Ponam vislatis
sepulchri id Solone
imp. sic referit Cie-
lit. 2 de legibus.
d Id est, postea ordi-
nari persecutionē, ant-
non res persecutionē,
cadū iheres est ini-
tit huius legia.

e quidquam ager.
Sciendum est (vt Ju-
lianuſ ait) si quis
per me, &c.
f gerat.

h institutus

i liberti

k ab intestato

XXIIII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum!
In repudianda hereditate vel legato, certus esse debet de suo iure is qui repudiat.

XXIIII. VLPIANVS libro septimo ad Sabinum!
Fuit^a questionis, an pro herede gerere videatur, qui pretium hereditatis omittendae causa capit. & optimus, hunc pro herede quidem non gerere, qui ideo accepit, ne heres sit: in editum tamen pretoris incidere. siue igitur à subtituto non heres accepit, siue à legitimo: mortis causa accepisse videtur. Idemque erit, ^b & si non accepit: sed promissa sit i pecunia nam & stipulando mortis causa capit.

De hereditate adita à seruo aut filio: milias.

XXV. IDEM libro octavo ad Sabinum!

Si quis mihi bona fide seruitat seruus alienus iussu meo hereditatem adeundo nihil promouebit: nec ad quiret mihi. ^c **municipii**
 1 nec fructarius quidem seruus. Seruus municipii vel collegii vel decuriae heres institutus, manumisus, vel alienatus adibit hereditatem. Si fisci seruus sit, iussu procuratoris Cæsaris adibit hereditatem, vt est saepe rescriptum. Si quis planè seruus poenæ fuerit effectus, ad gladiū vel ad Ventias vel in metallum damnatus: si fuerit heres institutus, pro non scripto hoc habebitur. idque Diuus Pius rescripsit.

De iussu paterno.

3 **I**ussum^f eius, qui in potestate habet, non est simile^g tutoris auctoritati, que interponitur perfecto negotio. sed præcdere debet, vt Gaius Cassius libro^h secundo iuris ciuilis scribit. & putat vel per internuntium fieri posse, vel per epistulā.

Sed utrum generaliter **QVAE CVMQVE TIBI HEREDITAS EVERIT DELATA**, an specialiter? & magis placet, vt Gaius Cassius scribit, specialiter debere mandare.ⁱ An^k no minatim de viui hereditate mandari possit, queritur. sed ego non puto recipiendum, vt de viui hereditate mandetur. Planè si rumor fuit Lucium Titium decepisse, poterit ei mandare,^l vt si scripsit eum, madeat. aut si clasæ^m adhuc tabulae sunt,

4 & sit incertum an filius scriptus sit heres. Sed quid si mandauit vt hereditatem colligat: an videtur mandasse vt adeat quid si vt petat bonorum possessionemⁿ aut vt rem hereditarianam distrahat? aut quid si peritam bonorum possessionem ratam habuit, mox filius adeat hereditatem^o vel quid si pro herede gerere malavit, filius adiit hereditatem^p an iussu videatur adisse, dubitari potest. immo verius est, ex his omnibus additione esse introducndam. Pater filio ita scripsit, scilicet

FILI, QVOD PRO TVA PRUDENTIA INVICILABIS HEREDITATI DELATAE TIBI^o LVCII FIDELI. puto iussu patris adisse. quid si mandauit, si expere-

^a Consulgentia, p
qui omisso lassitate
hacce ligatio previs
mortis causa don. &
loq. de reg. in infido

^b Idem iuris erit,

^d De servis ponia
Carinus Rho lig. lib.
is le. ad antiqu. cap. 52
e hic habebitur,

^f Iussus
^g similis
^h libro scripto

ⁱ mandari
^k Sed ad

^l mandari,
^m cum heredem
ⁿ a clausis

^o Illicie Titio

DIT ADIRE, ADITO? SI PVTAS EXPEDIRE,
ADIRE ADITO? erit iussu aditum. Si coram Titio iussit
adire, si arbitrio Lucij Titij recte puto iussisse. Sed si manda-
uit quasi ex aſſe instituto, & inueniatur ex parte: non puto ex
iussu adisse, quod si ex parte iussit, potest ex aſſe adire. aliter
atque si mandauit quasi ab intestato, & ex testamento adiit.
nam non puto quicquam egisse. at si ex testamento manda-
uit, poterit & ab intestato: quoniam non fecit deteriorem con-
dicionem patris. Idemque & si quasi instituto praecepit, &
inueniatur substitutus, vel contra. sed si mandauit ut patris
adiret, sit autem & impuberi substitutus: non sufficit iuslum.
planè si sic mandauit, si qua ex testamento Lucij Titij defe-
ratur hereditas: potest defendi iuslum adisse. Sed si postea quam
iussit, parentitiam egit prius quam adiret: nihil agit adeun-
do. Iceni si se adrogandum dederit prius quam filius adiret,
non est adquisita hereditas.

xxvi. PAULVS libro secundo ad Sabinum

Sego & seruus meus, vel filius heres institutus sit: si iusle-
tro filio vel seruo adire, statim & ex mea institutione me
heredem esse Pomponius scribit. idem & Marcellus probat
& Julianus.

xxvii. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum

Neminem pro herede gerere posse viuo eo cuius in bonis
gerendum sit, Labeo ait.

xxviii. VLPIANVS libro octauo ad Sabinum

Aristo existimat, praetorem aditum facultatem facere de-
bere heredi, rationes defuncti ab eo petere, penes quem
depositi sunt, deliberanti de adeunda hereditate.

xxix. POMPONIVS libro tertio ad Sa-
binum

Qui heres institutus prohibeatur ab eo, qui vna institutus
iam hereditatem adiit, tabulas, litteras, rationes inspi-
cere mortui, vnde scire possit an sibi adeunda esset hereditas,
non videtur pro herede gerere.

De iussu paterno.

xxx. VLPIANVS libro octauo ad Sabinum

CVM quidam legationis causa absens filium heredem in-
stitutum non potuisset iubere adire in prouincia agentem,

Diuis Pius rescripsit cōſulibus, subuenire ei oportere mortuo
filio: eo quod reipublicæ causa aberat. Quod dicitur, PRO-

KIMVS A FILIO POSTVMO HERES, DVM MV-

LIER PRAEGNAS EST, AVT PVTATVR ESSE,

ADIRE HEREDITATEM NON POTEST: SED SI

SCIT NON ESSE PRAEGNATEM, POTEST: S

accipe proximus à ventre qui suum heredem paritus est.

¶ Et

• felices

• iussus

• iussus fit.

• finit:

• seruus meo

agente

g potest accipere.
Rellier cōf. Elst, ver-
ba min. hec accipe
proximus dicit, in-
terpretatio sunt invi-
confus. Itaque nō
iussus litteris scribi
non debent.

h effec:

Et hō solū ad tēstatos hāc verba, verū ad intestatos quoque perte[n]t. & in eo ventre idem accipias, qui legitimum vel consanguineum paritūs est. quoniam mortis tempore qui in vtero est, quantum ad morām faciendam inferioribus, & sibi locum faciendū si fuerit editus, pro iam nato habetur. **I**demq; & per bonorum possessionem edictalem. denique^a prætor ventrem mittit in possessionem. siue igitur putem prægnatēm, siue sit re vera prægnas, quæ eum paritura est qui suus heres futurus^b est: adire hereditatem non possum. quoniam^c in eo est, ut rumpatur testamentū, nisi si proponas ventrem institutum vel exheredatum.

a Denique, & por bonorum possesso nem talēm prætor ventrem mittit in possessionem.
b futurus esset
c & in eo

An ob partum nasciturum impediatur aditio.

- 2** **Q**uod dicitur si pvtet vir esse prægnas: sic accipiendum est, si dicat se prægnatēm. quid ergo si ipsa non dicat, sed neget: alij dicant prægnatēm esse? adhuc adiri hereditas non potest, finge obstetrices dicere. quid si ipse putat so*l*us? si iusta ratione ductus, non potest adire. si secundū mul*t*orum opinionem, potest. quid ergo si prægnas fuit, cum putaret heres non esse prægnatēm, & adiit: mox abortū factum est? procul dubio nihil eggerit. **T**otiens igitur ei sua professiōne proficit, quotiens concurrit cum veritate. sed & si ipsa mulier heres instituta sit, quæ se prægnatēm fingit, adeundo acquireret hereditatem. per contrarium non acquireret, si se putat prægnatēm, cum non sit. **S**uum heredem certum est ex assē heredem esse, et si putat esse prægnatēm mulierem quæ non est prægnas. **Q**uid si num in vtero habeat, an ex parte dimidia sit heres? siue institutum postumum proponas, siue intestatum patrem decessisse. quod & Sextum [Proponium] opinatum Tertullianus libro quarto quætionum refert. putasse enim, sicuti **cum** vacuo vtero suus ex assē heres est, ita **g** putat & cum vnum gerit, nec per naturam humanæ condicōnis alium partum formare potest, quod quidem post certum tempus conceptionis eueniet: ex parte dimidia & ignorantem forte heredem. nō ex quarta, ut Julianus putat. **S**cientia autem vel opinio, si filius familias vel seruus instituti sunt, vtrū ipso*r*um, an domini vel patris accipienda sit? finge patrem putasse prægnatēm, filium certum esse finge, & sic adire: an adquirat hereditatem? puto adquirere. sed contra, non adquirere. Si certus sum non esse falsum testamentum, vel irritum, vel ruptum, licet dicatur esse, possum adire hereditatem.

Ius accrescendi.

x x x i. P A V L V s Libro secundo ad Sabinum^d

HErēdi cum postumo instituto reliquæ partes ad crescunt quæ postumo datae sunt, si certum sit nō esse prægnatēm, licet heres ignoret.

An ignorantia, vel dubitatio impedit aditionem.

XXXII. V L P I A N V s libro octauo ad Sabinum[¶]

Heres institutus si putet testatorem viuere, quamuis iam defunctus sit: adire hereditatem non potest. sed & si scit se heredem institutū, sed utrum pure an sub condicione ignoret: non poterit adire hereditatem, licet pure heres institutus sit. &^a sub condicione, licet^b paruerit condicioni. Sed & si de condicione testatoris incertus sit, paterfamilias an filiusfamilias sit: non poterit adire hereditatem, et si eius condicione sit in veritate^c ut testari poterit.

^a vel sub
^b & paruerit

^c vt in veritate: hec
transpositio cili im-
muat sensum.

XXXIII. P A V L V s libro duodecimo ad Plautium[¶]

Q uoniam utroq; casu est ius adeundi, & in re est ut posse sit adire: dicendum est posse adire.

XXXIV. V L P I A N V s libro octauo ad Sabinum[¶]

Sed & si de sua condicione quis dubitet, an filiusfamilias sit: posse eum adquirere hereditatem iam dictum est. Cur autem, si suam ignoret condicione, adire potest: si testatoris, non potest[¶] illa ratio est, quod qui condicione testatoris ignorat, an valeat testamentum dubitat. qui de sua, de testamento certus est. Sed & si cum esset pure institutus, putauit^c sub condicione, & impleta condicione quam iniectam putauit adire: an possit adquirere hereditatem? consequens est dicere, posse eum adire. maximè cum hæc suspicio nihil ei offuerit, nec periculum adulterit. Facilius quis admittet, si quis pure institutus putabit se sub condicione institutū, condicioneq; impletam, quam in euentum putabat. nam in nullo hæc suspicio offuit.

Ius accrescendi.

XXXV. I D E M libro nono ad Sabinum[¶]

Si quis heres institutus ex parte, mox Titio substitutus, antequam ex causa substitutionis ei deferatur hereditas, pro herede gesserit: erit heres ex causa quoq; substitutionis. quoniam inuito quoq; ei ad crescere portio. idem dico, & si filiusfamilias vel seruus iussu domini vel patris adierint hereditatem, mox emancipatus vel manumissus ex causa substitutionis a-deant. erunt namque heredes. sunt enim appendices praecedentes institutionis. Si exclusus per condicione sibi datam pater filium iussit adire, dicendum erit, eum non quæsisse suam portionem. Sed si ex duobus filiis vnum iussiterit, debebit & alium filium iubere adire.

XXXVI. P O M P O N I V S libro tertio ad Sabinum[¶]

Si ex sua parte dominus vel pater adicerit: necessarium est ius sum, vt filius vel seruus coheredes adeant.

^a debeat.

^b Nec pertinet exemplum, quod diffuse tradit M. Cet. lib. 2. de Inven. Rhet. vbi confituationem nego. idem explicat,

xxxvii. IDEM libro quinto ad Sabinum^b

Heres in omne ius mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit. cum & ea quae in nominibus sint, ad heredem transfeant.

xxxviii. VLPIANVS libro quadragensimo tertio ad Edictum^b

Si duo sint necessarij^a heredes, quorum alter se abstinuit, alter posteaquam prior abstinuit immiscuit se: dicendum est, a necessarij. insti-
hunc non posse recusare quo minus tota onera hereditaria subeat. qui enim scit aut scire potuit, illo abstinenter se oneribus fore implicitum, ea condicione adire videtur.

xxxix. IDEM libro quadragensimo sexto ad Edictum^b

Quamdiu^b potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur. b Ex isti. de be. posses.

xli. IDEM libro quarto Disputationum^b

Quæ situm est, an licet quis paternæ hereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat, vel faciat: an creditoribus paternis cogatur respondere. vtputa si impuberi fuerit substitutus. in qua specie Julianus libro^c vicensimo sexto digestorum scripsit, incidere eum in edictum, si se immiscuerit impuberis hereditati. nam qui iudicū parentis oppugnauerit, non^d debet ex eadem hereditate quicquam consequi. Sed Marcellus eleganter distinguit, multum interesse, vtrum ex aste fuerit institutus^e in patris testamento, an ex parte. vt si ex parte, potuerit sine metu remota patris successione, impuberis hereditatem amplecti. c libro vicensimo quarto d eum non debere

De suo herede.

xlii. VLPIANVS libro vicensimo sexto Digestorum

Filius, qui se paterna hereditate abstinuit, si exhereditati fratris hereditati se immiscuerit, & pro herede gesserit: poterit ex substitutione hereditatem optinere.

xliii. VLPIANVS libro quarto Disputationum^b

IVLianus libro vicensimo sexto digestorum scripsit, si pupillus paterna hereditate se abstinisset, deinde ei aliquis heres extitisset: non esse eum compellendum creditoribus paternis respondere, nisi substitutus ei fuit. e suisser, inclinat enim in hoc, vt putet substitutum etiam patris onera subiturum. quæ sententia à Marcello recte notata est. impugnat enim utilitatem pupilli, qui ipse saltem potest habere successorem. metu enim onerum patris timidius quis etiam in puberis hereditatem adibit. alioquin, inquit, & si frater fuit, omissa causa testamenti, ab intestato possidebit hereditatem. & quidem impunè. nec enim videtur voluisse fraudare edictum, qui sibi prospicit

a fratre ne oneribus patris pupilli hereditas implicaretur. sed quod in
fratre scripsit, credo ita intellegendum, si non impuberis fra-
ter fuit, sed testatoris. ceterum utique si frater à patre fratri
substitutus impuberi sit: sine dubio necessarius heres existet.

a societate, Si in societatem, ^b quam viuo patre inchoauerat filius, post
mortem patris perseverauerit: Julianus recte distinguit, in-
teresse utrum rem coptam sub patre perficit, an nouam in-
choauit. nam si quid nouum in societatem inchoauit, non
viderid miscuisse hereditati patris scripsit. Si seruum pater-
num filius manumiserit, sine dubio miscuisse se paternae here-
ditati videbitur. Proponebatur filius à patre de castrensi pe-
culio seruos comparasse: eosq; à patre manumittere rogatus,
cum heres esset ab eo institutus. quarebatur, si se abstinuisse
paterna hereditate, eosq; manumisisset: an miscuisse se paternae
hereditati videatur. dicebamus, nisi euidenter quasi heres
manumiserit: non de vere eum calumniam pati, quas si mis-
cuerit hereditati.

X L I I I . I U L I A N U S libro trigensimo Digestorum!
Heres per seruum hereditarium eiusdem hereditatis par-
tem, vel id quod eiusdem hereditatis sit, adquirere non
potest.

Restitutio in integrum.

X L I I I I . I D E M libro quadragensimo septimo Di-
gestorum!

Quotiens pupillus patri heres extitit, & abstinet ^f se here-
ditate: quamuis patris bona sub creditoribus fiant, ta-
men rata haberi debent quaecumque pupillus bona fide gesse
rit. & ideo ei qui fundū tutorē auctore à pupillo emerit, luce-
currentum erit. nec interest pupillus soluendo sit, necne.

De seruo adeunte.

X L V . I D E M libro primo ad Urseium Ferocem!

A Ditio hereditatis non est in opera seruili. idcirco si seruus
dotalium seruo. recipera Vit. quamuis ea quae ex operis dotalium ^g adquirun-
tur, ad virum pertineant. Et cum quæstus & compendij so-
cetas initur, quidquid ex operis suis socius acquisierit, in me-
dium conferat. sibi autem quisq; hereditatem adquirit. Præ-
terea nec fruictarius quidem seruus iussu eius qui vsum fru-
ctum in eo habet, adire hereditatem poterit. Et quod à qui-
busdam respondet, si lib. rhomo qui bona fide mihi seruie-
bat, propter me heres institutus erit. posse cū iusu meo adire
hereditatem: potest verum esse, vt int. allegatur non opera sua
mihi adquirere, sed ex re mea. sicut in stipulando, & per tradi-
tionem accipiendo ex re mea mihi adquirat.

Dabitur

a fratre

a societate,

c societate
de miscuisse, se
im-miscuisse

e regatus esset,

f abstinet

Dubitatio impedit aditionem.

X L V I . A F R I C A N V S libro primo Quæstionum¹

CVm falso*m* testamentum diceretur, ^a si quidem ipse heres adiicitur, accusaretur; ^b quoniam certus esse debeat se falso*m* non b*o* accusatus fecisse, recte adibit hereditatem. sin autem aliis argueretur circa conscientiam eius, non potest adire: quasi dubitet verum esse testamentum.

Defurioso.

X L V I I . I D E M libro quarto Quæstionum¹

QVi seruum suum heredem institutum acire iusserat, prius quam ille adiret, furiosus est factus. negauit, recte seruum aditurum. quoniam non nisi voluntate domini adquiri hereditas potest. furiosi autem voluntas nulla est.

X L V I I I . P A V L V S libro primo Manualium¹

SI quis alicui mandauerit, vt si aestimauerit, peteret sibi bonorum possessionem: & postquam ille petit, furere coepit: nihilo minus adquisita est ei bonorum possessio. quod si antequam ille petat, is qui mandauit petendum, furere coepit: dicendum non est statim ei adquisitam bonorum possessionem. igitur bonorum possessionis petitio ratihabitione debet confirmari.

X L V I I I . A F R I C A N V S libro quarto Quæstionum¹

PVpillum etiam eo tutore auctore, qui tutelam non gerat, hereditatem adeundo obligari ait.

L . M O D E S T I N V S libro singulari de Eurematicis¹

SI perepistulam seruo pupilli tutor hereditatem adire iusse rit: si post i^ubscriptam^d epistulam tutor moriatur, antequam ex epistula seruus adiret: nemo dicturus est obligari propter pupillum hereditati.

Dubitatio.

L I . A F R I C A N V S libro quarto Quæstionum¹

EVm qui duobus testamentis eiusdem testatoris heres scribitur, cum dubitet num posterius falso*m* sit: ex neutro eo*m* posse adire hereditatem placet.

Forma iussus seruanda est.

Filius familias heres scriptus^c patrem suum certiore*m* fece*e* ^cinstitutus rat, videri sibi soluendo esse hereditatem. pater rescripsit, sibi parum idoneam renuntiari. itaq; debere eum diligentius explorare: & ita adire, si idoneam comperisset. filius acceptis litteris patris, adiicit hereditatem. dubitatum est, an recte adiicit. probabilius diceretur, ^f quamdiu persuasum ei no*n* sit soluendo esse hereditatem, patrem non obligasse. Sed & si quis ita dixerit: si SOLVENTO HEREDITAS EST, ANDO HEREDITATEM; nulla aditio est.

In suis

Iussus non necessarius.

a libet et
liberet

b suocudentiam

c accipit.

d iam tunc in for-
tes

e Marcellus

L I I I . M A R C I A N V S libro quarto Institutionum-
CVM heres institutus erat filius, & habebat patrem furio-
sum, in cuius erat potestate: interponere se suam beniuo-
lentiam^b Diuus Pius rescripsit. vt si filius familias adierit, per-
inde habeatur, atq; si pater familias adierit: permisitq; ei & ser-
uos hereditatis manumittere. Qui ex parte heres institutus
est purè, ex parte sub condicione solus: etiam pendente con-
dicione si adierit hereditatem, ex alia heres erit. quia solus he-
res futurus est omnimodo: nisi habeat in condicione partem
substitutum.

L I I I I . G A I V S libro quartodecimo ad Legem Ju-
liaam & Papiam^c

QVIC duabus partibus heres institutus fuerit, ex alia pu-
rè, ex alia sub condicione: & ex pura institutione adie-
rit, & deceperit, posteaq; condicio extiterit: ea quoq; pars ad
heredem eius pertinet. Qui semel aliqua ex parte heres ex-
titerit, deficientium partes etiam inuitus excipit.^d Id est tacite
ei deficientium partes etiam inuito ad crescunt.

L I I I I I . F L O R E N T I N V S libro octauo Institu-
tionum^e

Heres quandoq; adeundo hereditatem, iam tunc d à morte
successisse defuncto intellegitur.

Abstentio post aditionem.

L V . M A R C I A N V S libro secundo Regularum^f

CVM hereditate patris necessarius heres se abstineat, con-
dicio coheredi sue suo siue extraneo defertur: vt aut to-
tam adgnoscat, aut à toto recedat. & ita se abstinere potest
propter alium, qui per suam personam non poterat. si tamen
creditores dicant se conteneos esse eius portione, quia non po-
test exonerari, nisi deferatur condicio: & alterius parte absti-
nere se creditores debent, vt eius actiones ei qui conuenit
dentur.

L V I . V I P I A N V S libro quinquagesimo septimo
ad Edictum^g

habueret:

SI is qui immis uit se hereditati decessisset, deinde alter se
abstinet: eadem condicio defenda est heredi eius, quæ &
ipsi. quod Marcellus ait.

E suo herede.

L V I I . G A I V S libro vicensimo tertio ad Edictum
Prouinciale^h

NEcclariis heredibus non solum impueribus, sed etiam
pueribus abstinenti se ab hereditate proconsul potest
temfacit: ut quamvis creditoribus hereditariis iure ciuili te-
neantur,

neantur, tamen in eos auctio non detur, si velint derelinque-
re hereditatem. Sed impuberibus quidem etiam si se immis-
cuerint hereditati, praestat abstinenti facultatem. puberibus
autem ita, si se non immiscuerint, sed tamen & puberibus mi-
noribus vigintiquaque annis, si temere damno am heredita-
tem parentis appetierint, ex generali edicto, quod est de mi-
noribus vigintiquaque annis, succurrunt: cu & si extranei dam-
nos a: n hereditatem adierint, ex ea parte edicti in integrū eos
restituit.^b Seruus autem necessarius heredibus, siue puberes siue
impuberis sint, hoc non permittitur.

LVIII. PAULVS libro secundo Regularum

EX parte heres institutus seruus, & nondum adita heredi-
tate a coherede eius, liber & heres fit necessarius. quia non
a coherede, sed a scemeti pso accipit libertatem. nisi ita institu-
tus fuerit, CVM MIHI QVIS HERES ERIT, STI-
CHVS LIBER ET HERES ES FO.

De iure accrescendi.

LVIII. NERATIVS libro secundo Membra-
narum

Qui patri heres extitit, si idē filio impuberi substitutus est:
non potest hereditatem eius pretermittere. quod sic re-
cipiendum est: etiā si viuo pupillo mortuus erit, deinde pu-
pillus impubes deceperit. nam is qui heres extiterit, pupillo
quoque heres necessario erit. nam si ipsum inuitū obligat, con-
iungit eam paternā hereditati, & ad crescendi iure adquiri cui-
cumque patris heredi existimandum est.

De instituto, qui ab intestato petit.

LX. IAVOLENVS libro primo ex posterioribus
Labeonis

Filiū emancipatum pater solum heredem instituit. & si is
heres non esset, seruum liberum & heredem esse iusserat.
filius, tamquam pater demens fuisset, bonorum eius posse-
fitionem ab intestato petit: & ita hereditatem possedit. Labeo
ait, si probaretur sana mente pater testamentum fecisse: filii
ex testamento patri heredem esse. hoc falsum puto. nam filius
emancipatus cum hereditatem testamento datam ad se perti-
nere noluit, continuò ea ad substitutum heredem transfit. nec
potest videri pro herede gessisse, qui ut hereditatem omitteret,
ex alia parte edicti possessionem honorum petat. Paulus. Et
Proculus Labeonis sententiam improbat, & in Iauoleni sen-
tentia est.

In*s* accrescendi.

LXI. MACER libro primo de officio præsidis

Si minor annis posteaquam ex parte heres extitit, in integrū restitutus est: Diuus Seuerus constituit, ut eius partis
onus

a: reclinare.

& patrem.

e Verba Pauli sunt,
missa ad Labeonem
& Iausennum adji-
cuntur: quod ali igne-
rantes, albini im-
probant, & sunt.

f Si tamen relin-
qui restitutio me-
ritaria in pristinum sta-
tum reponit, & quod fe-
minar. & restitutio au-
tem de mino. (supr.)
pars acquisita a mi-
nore illi accrescit,
qua non accrescere,
si ab alio esse acqui-
sita, & quod de riu-
de riu- de riu-

fruc. aderit.
li annis virginis
quinque.

onus coheres suscipere non cogatur : sed bonorum possessio creditoribus detur.

Patens conditioni an videatur adire.

L X I I . I A V O L E N V S libro primo ex posterioribus Labeonis^b

Antistius Labeo ait, si sit institutus heres, s i I U R A V E R I T , HERES EST O : quamuis iurauerit, non tamen eum statim heredem futurum, antequam pro herede aliquid gesserit. quia iurando voluntate magis suam declarasce videatur. Ego puto, satis eum pro herede gessisse, si ut heres iurauerit. Proculius idem. eoque iure vtimur.

Iussus domini.

a Formatio alienus

Si seruus^a heres institutus, post iussum domini antequam adiret alienatus esset: nouum iussum posterioris domini, non iussum prioris exigitur.

De furioso.

L X I I I . I L I B R O singularium regularum Pomponij Marcellus notar^d

Furiosus adquirere sibi commodū hereditatis ex testamento non potest: nisi si necessarius patri aut domino heres existat, per alium autem adquiri ei potest: veluti per seruum, vel eum quem in potestate habet.

Desiruo instituto.

L X I I I I . I A V O L E N V S libro secundo ex posterioribus Labeonis^c

Seruuus duorum heres institutus, & adire iussus, si alterius domini iusu adierit, deinde manumissus fuerit: poterit ipse adeundo ex parte dimidia heres esse.

L X V . P A V L V S libro secundo ad Sabinum^e

Et si substitutum haberet idem seruus ita, s i H E R E S N O N E R I T , I L L E H E R E S E S T O Y substitutus locū non habet.

L X VI . V L P I A N V S libro sexagesimo primo ad Edictum^f

Si tertius communis vel vni ex dominis, vel pluribus, vel omnibus heres extiterit necessarius: nullius eorum hereditate se poterit abstinere.

Ius accrescendi.

L X V I I . I D E M libro primo Regularum^g

Seruuus communis ab extero heres institutus si iusu vnius adierit hereditatem: non pro maiore parte interim heredē eum facit, quam pro dominica, deinde ceteris sociis nō iubentibus, tacito iure partes ei ad Grescunt.^h

b Exist. de reb. an-
ther. in d. posti.

c Personae fermissima-
gia quam dominoru-
mū iusficit. quicquid
deinceps sup. de r. in
fruct. aduersi.

**LXVIII. P A V L V s libro quinto ad Legem Iuliam
& Papiam⁸**

CVM solus seruus heres institutus sit, sicut licet vno tempore omnium dominorū iussu adire hereditatem, ita & separatis temporibus singulorum iussu recte adit. ^a nā quia ^{a adibit} s̄apie adit, ^b non ex testamento, sed ex iure dominorum ve- ^{b id non eg}nire ^c utilitatis causa videtur. ne alterius festinatione alterius ^{c evenire} ius lēdatur.

Quando adeunda sit hereditas, aut repudianda.

**LXVIIII. V L P I A N V S libro sexagenimo ad
Edictum⁹**

QVAMDIU^d institutus admitti potest, substituto locus non ^{d Exit. quib. ea} can. in possesso. est. nec ante succedere potest, quā excluso herede instituto. eveniet igitur, vt necessarium sit remedium prætoris & circa denegandas primo actiones & circa præstituendū tempus substituto. quia intra diem primo præstitutum neq; adire hereditatem potest, neq; pro herede gerere. Is autem qui tertio gradu scriptus est, si primo deliberante secundus decedat: ipse potest succedere. ergo exspectamus in singulis, vt prius ^e prīusē deferatur hereditas. tunc deinde ^f posteaquam delata est, ^f demuin exspectatus diē præstitutum: intra quē ^g diem^h nisi aut aeat aut pro herede gerat, denegamus ei actiones.

**LXX. P A V L V s libro quinquagesimo septimo
ad Edictum⁹**

IN plurium heredum gradibus hoc seruandum est, vt sit testamentum proferatur, prius à scriptis incipiat: deinde transitus fiat ad eos, ad quos legitima hereditas pertinet: etiā si idem sit, ad quem utroque modo pertineat. nam hoc gradatim consequitur, vt prius ex testamento delatam, deinde legitimam repudiet. Idem iuris est in bonorum possessione, vt prius scriptus repellat bonorum possessionem: deinde is qui ab intestato petere potest. Si verò ei, ad quem legitima hereditas potest pertinere, condicio data sit: nihil constitueret potest de legitima antequam dies conditionis ^g transeat. & ideo ^g constitutionis. Rethaef Flor. dicendum est & in eo casu, si respondit neutram hereditatem ad se velle pertinere: bona defuncti à creditoribus possidenda sunt.

De seruo redempto ab hostibus.

**LXXI. V L P I A N V S libro sexagenimo primo ad
Edictum⁹**

SI seruum quis alienum ab hostibus redemerit, & heredem ^b Ex sit. de reb. eum cum libertate instituerit: magis puto fore eum liberum, & necessarium heredem. nam cum scribit ei libertatem, vinculo suo resoluit. & in hoc solū reddit ⁱ iure postliminij, ⁱ reddit vt non iterū seruus eius fiat, cuius erat antequā caperetur: hoc enim

enim satis impium est: sed h̄t̄ pristino domino suam aestimationem omnimodo offerat, vel maneat ei obligatus donec premium soluat, quod libertatis fauore introductum est. Si quis hac lege emptus sit, vt intra certum diem manumittatur, & cum libertate heres institutus sit: an ei succurrendum sit vt se abstinenceat, videamus. magisque est, vt donec dies non extiterit, * possit ei necessarius heres effici. & non possit se abstinere. si autē dies praeteritus fuerit, tunc non necessarius, sed voluntarius heres efficitur. & potest se abstinerre secundū exemplum eius, cui fideicommissaria libertas sub cōdicione debebatur. Si quis dederit nūmmos domino, vt manumittatur: puto huic omnimodo esse succurrendum.

De beneficio abstinenti.

Pr̄etor ait, si per evm eamve factū erit, q̄ v̄o q̄ vid̄ ex ea hereditate amo vere t̄vr. Si quis suus se dicit retinere hereditatem nolle, aliquid autem ex hereditate amouerit: abstinenti beneficium non habebit. Non dixit pr̄etor, si q̄ vid̄ amo berit, sed si per evm eamve factū erit, q̄ v̄o q̄ vid̄ ex ea amo vere t̄vr. siue ergo ipse amouerit, siue amouendum curauerit: editū locum habebit. Amouisse eum accipimus, qui quid celauerit, aut interuerterit, aut consumperit. Ait pr̄etor, q̄ v̄o q̄ vid̄ ex ea amo vere t̄vr: siue autem vna res siue plures fuerint amotæ, editio locus est. siue ex ea hereditate sint, siue ad eam hereditatem pertineant. Amouere non videtur, qui non callido animo nec maligno rem reposuit. ne is quidem qui in re errauit, dum putat non esse hereditariam. si b̄ igitur non animo amouendi, nec vt hereditati dampnum det, rem abstulit: sed dū putat non esse hereditariam: dicendum est, eum amouisse nō videri. Hæc verba editi ad eū pertinent, qui ante quid amo uit, deinde se abstinet. ceterum si ante se abstinuit, deinde tūc amouit: hic videamus an editio locus sit. magisque est, vt putem istic^d Sabini sententiam admittendam: scilicet vt furti potius actione creditoribus teneatur. etenim qui semel se abstinuit, quemadmodum ex post delicto obligatur!

Tempus statutum aditioni.

LXXII. P A V L V S libro primo ad Plautium^e

S I quis heres ita scriptus fuerit, vt intra certū tempus adeat hereditatem: & si nō ita adierit, aliis ei substituatur: prior autē heres antequā adiret deceperit: ne nō dubitat quin substitutus vltimum diem aditionis expectare non solet.^f

* extitit.

b signis igitur

c abstinentia.

d hic

e soleat.

Quid

Quid sit immiscere se hereditati.

LXXXIII. IDEM libro septimo ad Plautium[¶]

Si quis non quasi heres, sed quasi patroni filius egēs à liberto paterno ali velit: procul dubio hoc extra causam est immiscendi se bonis paternis. & ita recte Labeo scribit.

Enor.

LXXXIV. IDEM libro duodecimo ad

Plautium[¶]

Qui putat se decem dare iussum, cum quinque iussus sit: si decem dederit, fiet heres adeundo. at si quinque putet se iussum dare, cum decem dare iussus est, & dat quinq; non implet condicionem, sed ad aliquid proficit, vt si adimpleuerit reliquum: aliorum quinque datione videatur condicio esse impleta. Qui bona fide seruit, si quasi iussu domini adierit, non obligavitur. Similis est huic statuliber, qui iussus ab herede adire hereditatem, post condicionem libertatis existentem, cum hoc ignoraret, adiit. De eo, qui heres institutus ab aliquo dubitat an libertas ei ex testamento domini optigerit, cum nesciat condicionem libertatis extitisse, vel hereditatem aditam, an adeundo heres fiat, videndum. ^a Iulianus hunc dicet, ^b fieri heredem.

LXXXV. MARCELLVS libro nono Digestorum[¶]

Ex semisse Titius heres scriptus est. quadrantis bonorum possessionem per errorem pettit. quero, an nihil actum sit. an verò perinde omnia seruanda sint, ac si quadrans nominatus non sit. respondit, magis nihil actum esse. quemadmodum cum ex semisse scriptus heres, ex quadrante per errorem e quā adiit hereditatem.

LXXXVI. IAVOLENVS libro quarto Epistularum[¶]

Si tu ex parte sexta sub condicione institutus fuisses heres, & omissente partem suam Titio, cui substitutus eras, ex substitutione adiesses, deinde condicio iure sextantis extitisset: quero, an adire necesse habueris, ne sextans tuus intereat. respondit, nihil interest, vtrum ex substitutione prius adierit, ^d nihil interest, an ex prima institutione: cum ab utraque causa vna aditio sufficiat. sextans itaque qui sub condicionem datus mihi est, ad e conditionem me solum pertinet. Item si tu sextantis, ex quo institutus es heres, omiseris aditionem: numquid dubitas, quin ex substitutione adeundo, Titianæ partis habiturus partem esses? respondit, non dubito quin si prima institutione adeundo heres esse possim, in potestate mea sit, quam partem hereditatis aut amittere velim aut vindicare.

f o:mittere

Pars v.

5 h

Hereditas

H ereditas ex testamento & ab intestato simul repudiata.

LXXVII. P O M P O N I V S libro octauo ad Quintum
Mucium[¶]

Illud dubitari potest, ^aan si cum testamento heres institutus esse ab eo, qui etiam si intestatus decessisset, legitima hereditas eius ad me pertineret: an^a simul utramque hereditatem repudiare possim.^b quoniam antequam ex testamento hereditatem repudiari, legitima nondum ad me pertinet. verilim^c eodem^d momento intellegor^e & ex testamento & legitimam repudiare. sicuti si legitimam velim ad me pertinere, cum sciam testamento mihi relictam: videbor ante repudiare testamentum, & ita legitimam adquisisse.

Q uid sit pro herede se gerere.

I XXVIII. I D E M libro xxv. ad Quintum
Mucium[¶]

^f Alcibi. li. 4. p. 24.
videlicet.
^g & bona

^h debore
i imponeret.

Duō fratres fuerant: bona communia habuerant: eorum alter intestato mortuus suum heredem non reliquerat: frater qui supererat, solebat ei heres esse. consulebat, num ob eam rem, quod communibus, cum sciret eum mortuum esse, vsus esset, hereditati se alligasset. respondit, nisi eo consilio vsus esset, quod vellet se heredem esse: non adstringi. itaque cibere deoet,^h ne qua in re plus sua parte dominationem interponeret.ⁱ

H ereditas per alium acquisita.

LXXVIIII. V L P I A N V S libro secundo ad Legem
Iuliam & Papiam[¶]

Placet, quoties adquiritur per aliquem hereditas, vel quid aliud ei cuius quis in potestate est, certe adquiri ei cuius est in potestate. neque momento aliquo subsistere in persona eius, per quem adquiritur. & sic adquiri ei cui adquiritur.

H ereditas non acquiritur pro parte.

LXXX. P A V L V S libro quinto ad Legem Iuliam
& Papiam[¶]

^f mixtis
k omnes

SIsolus heres ex pluribus partibus fuero institutus, vnam partem omittere non possum. nec interest, in quibusdam habeam substitutum, necne. Idem puto etiam si aliis mixtus heredibus, ex pluribus partibus heres, institutus sim. quod & hic adeundo unam portionem, omnem adquiro, si tamen delatae sint. Item si seruus meus ex parte heres institutus sit pure, ex parte sub condicione, dato scilicet coherede: & iussu meo adierit: deinde eo manumisso condicio alterius portionis extiterit: verius est, non mihi esse adquisitam illam portionem, sed ipsum comitari. omnia enim paria permanere debent in idem puto, quo alterius portionis condicio extet, ut adquiratur ei, cui prior portio adquisita est. Ego quidem puto, & si adhuc in po-

in potestate sit, iterum adeundem esse, si condicio extiterit. & illud quod dicimus, semel adeundum, in eiusdem persona locum habet: non cum per alium adquirenda est hereditas.

a locum habere.

LXXXI. VLPIANVS libro tertio decimo ad Legem Iuliam & Papiam^b

TOtiens videtur heres institutus etiam in causa substitutionis adisse, quoties adquirere sibi possit. ^bnam si mortuus ^bpotuit. esset, ad heredem non transferret substitutionem.

Deseruo in instituto, cuius dominus capax non est.

LXXXII. TERENTIVS CLEMENTENS libro sexto decimo ad Legem Iuliam & Papiam^c

SI seruus eius qui capere non potest, heres^d instituatur: & ante quam iussu domini adeat hereditatem, manumissus alienatus^e sit, & nihil in fratre deum legi factum esset: ipse admittitur ad hereditatem. sed & si partem capere possit dominus eius, eadem dicenda sunt de parte quam ille capere non potest. nihil enim interest, de vniuerso queratur quod capere non possit, an de portione.

Ius accrescendi.

LXXXIII. VLPIANVS libro octauo decimo ad Legem Iuliam & Papiam^f

Si totam^g an partem, ex qua quis heres institutus est, tacite rogatus sit restituere: appareat nihil ei debere ad crescere, quia rem non videtur habere.

Partus nasciturus an impedit acquisitionem hereditatis.

LXXXIV. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæstionum^h

Ventreⁱ præterito, si filius qui fuit emancipatus, aut exter, heres institutus sit: quamdiu rumpi testamentum potest, non defertur ex testamento hereditas. sed si vacuo^k ventre mulier fuit,^l & incerto eo filius in familia retentus vita decepsit: heres fuisse intellegitur. emancipatus^m aut exter non aliter possunt hereditatem querere, quam si non esse prægnatum sciant. ergo si vespere pleno sit mulier, nonne iniquum erit,ⁿ interea defunctum filium heredi suo relinquere nihil? & ideo decreto filio succurrentum est. quia siue frater ei nascatur, siue non nascatur, patri heres futurus est. eadem que^o ratio facit, ut o eadem emancipato quoque subueniri debeat, qui alterutro casu rem omnimodo habiturus est.

De metu.

LXXXV. IDEMP libro trigensimo Quæstionum^p

Si metus causa adcat aliquis hereditatem, fiet ut quia iniustus heres existat, detur abstinentia facultas.

sibi facultas.

5 h ij Impedi-

c Tercilianus

d Etiamsi hereditatis, vel portionis illius dominus non sit capax, non defensit tamen cum eo esse testamenti factio. ergo l. debitor. q. vnde de leg. 2 infra. Vigil. ad §. seruus autem, de hereditate. Instituio. et §. in extraneis de her. qua. & differ. e factum sit: f capere tantum

g totam hereditatem. aut partem. sequere Fla. & interpretare an, pro eam: vni voces usurparunt autem Sex. Pomp.

h Alt. li. 3. parerg. c. 12. i exteris heres k vacuo l fuerit,

m emancipatus vero aut exterius

n erit dicere.

p Liboleus

Impeditus adire propter instanti absentiam, si decebat interim, ins per-
tendi restitutionem ad adeundum suo heredi relinquit.

LXXXVI. IDEM libro sexto Responsorum[¶]

^a Pantonius
^b Alc.li.7. parerg.
^c ap.18.

^e competebar,

^d libris

^e in integrum

^f admittendum

^g In hunc locum vi-
de Orat. Cice. pro
C.Rabi. perduellio-
nus reo.
h placuit,

ⁱ possessione

^k Eum demum
l videtur:

PAnnōnius^a Auitus^b cum in Cilicia procuraret, heres institutus, ante vita decesserat quām heredem se institutum cognosceret. quia bonorū possessionem, quam procurator eius petierat, heredes Auiti ratam habere non potuerant: ex persona defuncti restitutionem in integrum implorabant. quae stricto iure non competit,^c quia intra diem additionis ABitus obiisse. Diuum tamen Pium contra constituisse, Mæcianus libro^d quæstionū refert in eo qui legationis causa Romæ erat. & filiū qui matris delatam possessionem absens amiserat, sine respectu eius distinctionis restitutionē^e {locū} habere. quod & hic humanitatis gratia optinendū est. Reipерduellionis^f hereditatē, suspensa cognitione filius emancipatus, cui de patris innocentia liquet, potest querere. Pro herede gessisse filium placet,^g qui moriēs, comperto matrem suam intestato vita decessisse, codicillis petit ab herede suo, ut maternorum bonorum seruum manumitteret, ac sibi parētibusque suis in possessionem^h matris monumentum extrueret.

Immiscere quis dicatur.

LXXXVII. IDEM libro decimo Responsorum[¶]

EVm^k bonis patris se miscere conuenit, qui remoto familiæ vinculo pro herede gerere videretur.^l & ideo filius, qui tamquam ex bonis matris, cuius hereditatem suscepit, agrum ad hereditatem patris pertinentem ut maternū ignorans possedit, abstinendi consilium, quod in bonis patris tenuit, amissus non videtur. Pupillis, quos placuit oneribus hereditariis esse liberandos, confusas actiones restitui oportet.

Quid sit gerere pro herede.

LXXXVIII. P A V L V s libro primo Quæstionum[¶]

GErat pro herede, qui animo adgnoscit successionem, licet nihil attingat hereditariū. vnde & si domum pignori datam sicut hereditariam retinuit, cuius possessio qualisqualis fuit in hereditate: pro herede gerere videtur. idemque est & si alienam rem ut hereditariam possedisset.

LXXXIX. S C A E V O L A libro tertio decimo

Quæstionum[¶]

^m est ei
ⁿ conueniantur.
^o procuratorem.
^p deciver est Elor. nam
curator datus pupille
ad adeundam hered-
ditatem non sufficit,
sed tutor necessarius
est, cum in una inf.
de appell. & Vlp. in
reliquis Inflit. tit.
de tute. Dua. 2.
disput. cap. 27. quem
vide.
^q postea constat.

Si pupillus se hereditate abstineat, succurrendum est^m & fiduciisribus ab eo datis, si ex hereditario contractu conuenirentur.ⁿ

LXXX. P A V L V s libro duodecimo Responsorum
respondit[¶]

Per curatorem^o hereditatē adquiri non posse. Idem respondit, si iussu aui nepos patris, qui de castrensi peculio testamen-

testamentum fecit, hereditatem adisset: adquisisse ei ea de quibus pater testari potest. quia castrensia esse mutatione persona defierint.^a

^a defierunt.

Abstentio fraudulenta.

LXXXII. IDEM libro quintodecimo Responsum respondit^b

Siis qui bonis paternis se abstinuit, per suppositam personam emptoris bona patris mercatus probatur: ^b perinde ^b probetur: eum conueniri oportere à creditoribus, atque si bonis paternis se inmiscuisset.

Nepos adit iussu aui.

LXXXIII. IDEM libro septuaginta Responsum^c

Filius familias duxit vxorem: ea filii sublatis intestata decevit: filii iussu patris non aui adierūt hereditatem. quārō an aui adquisita sit hereditas. Paulus respondit, secundū ea quā proponuntur, ^c nihil actum esse.

^c proponerentur.

De iussu.

LXXXIV. IDEM libro tertio Sententiarum.

Pater quotiens filio mandat adire, certus esse debet, ^d an ^e pro parte, an ex aſſe: & ^f an ^g lex institutione, an ex substitutione: & ^f an ^h testamento, an ab intestato filius eius heres existat.

Mutus pater vel dominus, filio vel seruo heredibus institutis, magis est ut si intellectu nō careat, nutu iubere possit adire hereditatem. vt ei iure eius commodum queri possit. quod facile ^d explicari possit ^e scientia litterarum. ^f Mutus ^d facilis ^e poterit ^f Vide l.3. inf. de ^g accus. & m. Dus. l.1. ^h disput. ca. 3.

LXXXV. HERMogenianus libro tertio

Iuris Epitomarumⁱ

Qui superstitionis bona repudiat, post mortem eius adire hereditatem, item bonorum possessionem petere non prohibetur.

LXXXVI. PAULVS libro quarto Sententiarum^j

Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest: & alio quoquis indicio voluntatis.

Aditio facta per errorem.

LXXXVII. HERMogenianus libro tertio

Iuris Epitomarum^k

Qui se pupillum falso existimans, cum esset pubes, pro herede gesit: quo minus heres exilat, nihil error talis ei nocebit.

LXXXVIII. PAULVS libro tertio Decretorum

Clodius Clodianus facto prius testamento, postea eun- ^g Cladius dūm heredē in alio testamento inutiliter facto instituerat.

§ h iii scriptus

scriptus heres cum posterius putaret valere, ex eo hereditatem adire voluit. sed postea hoc inutile repertum est. Papinianus putabat, repudiasse eum ex priore hereditatem, ex posteriore autem non posse adire. dicebam, non repudiare eum qui putaret posterius valere. pronuntiauit Clodianum intentatum deceſſisse.

Post abstentionem cohæredum alius se implicans uniuersæ hereditati uniuersis oneribus tenetur.

LXXXVIII. SCAEVOLA libro vicensimo sexto.

Digestorum

a Hū verbis Pau-
lus sententiam Pa-
piniani (ad quem no-
tas eum scripto fecer-
tus est) reprehēdit.
Vigil ad S. ex eccl. sit.
quib. mo. testa. in-
firm. Inſtit.

b Coniunge l. 50. de
ſtilio.

c condemnati

d cum iisdem vnu-
ris

e gesserat:

f abſtinuerunt,

g Frontonianis:
al. Frontinianis
h alteraque paternah
hereditate ab-
ſineret,
i eſſet:
k Secundum
l acceſſerat.

m Quemadmodū
testamenta

Quae neptis ſuā nomine, quam ex Seia habebat, Sempronio tot dotis nomine ſpoondērat, & pro vſuris in exhibitionem certam ſummam ptaſtabat, deceſſit relictā Seia filia, & aliis hereditibus: cum quibus Sempronius iudicio egit. condemnatiq; pro portionibus hereditariis ſinguli heredes, inter quos & Seia, Sempronio cauerunt ſummam, qua quisque condemnedatus erat, vſuris iisdem quae ad exhibitionē à teſtatrice ptaſtabantur. poſtea excepta Seia filia, ceteri heredes abſtinuerunt hereditate beneficio principis: & tota hereditas ad Seiam pertinere ccepit. quero, an in Seiam, que ſuā heres remansit, & omnia ut ſola heres egerat: pro eorum quoque portionibus, qui beneficio principali hereditate abſtinuerint, vtilis actio dari debeat. reſpondit, pro parte eorū qui iſe abſtinuerint, actiones ſolere decerni in eam quae adiſſet, & maluifet integra hereditaria onera ſubire.

In eum, qui poſt abstentionem unius onuia bona vindicat, dantur actiones integre.

LXXXVIII. POMPONIVS libro primo Sena-
tusconsultorum

A Risto in decretis Frontianis ita refert: cum duæ filiae patris necessariae heredes extiſſent, altera ſe paterna abſtinuerat hereditate, altera bona paterna vindicaret, totumque onus ſuſcipere parata erat: Sanctum Casium prætorē, cauſa cognita actiones hereditarias vtileſ daturum, recte pollicitum ei quae ad hereditatē patris accederat. Denegaturumque ei quae ſe abſtinuerat.

TESTAMENTA M Q V E M A D M O D U M A P E R I A N-
T V R I N S P I C I A N T V R E T D E S C R I-
B A N T V R T I T . III .

GAIUS libro ſeptimodecimo ad Edictum Provinciale

n Coniunge l. de illo.
de transſec.
o inspicend. de-
terior eſt illi.

OMNIBVS, "quicumque desiderant tabulas testamēti inspicere vel etiā deſcribere, despiciēdi deſcribendique potestatem facturum ſe prætor pollicetur. quod vel ſuo vel alieno nomine deſideranti tribuere eū, manifestū eſt.

Ratio

Ratio autem huius edicti manifesta est. neq; enim sine iudice transfigi, neque apud iudicem exquiri veritas de his controversiis, quæ ex testamento profici sceretur, aliter potest, quām proficiuntur, inspectis cognitisq; verbis testamenti. Si quis ^a neget ligilum suum agnoscere, non ideo quidem minus aperiuntur tabulae, sed ^b alijs suspectæ fiunt. ^c licet vel, si alijs dicitur

III. VLPIANVS LIBRO QUINQUAGENSI MO AD EDICTUM¹

TAbularum testamenti instrumentum non est vnius hominis, hoc est heredis: sed vniuersorum quibus quid illic adscriptum est. quin potius ^e publicum est instrumentum. ^{e prius}

Testamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum est. sed abusive testamenta ea quoq; appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta. itemque in Perfecta solemus testamenta dicere. ad causam autem testamenti pertinere videtur id quodcumq; quasi ad testamentū factum sit, in quacumque materia fuerit scriptum, quod contineat supremam voluntatem. & tam principales, quām secundæ tabulae f est,

2 edicto continentur. Si plura sint testamenta, quæ quis ex- hiberi desideret: vniuersorum ei facultas facienda est. Sidu- bitetur, vtrum viuat, an deceperit is, cuius quis quod ad cau- sam testamenti pertinet, inspici, describiq; postulat: dicendum est, prætorem causa cognita statuere id debere. vt si liquerit eum viuire, & non permittat inspici tabulas. & vt ^h ipsam scri- pturam quis inspiciat, & ⁱ sigilla, & quid aliud ex tabulis velit Florent. ^h ne si ipsam i Vel suggillet, ali- sigillat. Acc. legiti- giller, quo nihil est absurdius, sequere

specare. Inspectio tabularum etiam lectionem earum indi- I desiderandi

4 cat. Diem autem & consulem tabularū non patitur prætor ad præcitem possessor

describi vel inspici. idcirco, ne quid falsi fiat. namq; etiam in- sum, si ea habere con-

5 spectio materiam falso fabricando instruere potest. Vtrum ficietur, ab ipso præto-

rum, siue habere con- autem incontinenti potestatem inspiciendi vel describendi iu- bere. Si nihil cause-

bet: ^k an desiderant tempus dabit ad exhibitionem? & magis tur quam brem eas exhibere nō debeat

6 est, vt dari debeat secundum locorum angustias seu prolixita- fieret eas se habere

tes. Si quis non negans apud se tabulas esse, non patiatur neget, aut aliquid al-

leget cur eas exhibe-

re non oporteat, præ- tor aduersus eum nihil

de preferendia tabu- lari interdicto, iudicin-

dat, qui detor negoti- at, eet, nō prætor causa-

IPsi tamen heredi vindicatio tabularum, sicut ceterarum he-reditiarum rerum competit. & ob id ad exhibendum quoq; priuatenon ipse co-

gnoscere, sed ad iudi- cem priuatum litiga-

tores remittere sole- bat. Theo. Inst. de in-

CVm ab initio aperiendæ sint tabulae, prætoris id officium diff. tensis inter hoc

scere. editiū & editiū de tabulis exhibendis.

Duar. 2. diff. ca. 34.

v. P A Y L V s libro octauo ad Plautium¹

V El negare se signasse. publicè enim expedit, suprema hominum iudicia exitum habere.

vi. V L P I A N V s libro quinquagensimo ad Edictum¹

S Ed si maior pars signatorum fuerit inueta, poterit ipsis interuenientibus resignari testamentum & recitari.

vii. G A I V s libro septimo ad Edictum Prouinciale¹

S Ed si quis ex signatoribus aberit, mitti debent tabulae testamenti vbi ipse sit, vti adgnoscatur. nam reuocari eum adgnoscendi causa onerosum est. quippe saepe cum magna captione à rebus nostris retiocamur.^a & sit iniquum, damnosum cuique esse officium suum. nec ad rem pertinet, unus absit, an omnes, & si forte omnibus absentibus causa aliqua aperire ^b tabulas vrgueat; debet proconsul curare, vt interuenientibus optimae opinionis viris aperiantur. & post descriptum & recognitum factum, ab hisdem, quibus interuenientibus apertæ sunt, ob-signentur: tunc deinde eò mittantur, vbi ipsi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua.

viii. V L P I A N V s libro quinquagensimo ad Edictum¹

^a auocamus: & est

^b aperiti

^c suprascriptum,

P Vpillares tabulas, etiam si non fuerit superscriptum^c ne aperirentur, attamen si seorsum eas signatas testator reliquerit, prætor eas aperiri, nisi causa cognita, non patietur.

viii. P A Y L V s libro quadragensimo quinto ad Edictum¹

S I mulier ventris nomine in possessione sit, aperiendæ sunt secundæ tabulae, vt sciatur cui demandata sit curatio.

x. V L P I A N V s libro tertiodecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

^d compareant, quia perdita sunt, vel si existerint;

^e est & si

S I in duobus exemplariis scriptum sit testamentum, alterutro patefacto aperte tabulae sunt. Si sui natura tabulae patetfactæ sunt, apertum videri testamentum non dubitatur. non enim quaremus à quo aperiantur. Si tabulae non comparent,^d vel existæ sint: futurum est, vt subuenire legatariis debat. idem est: si subpresliter* vel* occultæ sint.

x. G A I V s libro undecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

Sicut codicilli pars intelleguntur testamenti, ita secundæ tabulae principalium tabularum partem optincentur.

xii. V L P I A N V s libro tertiodecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

^f exemplum: exemplo eius quidem

S I quis fecerit testamentum & exemplum^f eius: exemplo quidem aperto, nondum apertum est testamentum. quod si authenticum patefactum, est totum apertum.

SI QVIS OMISSA CAVSA TESTAMENTI
AB INTESTATO VEL ALIO MODO
POSSIDEAT HEREDITATEM
TIT. IIII.

Interpretatio edicti prætorij.

V L P I A N V S libro quinquagesimo ad Edictum

PRAETOR voluntates defunctorum tuetur. & eorum calliditati occurrit, qui omisla causa testamenti ab intestato hereditatem partemve eius possident: ad hoc ut eos circumueniat, quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si non ab intestato possideretur hereditas. & in eos actionem pollicetur. Et parui refert, vtrum quis per semetipsum, an per alium adquirere potuit hereditatem. nam quomodo cumque potuit, si non adquisit hereditatem: in ea causa est, vt incidat in edictu prætoris. Prætermittere autem causam testamenti videtur, qui cum posset^a iubere, noluit id facere. quid ergo si seruus eius, cum iuberetur adire hereditatem, dicto audiens non fuit? sed compellendus est seruus hoc facere. ideoq; dominus ab intestato veniens incidit in edictum. sin autem nec certioratus est dominus a seruo, & postea ipse ab intestato possedit hereditatem: non debet incidere in edictum, nisi si fingit ignorantiam. Si proponatur idem & institutus & subtilitus, & prætermiserit institutionem: an incidat in edictum queritur. & non puto incidere. quasi testator hanc ei dederit facultatem, qui eum substituit. Prætermittere^b est causam testamenti, si quis repudiauerit hereditatem. Qui sunt in possessione, statim heredes sunt ex testamento. nec quod se abstinerre possunt, quicquam facit. quod si postea^c miscuerunt, ex testamento videntur heredes, nisi si abstinuerint quidem sitem. verum ab intestato petierint bonorum possessionem. hic enim incident in edictum. Qui sub condicione institutus heres potuit parere condicioni, nec paruit, cum codicilium talis sit, vt in arbitrio sit heredis instituti: deinceps ab intestato possideat hereditatem: debebit edicto teneri. quia eiusmodi condicilio pro pura debet haberi. Non querimus, qui prætermisla causa testamenti ab intestato hereditatem possideant, vtrum iure legitimo possideant, an non.^d nam quoquo iure possideant hereditatem vel partem eius, conueniri ex edicto poterunt. vtiq; si non ex alia causa possideant. vtputa si quis omisit quidem hereditatem, sed ex causa fideicommissi possidet, missus in possessionem fideicommissorum seruandorum causa. vel si proponas eum crediti seruandi causa venisse in possessionem. nam nec ex hac causa legatariis responderet cogetur. Totiens igitur edictum prætoris locum habet,

^b Prætermittere causam testamenti est,

^c se immiscuerint,

^d possident,
^e an non, vel parte eius, an non.

bit, quotiens aut quasi heres legitimus possidet, aut quia bonorum possessionem accipit ab intestato, aut si forte quasi prædo possideat hereditatem, fingens sibi aliquem titulum ab intestato possessionis. quocumque enim modo hereditatem lucrifactorus quis sit, legata præstabit. Sanè interueniente cautione **E V I C T A H E R E D I T A T E L E G A T A** **R E D D I**, et si non possideat quis hereditatem, dolo autem malo fecerit quo minus possideat: eueniet ut perinde teneatur, atq; si hereditatem adisset. Dolo autem malo fecisse videatur quo minus possideat, qui ad alium transtulit possessionem per fraudem, ut legatarij ceteriq; qui quid in testamento acceperunt, careant his quæ sibi relicta sunt. Sanè quæstio- 6
a videretur
b dimitteret,
c Conicebat, qui pre-
dictio de mortis causa, ds-
mali, fuit questione,
de acqui. heredi, cum
alij.
d prætermisserit

Licit^c pro herede gerere non videatur qui pretio accepto prætermisit^d hereditatem: tamen dandam in eum actionem exemplio eius qui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatem, Diuus Hadrianus rescrispsit. proinde legatariis & fideicommissariis tenebitur. sed utrum ab eo erit incipiendum, & sic ad heredem veniendum: an conuertemus ordinem? mihi videtur humaniores hæc sententia, ut postessor hereditatis prior exutiatur. maximè si lucratuam habet possessionem.

III. P O M P O N I U S libro tertio ad Sabinum¹

Si pecuniam à substituto acceperis, ut prætermitteres, isque adierit: an danda sit legatariis actio, dubitari potest. & puto si ipse quoque prætermiserit, & quod lege ad se rediret, post fidebit^e hereditatem: in utrumque vestrum dandam. ut ei tamen, cui ab utroq; legatum sit, in alterutrum detur actio.

IV. V L P I A N U S libro quinquagesimo ad E- dictum¹

Si quis pecuniam non accepit, simpliciter autem omisit causam testamenti, dum vult præstitum ei qui substitutus est, vel legitimo: numquid locus non sit edicto? planè indignandum est, circumuentam voluntatem defuncti. & ideo si liquido constiterit, in necem legatariorum hoc factum: quamuis non pecunia accepta, sed nimia gratia collata: dicendum erit locum

locum esse vtili actioni aduersus eum qui possidet hereditatem. & recte dicetur, ybi cumque quis, dum vult præstitum ei qui se repudiantem venturus est, non repudiaturus nisi præstitum veleret, & maximè si ob euertenda iudicia id fecit: ibi dicendum est aduersus possessorem competere actionem. sic tamen, vt ybi quidem pecunia accepta repudiauit: ibi dicamus eum qui omisit conueniendum. ybi verò gratis, in fraudem tam eorum quibus quid relatum est: possessorem debere conueniri vtili actione. Quamquā de heredibus institutis ^a vi- deatur prætor loqui, attamen etiam ad alios hæc res serpet. ^b vt ^b serpit si sit legatarius, à quo fideicommissum relatum est: & hic id ^c egerit, egisset, ^c vt omittatur hereditas doloq; id fecit: conueniri debet. Si quis vendiderit hereditatem, vtique possidere videatur. non ^d dolo fecisse, quo minus possideat.

^a instituendis^b serpit^c egerit^d nisi dolo fecisset,

v. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum!

Excusatus videtur patronus, qui institutionem prætermisit, cum aliter esset à liberto scriptus heres, quām eum institui oportet. nam & si seruus eius ex aste institutus fuerit, & per quemcumque casum non potuerit iussu domini adire hereditatem, impunè prætermittet ex testamento hereditatem.

De voluntate testatoris.

vi. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Edictum

QVIA autem is qui ab intestato possidet hereditatem, conueniri potest, si omittit causam testamenti: quæsum est, si quasi ex voluntate testatoris videatur omisisse, an cogatur præstare. vtputa fratrem suum scripsit heredem, & codicillos fecit ab intestato: petitque ^f à fratre, vt si legitima hereditas ad eum pertinuerit, fideicommissa præstaret quibusdam. si igitur omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem, videendum est an legatariis cogatur respondere. & Iulianus libro trigensimo ^h primo digestorum scribit, cōgendum primū legata præstare: mox dimissis legatis ⁱ si quid superfuerit ex dodrante, tunc fideicommissa cogi præstare. certum si legata adsument dodrantē, tunc nihil fideicommissariis præstandum. habere enim integrum quadrantem legatum heredem oportet. ordo igitur à Iuliano adhibetur, vt prius legata præstentur: deinde ex superfluo fideicommissa. dūmodo quadrans nō tangatur. ego puto Iuliani sententiam ita accipiendā, vt si omissa causa testamenti ab intestato possideat hereditatem: cogatur omnimodo legata præstare, nec enim vtique omittere ei hereditatem permisit, qui fideicommissa ab eo relinquuntur ab intestato. Planè si nominatiū id ei permisit, dice-

^f prætoris
^g petitque
^h libro vicesimo
ⁱ sexto
^j legatariis

dicemus non eum incidere in edictum, quia *vſus* est facultate ea, quam ei testator concessit, quod si non ei concessit specialiter testator omittere, is ordo erit sequendus, quem Julianus ostendit. quid deinde dicemus, si idem & ex testamento legata & fideicomissa ab intestato fuerint relictæ, & præterea aliis fideicomissa? an ordinem illum debeamus facere, quæ Julianus monstrat: an verò contribuemus omnes fideicommissarios, quasi æquales? & magis est, vt ita distinguamus: multum interesse, vtrum incidit in edictum heres, an non. nā si incidit, præferendi erunt hi quibus testamento relicta fuerunt quædam. sin verò non incidit, quia hæc fuit testatoris voluntas, vt daret ei facultatem & ab intestato succedendi, vel quia alia causa intercessit, quæ secundum ea quæ supra scripta sunt, non offendit edictum: dicendum est contribui fideicomissa debere, quasi exæquata. Nō simpliciter autē prætor pollicitus est se daturum actionem: sed causa cognita. nā siue inuenierit testatorem huius rei auctorem esse ipsumque permisisse ab intestato succedere, aut si qua alia iusta causa omittendi interuenerit: vriue non dabit actionem in eum legatorum. Item si inuenierit bona ad alium pertinere, non dabit actionem. si verò nullus suspicio collusionis religionem prætoris instruxerit. Si autem is cui auferri hereditas potest, aliquid possideat^b de hereditate, & possidere desierit sine доло malo: magis est vt definat cōueniri. quod ergo tempus specta viimus, possideat, nécne^c litis contestata tempus spectari debet. Certè si vacantia bona quis possederit, & quadriennium præterierit: indubitate^c conueniri poterit ex hac parte edicti. quia & omisit causam testamenti, & quia ab intestato possedit. & quidem sic, vt præscriptione quadriennij tutus sit.

Si patronus ex debita sibi portione heres scriptus, dato sibi coherede, ex alia parte omiserit institutionem, quia debita pars eius erat exauusta: omiserit & coheres: deinde possideat patronus ab intestato legitimam hereditatem totam: dandam in eum legatorum actionem Celsus libro sextodecimo digestorum ait, quæ in Titioni competenteret. sufficeret que^d patrono, quod integrum debitam sibi portionem habeat. hæc autem ita sunt, si coheres collusit cum patrono. alter enim non esse patronum cogendum legata præstare. neque enim interdictum est, vt quis omittat hereditatem, si sine fraude id fiat. Hoc edictum etiam ad cōtra tabulas bonorū possessionem pertinere, magis dicendū est. scilicet vt qui accipiendo cōtra tabulas bonorū possessionē liberis parentibusq; legata præstaret: si omiserit eam bonorum possessionem, & ab intestato possideat hereditatem: cogatur ea præstare, quæ præstaret, si contra tabulas^e bonorum^f possessionē accepit.^e

Si li-

* modò

^b posidebat

^c indubitanter

^d sufficeretque

^e accepisset.

5 Silibertas sub condicione fuerit data, si decem de-
derit, & omisſa causa testamenti fuerit: non aliter libertas
competet, quam si condicione paritum sit.

VII. MARCELLVS libro duodecimo Dige-
storum¹

Q Vidam Titium & Maeuium instituit heredes, & centum
Titio legauit. vterque omisſo testamēto, legitimā adiit
hereditatem . non probē legatorum actionem Titius postu-
lauit. idem, ^{a idem est,} si vtrique legasset.

De conditione.

VIII. VLPIANVS libro quinquagensimo ad
Edictum¹

Si quis sub condicione dandorum decem , vel qua alia quæ
in dando vel in faciendo fuit, heres institutus, omisſa causa
testamenti ab intestato possideat hereditatem : videndum est
an huic, in cuius persona cōdicio collata est, subueniri debeat,
& magis est ne subueniatur. neque enim legatarius est.

VIII. PAVLV S libro quadragensimo quinto ad
Edictum¹

S Ed & si adhuc parendi condicione tempus habeat, hac par-
t Edicti non tenetur.

X. VLPIANVS libro quinquagensimo ad Edictum¹

Si non solus, sed cum alio possidet hereditatem is qui omis-
ſit causam testamēti, rectissimè Julianus ait, quod & Mar-
cellus probat, dandam in ipsum quoque legatorum actionē
vtilem. nec enim aspernari debet, obesse sibi factū heredi-
cripti, cui etiam profuerit. hoc autem ita est, nisi si pecuniam ac-
cepit is qui omisſit causam testamenti . tunc enim in solidum
tenebitur. Cum substitutis * ab institutis * legata fuissent
relicta, & tam instituti quā substituti omisſa causa testamen-
ti possideant ^b ab intestato hereditatem : Diuus Pius rescri-
pit, neque improbē neque imprudenter ^c institutos legata re-
cusare substitutis data. rectē enim recusant ^d in se dari legato-
rum, fideiē commissorum petitionem substituto , cui liberū
fuit adeundi hereditatem, non fideicommissum petere, sed vni-
uersa bona optinere. Si duo sint heredes, institutus & sub-
stitutus, & ambo omisſa causa testamenti ab intestato possi-
deant hereditatem: quæſtionis est, an ambo cogantur legata
præstare. & vtrum vnuſquisq, ea legata quæ à ſe relicta sunt,
an verò ambo vtraque legata cogantur præstare. ego puto in
solidum aduersus singulos legatorum petitionem dandam.
Sed vtrum eorum quæ à ſe legata sunt , an verò etiam eorum
quæ ab altero herede, videamus. & aliās ^e proponamus insti-
tutū ſolum possidere hereditatem: eorū legatorū quæ ſunt à
ſe relicta, an etiam eorū quæ ſunt à substituto relicta, actionē
patie-

^b possiderent
^c impudenter
^d recusare

^e sed & aliter 6
proponamus

patietur? dicendum est, ita demum etiā eorum: si dolo substituti perueniat ad institutos hereditas sine pecunia. nam si pecuniam accepit substitutus, ipse erit conueniendus. Item si solus substitutus possideret, si quidē pecunia accepta institutus omisiſſerat: dicemus^a institutū suis legatariis respondere debere, substitutum suis. Si autē sine pecunia, aduersus substitutū dabimus^b actionem. nunc^c cum ambo possideant, melius dicetur, singulos suis legatariis respondere debere.

x i. I A V O L E N V S libro septimo Epistularum^d

SI ab instituto & substituto eadem res mihi legata sit, & omissa causa testamenti hereditatem possideant lege: etiā si ab utroque *herede* solidum mihi debetur, tamen ab uno legatum consecutus, ab altero petere non potero. eligere itaq;
reum potero.

x ii. V L P I A N V S libro quinquagesimo ad Edictum^e

DE libertatibus quoque in hoc casu quæſitum est, an competant tam hæc quæ ab instituto, quam hæc quæ à substituto datae sunt. & magis est ut competant, tam directæ quam fideicommissariæ.

Contra heredem.

Heredem eius, qui omissa causa testamenti ab intestato possidet hereditatē, in solidum legatorum actione teneri constat. magis est enim, rei perfecutionē, quam poenam contineare. & ideo & perpetuam esse. hoc autem ita est, nisi propter dolum defuncti conueniatur heres. tunc enim in id quod ad eum peruenit conueniretur.^f

x iii. G A I V S libro septimodecimo ad Edictum
provinciale^g

ET si non totam aliquis hereditatem, partemve eius ex qua heres institutus est, ab intestato possideat: sed vel minimam portiunculam, vel etiam unam aliquam rem: tenetur hoc edicto.

x iv. I D E M libro secundo de testamentis ad Edictum prætoris urbani^h

QUAMVIS non propriè pars hereditatis in una re intellegatur.

x v. I D E M libro septimodecimo ad Edictum provincialeⁱ

NEC id iniquum est: cum ex suo quisque vitiōf hoc incommodo adſiciatur.

x vi. I D E M libro secundo de testamentis ad Edictum prætoris urbani^j

CVM enim hereditas ab eo quoque peti possit, qui unam aliquam rem hereditario nomine possideat: dubitari non oportet, quin verum sit quod diximus.

An ha-

^a diceremus^b deremus
^c nunc autem^d conuenietur,^e Nec quidem
^f In hanc sententiam
Arifalib. 5. Ethic. c. 11.

An heres cogatur adire.

XVII. IDEM libro septimodecimo ad Edictum prouinciale¹

Si quis omisla causa testamenti omnino eam hereditatem non posideat: excluduntur legatarij, nam liberum cuique esse debet, etiam lucrosam hereditatem omittere, licet eo modo legata libertatesque intercidunt. sed in fideicommissariis hereditatibus id probisum est, ut si scriptus heres nolle adire hereditatem: iussu prætoris adeat, & restituat. quod beneficium his quibus singulæ res per fidicommissum relictæ sint, ^a*nō* ^a sunt, magis tributum est, quam legatariis.

XVIII. IDEM libro secundo de testamentis ad Edictum prætoris urbani¹

Sii duo heredes instituti, ambo^b omisla causa testamenti ab intestato possideant hereditatem: tunc quia vterq; prætorio iure perinde habetur, atque si ex testamento hereditatem adisset: pro partibus in singulos competit actio. Admonendi sumus huic, in quem ex hac parte edicti legatorum actio datur, beneficium legis Falcidiæ concedendum.

XIX. IDEM libro septimodecimo ad Edictum prouinciale¹

Præterea patrono quoque, qui ex asse heres institutus est, si ab intestato possederit^c hereditatem: commodum partis ^b possidat debitæ, quod habiturus foret si ex testamento adisset hereditatem, saluum ^b ei debet esse.

XX. VLPIANVS libro quarto Disputationum¹

Si eadem res diuersis personis ab instituto & substituto fuerit relicta: non vterque, sed qui ab instituto accepit, solus vindicavit.

XXI. IVLIANVS libro vicensimo *septimo* Digestorum¹

Si filius meus à matre sua heres scriptus fuerit, & ego testamenti causa omisla bonorum possessionem eiusdem filij nomine petiero: actio legatorum in me dari debebit, nō secus ac si ipse heres scriptus omisla causa testamenti bonorum possessionem ab intestato accepisset.

XXII. IDEM libro trigensimo primo Digestorum¹

Si in testamento ita scriptum fuerit, **TITIVS HERES ESTO. SI TITIVS HERES ERIT, MAEVIVS HERES ESTO:** & Titius omisla causa testamenti hereditatem legitimam possederit: Maevio aduersus eum petitio hereditatis dari non debet pro parte quam habiturus esset, si testamenti causa omisla non fuisset. Cum enim omisso testamento hereditas possidetur, legatorum quidem & libertatiū ratio

ratio habenda est, quia aliter quam ab herede dari non potuerunt. hereditatis vero, qua ita data est, rationem habere praetor non debet. sua enim culpa testator sub hac condicione hereditatis partem dedit, quam potuit pure dare. Quare et si ita scriptum fuisset, **TITIVS^a HERES ESTO, QVIS QVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIIS HERES ERIT, STICHVS LIBER, HERES QVE ESTO:** & Titius omisso testamento hereditatem possideat, libertatem praetor Stichi tueri non debet: nec hereditatis petitionem ei dare. Si quis hoc modo testamentum scriperit, **TITIVS HERES ESTO. SI TITIVS HERES NON ERIT, MAEVIVS HERES ESTO. QVIS QVIS MIHI EX SVPRASCRIPTIIS HERES ERIT, MAEVIO, SI MIHI HERES NON ERIT, CENTVM DATO:** deinde Titius omisso testamento legitimam hereditatem possideat: an Maevio, cuius in potestate fuit, ut ex substitutione adeundo totam hereditatem haberet, legatorum actio dari debeat, queritur. & placet dari. quia nihil prohibet Maevium iustam causam habuisse, propter quam nolle negotiis hereditariis implicari.

XXIII. VLPIANVS libro quadragesimo sexto
ad Edictum^b

b Ex istorende te-
glio mi.

c confess:

SI^b filius qui mansit in patris potestate, item filia heredes instituti, praeterito fratre emancipato qui contra tabulas accipere possessionem potuit, ut intestati patris possessionem acceperint: legata omnibus praestabunt. nec filia dotem suam fratri conferet: **c**um vt scripta videatur hereditatem habere.

An pupillus teneatur.

XXIV. PAULVS libro sexagensimo ad Edictum.

SI dolo tutoris omiscerit pupillus causam testamenti, & legitimam hereditatem possideat: dada est legatorum actio in pupillum. sed eatenus, quatenus hereditas ei adquisita est. quid enim si cum alio possideat hereditatem? sed hoc & in eo qui pubes est, plerique putant obseruandum: ut pro qua parte possideat, teneatur. quavis praetor perinde in eum det actionem, atque si adflet hereditatem.

XXV. CELSUS libro sextodecimo Digestorum

Cui seruus ipsius substitutus est, seruum suum adire iussit. si idcirco fecit, ne legata praestaret, vtraque praestabit: & qua heres est, & qua omissa causa testamenti possidet ex substitutione hereditatem. salua Falcidia ei seruata.

XXVI. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæstionum^d

d De hoc dicendis ge-
ture Aug. liz. emere-
c. c. cuius ignoramus
funt qui hic legant,
& quia heres est, &
qua.

IUlianus scribit, patre qui filiam si vi substitutam iussit adire hereditatem, legata quæ ab ipso data sunt, ex sententia edicti praesta-

præstaturum. quoniam filia patri substituitur^a in casu: non ut arbitrium eligendi relinquatur. Sed si varia legata supra do- drantem data sint, eorum prius rationem habendam quæ à filia relicta sunt. nō enim caret^b dolo pater,^c qui honore pro- prio omisso, propter compendium alienam institutionē ma- luit. denique si filiæ pater substitutus adiith ereditatem, nihil eum dolo facere Julianus existimat. quia nemo filiæ patrem contra votum parentium substituere videtur: sed ut arbitrium eligendi relinquat.

XXVII. IDEM libro sexto Responso- rum^d

Mater secundis tabulis impuberi filio substituta, locum edicto facit, si omisso testamento legitimam hereditatē filij possideat. idem iuris erit; & si filio heres data sit, & sub- stituta. In sententiā edicti propter legatorum causam fra- ter incidisse non videbatur,^d qui filium suū substitutum im- puberi testamento fratri non emancipauit: sed ab intestato per eum* bona* possidere cœpit.

Contra possessorem.

- 2** In eum, qui testamento scriptus heres non fuit, si fraudis consilio cum heredibus scriptis participato legitimam here- ditatem solus possideat: actio legatorum ex sententia præto- ris dabitur.

Fideicommissaria hereditas.

XXVIII. MAECIANS libro quarto Fideicom- missorum^e

Si serum heredem institutum^f dominus, qui ipse rogatus fuerat fideicommissum præstare, prius quam adire iuberet vendiderit: præstare id debet. cum per pretium serui heredita- tis quoque estimationem consequatur. Institutus heres, & rogatus restituere hereditatem, si omissa causa testamenti legitimam hereditatem possideat: non dubiè ut legata ceteraque fideicomissa, ita hereditatem quoque restituere compel lendus est. libertates quoque tam directas quam fideicom- missarias. sed^g si alienos seruos rogatus sit manumittere, vti- que redimere eos debebit. eam^h autem decessione patietur is cui restituta fuerit hereditas, quam is qui ei restituerit pa- surus fuit.

XXIX. VLPIANVS libro quinto Fideicom- missorumⁱ

Qui omisca causa testamenti ab intestato possidet heredi- tam, seruos ad libertatem perducere debet. ne eis fa- etum noceat eius qui ex testamento adire noluit. sicutamen, vt habeat libertos.

^a substituare^b carere^c patrem,^d videbitur,^f sed & si

^g Hac inuersa pote-
ta aliis libris, legi-
turque hoc pecto: ea
autem decessione,
quam is qui resti-
tut, pauperus tunc
patetur is, cui re-
stituta fuerit, ha-
reditas.

Contra quem possessorem.

XXX. HERMogenianus libro tertio Iuris
epitomarum

Qui omisla causa testamenti, pro emptore vel pro dote vel pro donato sive alio quolibet titulo, exceptis pro herede, & pro possessore, possideat hereditatem: a legatariis & fideicommissariis non conuicitur.

a Syllaniano

DE SENATVS CONSULTO SILANIANO^a ET
CLAUDIANO QVORVM TESTAMENTA
NE^b APERIANTVR TIT. V.

b nec

Occiso domino questio habbitur, & supplicium sumitur de seruis, hisi opem ei tulerint.

VLPIANVS libro quinquagensimo ad Edictum

CVM aliter nulla domus tutu esse possit, nisi periculis capitum sui custodiā dominis tam ab domesticis quam ab extraneis præstare serui cogantur, ideo senatus consulta introducta sunt de publica quaestione à familia necatorum habenda. Domini appellatione continetur qui habet proprietatem, et si viusfructus alienus fit. Qui seruum bona fide possedit, domini appellatione non continetur, nec qui viusfructum solum habuit. Seruus pignori datus, quod attinet ad debitoris necem, per omnia perinde habetur, atque si pignori datus non esset. Serui appellatione etiam hic continentur, qui sub condicione legati sunt. nam mediò tempore heredis sunt, nec quod condicio existens efficit ut desinante esse heridis, facit ne videantur interim eius esse. Idemque erit c fideicommissaria dicendum in statulibero. Sed in eo cui fideicommissa libertas purè debetur, exstat rescriptum Diui Pij ad Iubentium Sabinum: quo ostenditur non esse festinandum ad tormenta eius cui fideicomissa libertas debetur. & magis est, ne puniatur ob hoc quod sub eisdem tecto fuit, nisi particeps sceleris fuerit. Domini appellatione etiam pro parte domini contineri dicendum est. Domini appellatione & filiusfamilias certique liberi, qui in potestate sunt, continetur. senatusconsultum enim Silanianum non solum ad patresfamilias, verum ad liberos quoque pertinet. Quid deinde dicimus, si liberi non sint in potestate? Marcellus libro^d duodecimo digestorum dubitat, ego puto pleniū accipendum, vt etiā ad eos liberos pertineat, qui in potestate non sunt. in eo, qui est in adoptionem datus, non putamus locum habere senatusconsultum, quamuis in adoptato locum habet. sed nec in alumno occiso locus est senatusconsulto. De matris seruis, filio filiāve occisis quaestio non habebitur. Si pater ab hosti-

d libro decimo

e in eo autem,

hostibus captus sit, quaestione de seruis habendam & supplicium filio occiso, eleganter Scæuola ait: quod etiam post mortem patris probat, si antequam ei suus heres existat, occisus sus fuerit. Idem Scæuola ait constantius defendendum, herede instituto filio, de his quaestione habendam & supplicium, qui pure legati vel manumissi sunt ante aditam hereditatem filio occiso. quamvis enim si viueret, herede eo existente ipsius non essent futuri: attamen ubi decessit, qua^a extinctum legatum & libertas est, senatus consulto fore locum dicit. Si pater necatus sit, an de seruis filij quaestio habeatur, si forte castrensis^b peculio seruos habuit? & magis est, quaestione de seruis filij habendam, suppliciumque sumendum, licet non sit in potestate filius: Si vir aut vxor occisi esse proponantur, de seruis eorum quaestio habetur. quamquam^c neque viri serui propriè vxoris dicantur, neque vxoris propriè viri. sed quia commixta familia est,^d & una domus est: ita vindicandum^d atque in propriis seruis, senatus censuit. Sed neque vxore occisa neque marito, de seruis socii quaestione habendum, senatus censuit. Marcellus autem libro duodecimo digestorum etiam in socii seruis idem quod in mariti recte dixit.^e Occi- f qui auxilium
forum appellatione eos contineri Labeo scribit, qui per vim aut cædem sunt interfecti: ut puta iugulatum, strangulatum, præcipitatum, vel saxo, vel fuste vel lapide percussum, vel quo alio telo necatum. Quid si quis, puta, veneno, vel etiam quo alio quod clam necate soleat, interemptus sit: ad hoc senatus consultum vindicta mortis eius non pertinebit. hoc idcirco, quia totiens puniendi sunt serui quia auxiliū domino non tulerunt: quotiens potuerunt ei aduersus vim opem ferre, & non tuletunt. ceterum quid potuerunt facere adiecis eos, qui veneno vel quo alio more insidiantur? Planè si venenum per vim infusum sit, senatus consultum locum habet. vbi cumque igitur vis adhibita est quæ interemere solet, ibi dicendum est locum senatus consulto fore. Quid ergo si doctinus veneno, non per vim necatus esse proponatur? impunitum erit factum? nullo modo. licet enim cessat senatus consultum Silaniatum, nec quaestio suppliciumque de his qui sub eodem tecto fuerunt habeatur: tamen si qui cōscii vel factores sceleris fuerunt, hi deinceps supplicio adficiuntur. & adiri hereditas, aperiri que tabulae etiā ante quaestionem habitat possunt: Si sibi manus quis intulit, senatus consulto quidem Silaniano locutus non est, sed mors eius vindicatur. scilicet ut si in conspectu seruorum hoc fecit, potueruntque cum in se saeuitem prohibere: pœna adficiatur. si verò non potuerūt, libarentur. Si quis non metu criminis imminetis, sed tedium vita, vel in patientia doloris sibi manus intulit, eius testamentū aperiri & recitari

mortis casus non impedit. Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionē. liquere igitur debet, scelere interemptum, ut senatus consulto locus sit. quæstionem autem sic accipire us, non tormeta tantum, sed omnem inquisitionem & defensionem mortis.

a derelictionem

Hoc autem senatus consultum eos quidem, qui sub eodem 13 tecto fuerunt, omnimodo puniri eos verò qui non sub eodem tecto, sed in eadem regione, non aliter nisi consciū fuisse. eadem autem tecto qualiter accipiatur, videamus: utrum intra eosdem parietes, an & ultra. intra eandem diētam, vel cubiculum, vel eandem domum, vel eosdem hortos, vel totam villam. & ait Sextus sic esse saepi iudicatum: ut quicumque eo loci fuerunt, unde vocem exaudire potuerunt, hi puniantur: quasi sub eodem tecto fuerunt. licet alij validioris vocis, alij exiguioris sunt, nec omnes vnde exaudiendi possunt. iuxta hoc tamen videtur & Diuus Hadrianus rescriptile in hac verba. Serui quotiens dominis suis auxilium ferre possunt, non debent saluti eorum suam anteponere. potuisse autem ancillam, quæ in eodem conclave cum domina sua fuerat, auxiliū rei ferre, si non corpore suo, at certè voce plorantem, ut hi qui in domo fuerant, aut vicini audirent. hoc ipsum manifestum est, quod dixit percussorem si vivi mortem minatum si proclamasset. ultimum utique supplicium pati debet vel hoc, ne ceteri serui credant, in periculo dominorum sibi quemque consulere debere. Hoc rescriptum multa continet, nam ei non 14 parcit, qui eodem conclave fuit. & ei qui timuit mori, non ignoscit. & quod vel voce oporteat seruos dominis auxilium ferre, ostendit. Si quis in villa agens occisus sit: plus quam 15 iniquum est, si forte diffusa latè prædia habeat, de omnibus, qui in ea regione fuerint, seruis & quæstionem haberi & supplicium sumi. sufficit ergo eos, qui cum ipso qui occisus dicuntur fuerunt, & quis suspicione cædis, aut conscientia attingi videbuntur, de his quæstionem haberi. Cum dominus in 16 itinere esset occisus, de his qui vna cum eo fuerunt cum occideretur, vel cum vna fuissent, profugerunt, supplicium sumendum est. quod si cum domino nemo fuit cum occideretur, cessant ista senatus cōsulta. Impubes seruus, vel ancilla nondum viripotens, non in eadem causa erunt. ætas enim excusationem meretur. Impuberi autem utrum in supplicio tantum parcimus, an verò etiam in quæstione? & magis est, ut de 17 18

b regione fuerunt
c ultra vel etiam

d Memoriabilia in
hanc sententiā exempli
pli referri Valer.
Max. lib. 6, cap. 8. de
fide seruorum erga
domines.
e ei
f est ex eo,
g v. 1 in hoc: 1.1.
vel huc.

h sufficiet ergo in
eos,

i est occisus,

k Sunt qui falsa le-
gē, editis gratia, vel
autem dicitis gratia,
accipiendo, id est,
perfundendo. Cōde-
functorie. Aug. lib. 2.
cap. 2.

impuberi nec quæstio habeatur. & aliás solet hoc in usu obseruari, ut impuberes non torqueantur. terreri tantum solent, & habent vel ferula cædi. Excusantur autem serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo. nam si finxit se quis auxilium ferre, vel dicitur gratia tulit; nihil hoc commentum ei proderit.

Tulisse

Tulisse autem auxilium non tantum is videtur, qui seruauit dominum, hoc est, qui potuit ita opem ferre ut saluus esset dominus: verdm is quoque, qui quidquid potuit fecit, tametsi dominus imperfectus est. veluti si quis clamauit^a vt ad auxiliū conueniret: aut terruit ad gressores. atque si quis turbam conuocauit: ^b aut si corpus suum o*Vie*cit: vel alias corpore suo auxilium tulit. Non tamen semper qui clamore vsus est, auxilium talis videtur, quid enim sic cum posset manu depellere à domino periculum, ille clamorem inanem elegit?
 20 plectendus utique erit. Quid si vulnerati sint serui, cum protegerent dominum? dicendum est parci eis debere, nisi si aut ipsi sibi vulnera ista fecerunt data opera, ne punirentur: au Talia vulnera isti acceperunt, ut possent nihilo minus opē ferre, si voluissent. Si dominus mortifere vulneratus superuixerit, nec de quoquam seruorum suorum conquestus sit: etiam si sub eodem tecto fuerunt, tamen parcendum illis erit.

II. CALLISTRATUS libro quinto de cognitio-
nibus¹

DIUS MARCUS COMMODUS PISONI rescripsit in hæc verba.
 Cum constiterit apud te Piso carissime, Iulium Dona-
 tu*m* posteaquam conterritus aduentu latronum profugerat
 villam suam, vulneratum esse, mox testamento facto purgas-
 se officium seruorum suorum: nec pietas pro seruis nec solli-
 citudo heredis optinere debet, ut ad pœnam vocetur quos
 absoluit dominus ipse.

III. VLPIANVS libro quinquagesimo ad
Edictum

Si quis in graui valetudine affectus opem domino ferre ^c ingrauescente non potuerit, ^d subueniendum est ei. Si quis moriens di-
 xisset, à seruo vim mortis allatam esse sibi: dicendum est, non
 esse credendum domino, si moriens hoc dixit: nisi potuerit &
 probari. Si maritus vxorem noctu intra cubiculum secum ^e etiā compobari,
 cubant necauerit, vel vxor maritum: serui pœna senatus con-
 sulti liberabuntur. Sed si exaudient, & opem non tulissent:
 plectendi erunt, non tantum si proprij essent mulieris: sed etiā
 si mariti. Si tamen maritus in adulterio depræhēsam occidat:
 quia ignoscitur ei, dicendum est non tantum mariti, sed
 etiam vxoris seruos liberandos, si iustum dolorem exse-
 quenti domino non restiterunt. Si cum omnes domini
 adgressuram paterentur, vni seruus opem tulit: an sit excus-
 andus, an vero quia omnibus non tulit plectendus? & magis
 est, ut si quidem omnibus ferre potuit, quamvis quibusdā tu-
 lit, supplicio adficiendū. Si vero simul omnibus non potuit, ^f opem tulerit,
 excusandum, quia quibusdā opem tulerit. Nam illud durum
 est dicere, si cum duobus auxiliū ferre nō possit, elegit^g alteri ^{eligit} elegat

a marito domino

b clusi

c clausi

d quisquam

e estimationem

f vindicasse. Vide
Ang. lib. 1. clement. 9.
ex quo apparet re-
tins hīc log: indi-
casse, quām vindi-
casse: Ex cōsideringe L.
127. de veris signis.

g de seruis

h perinde atque de

i quam quō quis
qua: dēterior est Flo.

esse auxilio: electione crimen eum contraxisse. quare & si ser-
uus mulieris marito^a domine magis auxilio fuit, quam domi-
næ, vel contra: dicendum est ignosci ei debere. Subueniuntur
eis qui eo tempore, quo dominus dominavē occisa est, clausi
ita fuerunt sine dolo malo, vt erumpere succurrendi causa, aut
comprehendendi eos qui cædem fecerint, non potuerint, nec
interest, à quo clausi^c continebūtur. sic tamen, si non data ope-
ra voluerint se ita includi, ne opem ferre possint. Clusos acci-
pere debemus, & si sunt vinciti. si tamen ita vinclati, vt omnino
erumpere vincula, & auxilio esse non potuerunt. Ignosci-
tur etiam his qui aetate defecti sunt. Surdus quoque inter in-
Vecillos numerandus est, aut inter eos qui sub eodem techo
non sunt, quia vt illi per spatiū, ita hic per morbum nihil
audit. Cæcus quoque veniam mereri debet. Mutum simili
modo excipimus. sed ibi, vbi vocis tantum auxiliū superfuit,
Furiosos excipi nequaquam dubium est.

De receptatoribus seruorum,

Si quis d^d quenam^e eorum seruum seruamve ex ea familia,
que eius facinoris noxius erit, receperit vel celauerit sciens
dolo malo: in ea causa est, ac si lege, quæ de scicariis lata est, fa-
cinoris noxius fuerit. Si ex stipulatu seruus debeatur, & 7
cædem domini arguerit, & prothoclopræmio liber esse iussus
sit: ex stipulatu actio stipulatori non datur, nam & si sup-
plicio affectus fuisset, non daretur. quod si sub eodem techo
non fuit, ex stipulatu actio in estimatione^f serui utilis erit
creditori.

Premium serui, qui indicavit vel arguit necem de-
functi libertas.

Vtrum autem is solus videatur indicasse vel arguisse, qui 8
ad hoc profilit ultro: an etiam is qui cum accusaretur, ipse de-
tor sit in alium crimē & magis est, vt ille hoc præmio dignus
sit, qui ultro ad accusationem profilit. Hi quoque, qui non 9
potuerunt alias ad libertatem peruenire, utputati si hac lege di-
stractus erat quis, ne manu mitteretur, poterunt propter hoc
quod in communē vtile est, ad libertatem peruenire.

De libertis etiam questio habetur.

De his quoque seruis, qui testamento manumissi sunt, 10
perinde atque^g seruis supplicium sumendum est. De his qui
antequam testamentum occisi occisaevē aperiretut profu-
gissent; posteaque aperto testamento liberi scripti inueni-
rentur, perinde^h ac si de seruis quaestio habenda, suppi-
liciumque sumendum est, nam est equissimum, ultioni do-
minorum non obstante indulgentiam ipsorum. quam quis-
que pleniorem esset expertus, eo grauiorem sceleri suo pœ-
nam merebitur.

Edictum pretoris.

11. **Quod ad causam testamenti pertinens^a relictum erit ab eo,** ^{a pertinet, si quod}
qui occisus esse dicetur: id ne quis sciens dolo malo aperien-
dum, recitandum, describendumq; curet, edicto cauetur, prius
quam de ea^b familia quæstio ex senatusconsulto habita, sup-
pliciumq; de noxiis sumptum fuerit. Aperire autem hic il-
le videtur, qui naturaliter aperit: siue sint signatae siue non sint
legatae, ^{b eius} sed tantum naturaliter clausæ. Aperire accipere de-
bemus prohibitos nos, vel palam, vel publicè, vel secreto, o-
mnis enim apertura prohibita est. Si quis ignoras occisum,
aperuerit: non debet hoc edicto teneri. & si sciens, non tamen
dolo aperuit, æquè non tenebitur: si forte per imperitiam vel
per rusticitatem ignarus edicti prætoris vel senatusconsulti
aperuit.^d Si quis tabulas quidem non aperuit naturaliter,
linum autē inciderit, excusatus erit, quia dolo caret qui ipsas
tabulas non aperuit. Si autem non totum testamentum, sed
pars eius aperta sit: dicendum est, in edictū incidente eum qui
aperuit, parui enim refert, utrum totum, an pars^e aperiatur.
15. Si quis codicillos aperuerit, testamentum non aperuerit:
in edictum incidit, nam & codicilli ad causam testameti per-
tinent. item siue iure valeat id quod apertum est, siue non va-
leat: attamen edicto locus est. Eadē seruantur & de his que
ad causam substitutionis pertinent, si pupillus pupillave occi-
sus occisive esse dicetur. Si alius aperuit, alius recitatuit, a-
lius descripsierit: omnes in edictum incident, qui singula eorum
fecerunt. Non tantum ex testamento, sed etiam ab intestato
hereditas ad hoc edictum pertinet: ut ne quis adeat, bono-
rum in possessionem petat, antequam quæstio de familia ha-
beatur. ne heres propter compendium suum familie facinus
occultaret. Eleganter Sceuola ait, ut quis ad heredem suum
utiles actiones trahimat, si forte ante aditionem decepsit ex-
ploratum esse debere, idcirco eum non adire quod senatuscon-
sulto edictoq; terreatur. Si condicioni intra die ex mortis
præstitutum parere iussi ignorantia non paruerunt: si idcir-
co ignoratum est, quia metu senatusconsulti aperiri tabulae
non potuerunt: succurritur eis ad implendam condicionem.
21. Si^h & aliud impedimentum sit de non adeunda hereditate,
vel aperiendarum tabularum: siⁱ & senatusconsulti: nihil pro-
desse impedimentum senatusconsulti, si & aliud^k fuit. veluti
si prægnas vxor occisifuit, vel etiam putabatur. & propterea
adire hereditatem institutus non potuerit.

IIII. PAPINIANVS libro sexto Responsorum!

Qui postumos^l heredes instituerat, non natis postumi^m posthumum here-
demⁿ vxorem secundo loco scripsit heredem. cum à familia dem
necessatus diceretur, vxor diem suum obierat. heredes mulieris

actiones ex constitutione sibi dari postulabāt. eos ita demum audiendos esse respondi, si mulier, quam in vtero nihil gestare constabat, propter senatusconsultum hereditatem adire noluit. alioquin prægnate ea defuncta, nullam iniuriæ querelam interueniſſe.

V. V L P I A N V s libro quinquagesimo ad Edictum¹

NEcessarios heredes puto edicto compræhendi, si se miscerent hereditati. nec bonorum possessionem peti prætor permittit. & ego puto ad omnes bonorum possessiones hoc edictum pertinere. Non aliás bona publicantur, quam si constabit esse occisum patremfamilias: & heredem ante quæstionem de familia habitam, suppliciumque sumptum, adisse hereditatem. Vbi quis incuria necatus est, vel medici insidiis, adiri quidem hereditas potest. sed heredi² defensio mortis incumbit.

V I . P A V L V s libro quadragensimo sexto ad Edictum¹

ET si percussor certus sit, tamen habenda quæſtio est, ut cædis mandator inueniatur. vtique autem ipse maximè quæſtioni dabitur, quāuis & ceteri puniantur. Quamvis aliás in caput domini serui non torqueantur, rectè tamen fieri quæſtio etiam si heredem accuset: siue extraheus heres, siue ex suis sit. Si vnuſ ex dominis non compareat, quærendum est de causa eius per seruos quos communes habuerunt. magis enim de salute aut vltione domini non comparentis, quam in caput præsentis torquebuntur. Si appetitus fit, nec occisus dominus: nihil senatusconsulto cauetur. ipse enim in familiā suam potest animaduertere.

V II . I D E M libro singulari ad senatusconsultum Sylanianum¹

ET (in)libertos extraordinarium auxilium habebit.

V III . I D E M libro quadragensimo sexto ad Edictum¹

^eSyllaniano. Hoc
verò finatusconsultū
ſatim est Nerone.
A. 11. & Pisonie eob.
Tac. lib. 13. & 14.
d quondamque
e videbretur
f finatusconsultū m.
g a. t. ſimi. ter vlti
non ſunt.

Senatusconsulto Pisoniano^c cauetur, ut si pœnæ obnoxius scriuus veniſſet, quandoque^d animaduerſum in eum effet, vt vendor pretium præstaret. ne emptori iniuriam feciſſe videatur^e ſenatus. ^f Si filiusfamilias, qui in caſtreñſi peculio testatus est, occiſus fit: omni modo id defendendum est, vt ex quibus caſibus ad fiscum patrisfamilias bona pertinent, his caſibus & huius peculium, potius quam ad heredes qui delinquerunt in adeundo, &^g ſimilibus: vltive non ſunt.

Ad fiscum bona transiunt cum onere.

VIII. GAIUS libro septimodecimo ad Edictum
prouinciale[¶]

CVM fisco caduca bona defuncti addicantur propter inul- a addicuntur
tam mortem, in eum legatorum actio datur. & libertates
ratae sunt eorum scilicet, qui senatusconsulto excipiuntur.

X. PAULVS libro singulari ad senatusconsultum Si-
lanianum[¶]

SI exheredatus filius, antequam adiretur patris hereditas,
occisus sit: ex euentu inspicetur, vt si adita fuerit heredi-
tas, quasi alieni fuisse videantur. si vero irritum testamentum
factum sit, quia ipsius essent si viueret, omnia perinde agun-
tur, ac si dominus esset. Sub Diuo Traiano constitutum
est, de his^b libertis quos^c viuus manumiserat questionem ha-
beri.

XI. TRYPHONINVS libro secundo Dispu-
tationum[¶]

IDemq;^d erit & de his^e qui ius anulorum petierant.

XII. PAULVS libro singulari ad senatusconsultum
Silanianum[¶]

SI seruus à testatore occiso legatus sit, & prætor pro præ-
mio statuerit liberum eum esse: dicendum est non impedi-
ti libertatem.

Prescriptio quinquennij.

XIII. VENULEIVS SATURNINVS libro secun-
do de publicis iudiciis[¶]

IN cognitione aperti aduersus senatusconsultum testamen-
ti eius qui à familia sua occisus dicatur, quinquennij tern-
pus constitutum est senatusconsulto, TAURO & Læpido con-
sulibus. quod tamen ad extraneos pertinet. namque eos, qui
parricidij poena teneri possunt, semper accusare permittitur
codem senatusconsulto.

Pæna impuberis.

XIV. MAECIANS libro vndecimo de publi-
cis iudiciis[¶]

Exciuntur^f senatusconsulto Silaniano impuberes seri ii. feodem senatus
Trebii autem Germanus legatus etiam de impubere l u-
mi iussit supplicium. & tamen non sine ratione. nam is p*ter*
nec multum à puberi & ætate aberat, & ad pedes domini c*on*u- g*er* pubertate
buerat cum occideretur: nec postea cædem eius prodiderat. vt
enim opem ferre eum non potuisse constabat, ita silentiu m
præstissime etiam postea certum erat. & his dumtaxat imp u-
beribus senatusconsulto parci credebat, qui tantum sub eo-
dem techo fuissent. qui vero ministri vel participes cædis fui-
sent, & eius ætatis, quamquam nondum puberis, vt rei intel-
lectum

b his etiam
c quos quis

d Coniuge L.44. de
excusis.
e his libertis

a nulla alia lectum capere possent, his non magis in cæde domini, quam
in villa¹ alia causa parci oportere.

xv. MARCIANVS libro singulari de Delatoribus¹

Si sequens gradus vltus fuerit necem testatoris, an priore hereditas ad illum¹ trans¹feratur? & ait Papinianus, non esse hoc, nam poena illius, huius præmium esse non debet.

Cum ex parte heredi instituto legatum quoque erat, & in vlciscenda morte cessauerat: Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt, tam hereditatis portionem quam legatum ei auferendum, heredibus autem, qui in vlciscenda morte defuncti cessauerant, tam testamēto quam ab intestato auferuntur bona, forte & si quasi patronus venit, quamuis hi¹ suo iure admittantur.²

xvi. MARCELLVS libro duodecimo Digestorum¹

Dominio à familia occiso, seruus communis necem eius detexit, favore libertatis liber quidē fieri debet: pretij autem partem sibi contingentem socium consequi oportet.

xvii. MODESTINVS libro octauo Regularum¹

Prius de se familia torquenda est. & si confiteatur, tunc interrogetur quo mandante flagitium admissum sit.

xviii. IDEM libro nono Regularum¹

Et in officioso testamento queri idem, & mortem vindicande defuncti non prohibetur. idq; Paulus respondit.

xix. IDEM libro octauo Pandectarum¹

Cum dominus occiditur, auxilium ei familia ferre debet & armis, & manu, & clamoribus, & obiectu corporis, quod si cum posset non tulerit, meritò de ea supplicium sumitur.

xx. PAPINIANVS libro secundo Responsorum¹

Heres, qui veneni causam persequitur, res hereditarias virgentes ordinare saluis provationum indicis non prohibetur.

xxi. IDEM libro sexto Responsorum¹

Propter veneni questionem tempus petendæ possessionis non profertur. cum eo quoq; suspenso crimine rectè petatur. aliud senatui placuit, cum à familia dominus necatus dicitur. seruorum videlicet causa, quorum libertatem questionis habendæ gratia neglegi necesse est.¹ Neptis quæ possessionem auctæ petierat, mortem eius, imperfectam sciens, nō defenserat. fideicommissum, quod aucta ex alio testamēto nepti deluit, in restituendis fisco bonis non esse deducendū placuit. Ius enim heredis punitus est. si autem negligenter mulier etiumentum bonorum amiserit, fideicommissum esse retinendum integrato iure debiti, rationis est.

d Et de inofficiose
Ex inofficiose

e iudicis

f cetero

g pauciendus

De herede non appellante.

- 2 **P**rofidis iniuitate reis illatae cædis absolutis, heredibus, qui non defunctoriæ debitum officium impleuerant, quamvis non prouocassent, hereditatem auferri non oportere, vi-

a perfusorib; v.
trunque reatum est.
Illud reperire quoq;
Lex emptus. h. emptur.
l. 2. q. non solū ad
SC. Tertijll.

*P*ersecutio hec que pecuniaria est, non finitur morte heredis.

x x i i . p. v l v s libro sextodecimo Responſorum!

Gaius Seius cum languesceret, questus est se veneno occidi tia seruo suo: & sic exspirauit. cui^b heres exst̄it Lucia Titia soror, & mortem eius exsequi neglexit: & ipse post annū decimum deceſſit. exst̄it qui bona nuntiaret Gaij Seij. quero an morte Titiae extinctum sit crimen. Paulus respondit, causam de qua queritur, cum sit pecuniaria, morte ingratæ heredis extinctam non videri.

x x i j . m. a. e. c. i a n. v s libro tertiodécimo Fidei-commissorum

Si antequam patefiēret testatorē occisum, tabulae testamenti aperte essent: deinde innoquisset id admissum esse: causa cognita puto compellendum institutum adiungere hereditati, quam suspectam diceret: & ex TreVelliano senatusconsulto restituere.

x x i i i . v. l. p. i a n. v s libro quinquagesimo ad Edictum¹

Si quis quasi suspectam hereditatem coactus adit, non teneatur edicto.^c

c editio præterita.

Premium eius qui seruos fugitivos requisit.

x x v . g. a i v s libro septimodecimo ad Edictum provinciale¹

Lege Cornelia cauetur de præmio accusatoris, qui requiriuit & renuntiavit eos seruos qui ex ea familiâ ante questionem fugerint: ut in singulōs seruos, quos conuicerit, quinqu; aureos ex bonis occisi, aut si inde redigi ea quantitas non possit, ex publico accipiat. quod præmium non in omnes seruos qui sub eodem tecto locove fiserint, sed in eos solos, qui cœdem admisissent, accusatori tribuitur. Præterea cauetur, vt de his qui ante questionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de fiscariis iudicium fiat. ita, vt ex vinculis causam dicant, & conuicti perinde ac serui puniantur. & ei qui conuicerit, deni aurei præmij nomine darentur ex V. 1945 damnati.

d Nam rei oratione pro Refatio Ameri no M. Cic. (at) accusatores multes esse incusitate visile est, rem et audacia continetur. Unde et apud indices (C. idem inquis lib. 2. de Inq.) de premio sepe accusatorum queritur.

Affio popularis contra eum qui testamentum apernit.

- 2 **E**x hoc edito actio proficiſcitur contra eum, qui aduersus editum prætoris tabulas testamenti aperuisse dicetur. vel si quid aliquid fecisse dicetur, pñ, vt ex supradictis apparet, plura sunt, propter quæ poena editi constituta est. Palam est autem

autem popularem actionem esse, cuius poena in centum aureos ex bonis damnati extenditur. & inde partem dimidiam ei cuius opera conuictus erit, præmij nomine se daturū prætor pollicetur. partem in publicum redacturum.

X X V I . S C A E V O L A libro trigefimo quarto Digeritorum

Fideicommissum, quod ex testamento fratris patruelis Gaius Seius Titio debebat, ab heredibus Seij Titius accepit. quæsum est, cum necem Gaij Seij heredes eius non vindicauerint, an Titius nihilo minus eos heredes ut indignos accusare possit ob id quod necem eius non vindicauerint. nec ob sit ei quod ab isdem fideicommissum ex testamento fratris patruelis consecutus sit. respondit, nihil proponi cur obstareret.^a

X X V I I . C A L L I S T R A T U S libro primo de iure fisci

Si de pluribus heredibus quibusdam inuitis aut ignorantibus apertum erit testamentum, non amittunt portiones suas qui culpa carent.

**S I Q V I S^b A L I Q V E M T E S T A R I P R O H I -
B V E R I T V E L C O E G E R I T**

TIT. VI.

Ex his causis hereditas fisco vindicatur, sicut &
in superiori edito.

V L P I A N V S libro quadragensimo octauo ad Edictum

e Scriptum hoc ultim
fuit in strafendis
bs. poss. post tis. unde
vix ex rutor.
d volentem cum

Quidam captat hereditatem legitimam, vel ex testamento, prohibuit testamentarium introire, volenter eo facere testamentum, vel mutare. Diutius Hadrianus constituit, denegari ei debere actiones. denegatisque ei actionibus fisco locum fore. Si dominus dolo fecerit, ne testamentum mutaretur, in quo seruus eius scriptus erat: quamvis manumissus adierit hereditatem, actiones ei denegantur. cum & liberis eius, si quid fuerit datum, denegari debat, et si non fuerint in potestate. Sed si legatum ei relictum sit, idq; restituere sit rogatus: consequens erit dicere admitti eum ad legatum, quod non ipse habuisset: sed ad alium sit translatus. Si plures heredes instituti sint, & omnes dolo fecerint, quo minus testamentum mutaretur: ditendum est actiones omnibus denegari: quia omnes dolo fecerunt.

I I . P A V L V S libro quadragensimo quartio ad Edictum

Si quis dolo malo fecerit, ut testes non veniant, & per hoc deficiatur facultas testamenti faciendi: denegandæ sunt actiones

e libertis. Restare est
Flor.

f habiturus esset:

g deficiat

actiones ei qui dolo fecerit. siue legitimus heres sit, siue priore testamento scriptus. Fratris autem factum fratri non nocet.

Si fidei eius, qui dolum admisit, commissum est ut hereditatem restitueret: ea hereditas caduca cum suis oneribus fiet. ut commodum legis Falcidiæ fiscus sentiat: dodrantis autem fideicommissarius.

I I I. P A P I N I A N V S libro quintodecimo Respon-
sorum¹

Virum, qui non per vim nec dolum, quo minus uxori contraeum mutata voluntate codicillos faceret, intercesserat: sed ut fieri adsolet, offensam agræ mulieris maritali sermone placauerat: in crimè non incidit respondeendi. nece quod testamento fuerat datum, auferendum.

V L P I A N V S libro quarto Disputationum¹

SAEPISSIME rescriptum & constitutum est, eum qui testamentum facere opinatus est, nec voluit quasi codicilos id valere: videri nec codicillos fecisse. ideoque quod in illo testamento scriptum est, licet quasi in codicillis poterit valere: tamen non debetur.

I I. V L P I A N V S libro trigesimo septimo Dige-
storum¹

Si ei, qui post testamentum factum & ante codicillos scripsos natus esset, codicillis per fideicommissum aliquid datur: utile est quod si ei, qui post testamētū factū & antequam codicilli scriberentur mortuus esset, datum esset: pronon scripto habetur. Codicillorum ius singulare est: ut^a a vnde quæcumque in his scribentur, perinde haberentur,^b ac si in b habentur. testamento scripta essent. Ideoque seruo, qui testamenti facti tempore testatoris fuisset,^c codicillorum tempore alienus, c fuit, & non recte libertas directa datur. Et contra, si cum testamentum siebat alienus esset, codicillorum tempore testatoris: intellegitur alieno seruo libertas data. & ideo licet directæ libertates deficiunt, attamen ad fideicommissarias eundum est.

Furious non intellegitur codicillos facere: quia nec aliud quiequam agere intellegitur. cum per omnia & in omnibus absentis vel quiescentis loco habetur. Hereditas testamento inutiliter data non potest codicillis quasi hereditas confirmari. sed ex fidicomissio petitur, salua^d ratione legis Falcidiæ.

Per codicillos factos ab intestato videntur rogati omnes quo-
cunque iure succedentes.

III. ID E M libro trigenimo nono Digestorum

SI quis cum testamentum nullum habebat, codicillis fidei-
commissa hoc modo dedit, **Q**VIS **Q**VIS **M**INI
RE **S**ERIT **B**ONORVM VE **P**OSSESSOR, **E**IVS **F**IDEI
COMMITTO: fideicommissa praestari debet. quia pa-
terfamilias, quitestamenti factionem habet, & codicillos fa-
ceret, **b** perinde haberi debet; ac si omnes heredes eius essent, ad
quos legitima eius hereditas vel bonorum possessio peruen-
tura esset. **c** Sed & si post codicillos factos natus quis esset
proximus adgnatus, vel sius heres: fideicommissum prae-
stari debet. intellegitur enim is quoque heres scriptus. &
ideo **d** non perinde habendus est, ac si rupisset hos codicillos.

Testamento facto, etiam si codicilli in eo confirmati non es-
sent, vires tamen ex eo capient. Denique si ex testamento he-
reditas adita non fuisset, fideicommissum ex huiusmodi co-
dicillis nullius momenti erit.

III. ID E M libro sexagenimo tertio Dige-
storum

EVm qui codicillorum tempore soluendo sit, recte libertate
dare placuit, quamuis testamenti facti tempore soluendo
non fuerit.

Confirmatio codicillorum:

v. P A P I N I A N V s libro septimo Responsorum

ANte tabulas testamenti codicilli facti non aliter valent,
quam si testamento quod postea factum est, vel codicil-
lis confirmantur: aut voluntas eorum quocumq; indicio re-
tineatur. sed non seruabuntur ea, de quibus aliter defunctus
nouissime iudicavit.

v. M A R C I A N V s libro septimo Institutionum

Duis Seuerus & Antoninus rescriperunt, nihil egisse ma-
trem, quæ cum pure liberos suos heredes instituerit, con-
ditionem emancipationis codicillis adiecit, quia neque con-
ditionem heredi instituto codicillis adiEcere **h**, neque sub-
stituere directo potest. Codicilos & plures quis facere po-
test. & ipsius manu neque scribi neque signari necesse est.

Licet iti confirmatione codicillorum paterfamilias adie-
rit, ut non alias valere velit quam sua manu signatos & sub-
scriptos: tamen valent facti ab eo codicilli, licet neq; ab eo si-
gnati neq; manu eius scripti fuerint. nam ea quæ postea gerun-
tur, prioribus derogant. Codicilos is demum facere potest,
qui & testamentum facere potest. Si post testamentum fa-
ctum mortuo codicillis quis legauerit, licet testamento con-
firmatis: pro non scripto legatum fit.

a His quid

b facit.

c peruentura est.

d unde non

e Sententia Pap-
iani altera referitur
zis de codic. Inst. sed
idecirco hic immutata
est à compositionibus
Pandectarum. ne re-
scriptio Seueri &
Antonini aduersare-
tur. Durar. 2. Diffinit.
e. vlt.

f codicilli

g Diuus

h adiicere.

VII. IDEM libro secundo Regularum!

QVædam non referuntur ad confirmationem codicillorū. veluti si arte captiuitatē quis codicillos confirmauerit, & in captiuitate codicillos scribat: nam non valent. idem est, si aliquo modo ius testamēti faciēndi desierit habere. præterea in illis quæ nō iuris sed facti sunt, non est perfide habendum quod codicillis scribitur, atq; si vbi cōfirmatio^a, scriptū^b fuis-
set. veluti si ita in codicillis scriptum erit, V E S T E M Q V A E
M E A E S T: codicillorum tempus spectandum, non quo con-
firmantur. item^c, s i T I T I V S V I V V S E S T, vel s i T O T
A N N I S^d E S T, codicillis legauit Seio: tempus codicillorum,
non quo tempore fit testamentum, spectandum.

VIII. P A U L V S libto singulari de iure codicil-
lorum!

COfficiuntur codicilli quattuor modis. aut enīm in futu-
rum confirmantur, aut in præteritū, aut per fideicommissum testamento factō, aut sine testamento. sed ideo fideicom-
missa dari possunt ab intestato succendentibus: quoniam credi-
tur paterfamilias spōte sua his relinquare legitimā heredita-
tem. Codicilli totiens valent, quotiens quis testamentum
quoq; facere possit^e. nō tamēn hoc ita intellegemus, vt exige-
mus potuisse eum eo tempore quo scribit eos codicillos, testa-
mentum facere: quid enim si sufficientium testium facultatē
non habuit^f sed si iure testamenti factionem habuit.

*Valenti codicilli facti medio tempore, quo quis erat intestabilis, si
tempore testamenti, & mortis erat testabilis.*

- 2 Si post factum testamentum codicillos quis confirmauerit, deinde adrogandum se præbuerit, & ibi codicillos fecerit, atque ita emancipatus deceserit: queritur an ex codicillis legata debeantur. nam &^f testamentum valet: sed &^g eo tempo-
re eos fecit, quo testamenti factionem non habuit. nec similis
est muto, qui recte codicillos confirmauerit. licet enim is testa-
mentum facere non possit, tamen testamentum quod ante fe-
cerat, in eodem statu ēst. huius autem testamentum sublatum
est: & de alienis quodammodo rebus testatur: sed dicemus
codicillos valere. nam et si postumus natus ruperit testa-
mentum, & deceserit: nihil minus codicilli valent. Si
miles testamentum quidem ante militiam, sed codicillos in
militia fecerit, an iure militari valeat codicilli, querittur. quo-
niā testamentum iure cōmuni valeat: nisi si^h militiae tem-
pore signauit, ^h vel quædam adiecerit. certè codicilli militiae
tempore facti non debent referri ad testamentum. sed iure
4 militari valent. Si ei seruo, qui testamento legatum acce-
pit, libertas codicillis detur, utile legatum esse dicemus: quasi
5 ab initio constiterit legatum. Si quis certi generis codicillos
confir-

^a confirmatur.
^b scripta

^c item si ita si
Titius
^d annorum

^e posuit.

^f & eo
g nam nec

^h resignauerit, mea-
lis est Floren, non
enim satice est militia
tempore resignasse,
nisi quid adiecerit,
vel detraherit, prius
militari valeat. & sed
& si quia de milite
ita testatur.

confirmauerit, puta quod vos novissimos feceris: non utique statim quae codicillis dantur, consistere videbuntur, quamdiu alij quoque fieri possint. & ideo si alij postea fiat, legata in prioribus data non valebunt.

VIII. MARCELLVS libro nono Digestorum

ARISTO negauit valere codicillos ab eo factos, qui paterfamilias, necne esset, ignorasset. VLPIANUS notat: nisi veteranus fuit, tunc enim & testamentum valebit.

X. PAPINIANVS libro quintodecimo Quæstionum

QUOD per manus traditum est, codicillis hereditatem dari non posse, rationem illam habet: ne per codicillos qui ex testamento valerent^a, ipsum testamentum, quod vires per institutionem heredum accipit, confirmari videretur.

XI. IDEM libro nonodecimo Quæstionum

QVIGRAUI vtero vxorem esse ignorabat, codicillis ad filium scriptis libertates dedit. nata post mortem patris filia, cum de ea nihil patrem sensisse constitisset: placuit libertates à solo filio præstari posse.

XII. IDEM libro vicensimo secundo Quæstionum

REDEMPTIS à sorore partibus.

XIII. IDEM libro nonodecimo Quæstionum

ILLUD enim sine dubio dici non potest, etiam filia manumittere cogendam. cum ab ea nihil patet petierit, & iure suo heres existiterit. Tractari solet de eo, qui cum tabulas testamenti non fecisset, codicillis ita scripsit, TITIVM HEREDEM XSE V O L O. sed multum interest, utrum fideicommissariā hereditatem à legitimo per hanc scripturam, quam codicillorū instar habere voluit, reliquerit: an verò testamentum facere se existimauerit, nam hoc casu nihil à legitimo peti poterit. Voluntatis autē quæstio ex eo^b scripto plerumque declarabitur. nā si forte à Titio legata reliquit, substitutum adscripsit, heres si non existisset: sine dubio non codicillos, sed testamentum facere voluisse intellegetur.

XIV. SCAEVOLA libro octavo Quæstionum

QVIDAM referunt quantum repeto, apud VIVIANUM^c SABINI & CASSIJ & PROCULI exposita esse in quæstione huiusmodi controveneriā. an legata, quae posteaquam instituti mortem obierunt^d, codicillis adscripta vel adempta sunt, à substitutis debeat. id est, an perinde datio & adēptio etiā hoc tempore codicillis facta valeat, ac si testamento facta esset. quod SABINUM & CASSIUM respondisse aiunt, PROCULO dissentiente, nimis autem SABINI & CASSIJ collectio, quam & ipsi reddunt, illa est, quod codicilli pro parte testamenti habentur; observationemque & legem iuris inde traditam seruent. ego autem

a valeat.

b & substitutum

c Julianum

d obierint.

autem

Autem ausim sententiam Proculi verissimam dicere. nullius^a enim momenti est legatum, quod datum est ei qui tempore codicillorum in rebus humanis non est: licet testamenti fuerit. esse enim debet cui detur. deinde sic queri, an datum cōsistat. vt non ante iuris ratio quam persona quæreda sit: &^b in proposito igitur quod post obitum heredis codicillis legatum vel ademptum est, nullius momenti est. quia heres, ad quem sermonem conferat, in rebus humanis non est. eaque ademptione & datione nunc vana efficietur, hæc in eo herede, qui ex affe*insti* TVs erit, dato substituto, ita vt ab instituto codicilli confirmaretur. Quod si duo instituti sint substitutis datis, unusque eorum deceperit: utilia videntur legata. sed circa coheredem erit tractatus, numquid totum legatum debeat, si quisquis mihi heres erit, legatum erit: an vero non, quia sit substitutus heres, qui partem faciat, licet ipse non debeat. idem etiam potest circa nomina expressa tractari. multoque magis solū coheredem totum debere puto. quia is adiunctus fit, qui etiam tunc cum adiungebatur, in rebus humanis non erat.

xv. AFRICANVS libro secundo Questionum

Sed cum ea testatoris voluntas fuerit, vt ex vniuersa hereditate legata erogarentur: dicendum scriptis heredibus futuram doli exceptionem, si amplius quam hereditaria portio petatur.

xvi. PAULVS libro vicesimo primo Questionum

A B intestato factis codicillis, relicta etiam postea natus intestati successor debebit. quicunque enim ab intestato succedit, locum habent codicilli. nam unus casus est. nec interest qui succedit, dum intestato succedit. ad testamentum autem, quod quoquo tempore fecisset, pertinent codicilli. & ut manifestius dicam, intestato patrefamilias mortuo, nihil defiderant codicilli: sed vicem testamenti exhibent. testamento autem facto ius sequuntur eius.

xvii. IDEM libro tertio Sententiarum

Litteræ quibus hereditas promittitur, vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non optinent.

Interpretatio voluntatis.

xviii. CELSVS libro vicensimo Digestorum

Plotiana Celsos suo salutem. Lucius Titius his verbis ita cauit, si QVID TABVLIS ALIOVE QVO GE- et tabulari, aliudvē NERE AD HOC TESTAMENTVM PERTINENS eius generis RELIQVERO, ITA VALERE VOLO. quero an codicilli, qui ante hoc testamentum scripti sunt, debeant rati esse. Iuuentius Celsus Plotianæ salutem. hæc verba, si QVID AD HOC TESTAMENTVM PERTINENS RELI-

Pars v.

§ k

QVRRO;

QVERO, VALERI V O L O: etiam ea quæ ante testamen-
tum scripta sunt, comprehendere^a.
videntur.

*Relicta ab eo, quem quis solum sibi successorum putat, si in par-
te succedit, pro parte debentur, si diuidua sint.*

XVIII. MARCELLVS libro quartodecimo Di-
gestorum^b

b eo relato,

e compellatur.

d patri. Vipitatus
notari. in b.

e nihil omnino
f ille al illa

g tabula

h quodque

IS qui vnum filium habebat, cum codicillos ad eum scripsis-
set, decepsit intestatus, herede eo^b & quem postea procrea-
uit. ad generatione sui heredis nemo dixerit codicillos euauisse.
igitur si nihil tum de postumis sperauit, & codicilli non
euanescent, & quæ relicta sunt, pro parte dimidia filius, ad
quem codicillus factus est, soluere compellitur: non etiā po-
stumus, sed & si codicillos reliquisset duobus superstribus
filii decebens, cum putaret alterum ex his prius decessisse:
nisi modo dici potest, omnia perinde debere filium ad quem
scripti sunt codicilli, atque si solus heres extitisset patri^d. Im-
mo dumtaxat partem debet. corū tamen, quæ pro parte præ-
stari non possunt, nihil eorum præstandū. quoniam illi non
fuerit filio ablaturus, nisi solum putaret successorem sibi fu-
turum.

xx. PAULVS libro quinto ad legem Iuliam
& Papiam^c

Si palam heres nuncupatus sit, legata autem in tabulis col-
lata fuerint: Julianus ait, tabulas testamenti non intellegi
quibus heres scriptus non est. & magis codicilli quam testa-
mentum existimandæ sint. & hoc puto rectius dici.

LIBER TRIGE- SIMVS.

i Augsb. lib. 5.
emend. c. 1.
k De sumptu est
hic caput ex latio-
nani confusione
bus sub ista comode
leg. C. Atque Dnae,
ita remitti inscri-
psiunt huius capi-
tus, Imperator, pa-
ratique non Vlpianus
est, sed Tribonianus
in commen. ad tit. de
pec. &c. 2. deputat. &c.
1. xxi. quer. leg.
m. Coniunge l. 1. de
leg. 3.
n Coniunge l. 8. &
30. le vulgo. subfili.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

VLPIANVS libro sexagesimo septimo ad Edictum



ER OMNIA exæquata sunt legata fideicom-
missis.

II. IDEM libro primo Fideicom-
missorum^b

SCENDUM est eos demū fideicommissuna-
posse relinquere, qui testandi ius habent.
Conditio qua tacite inest.

III. IDEM libro quarto ad Sabinum^b

HAEC verba testatoris, QVIS QVIS MIHI EX SY-
PRASCRIBTIS HERES ERIT, aut SI HERES
ERIT SEIPS, vel SI HEREDITATEM ADIERIT:
subiectum

Subiectum legatum vel fideicommissum non faciunt conditionale.

Error in nomine rei legatae quatenus nocet.

VII. I D E M libro quinto ad Sabinum¹

Si quis² in fundi vocabulo errauit, & Cornelianū pro Semproniano nominauit: dicitur Sempronianus. sed si in corpore errabit, non debbitur³. Quod si quis cum vellet vestem legare, supellecīlem adscribit⁴, dum putat supellectiā appellatio vestem cōtineri: Pomponius scribit⁵ vestem non debēri, quemadmodum si quis putet auctiō appellatio electrum vel aurichalcum contineri. vel, quod est Tullius vestis appellatio etiam argentum contineri. retum enim vtabula immutabilia sunt: hominum mutabilia. Si quis est heredes instituerit, & ita legauerit, *Quis quis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas esto dare*: ab omnibus heredibus videri legatum. quoniam ad omnes eos res Gallicane pertinent.

V. PAVLVS libro primo ad Sabinum⁶

Serui electione legata, semel dumtaxat optare possumus. Labeo ait, cum certa res aut persona legatur ita, *quod meus erit cum moriar, heres dato, & communis sit: totum deberi. Trebatum vero respondisse, partem deberi, Cassius scripsit. quod & verius est.* Cum fundus communis legatus sit non adiecta portione, sed meum minauerit: portionem deberi constat.

Differentia conditionis & demonstrationis.

VI. VLPIANVS libro trigesimo tertio Dis gestorum⁷

STICHVM, *qui meus erit cum moriar, heres meus dato.* magis conditionem legato inieciſſe, quam demonstrare voluisse patrem familias apparet. eo quod si demonstrandi causa haec oratio poteretur, ita concepta esset, *stichus quod meus est, non, & stichum qui meus erit.* sed condicione talis accipi debet, quatenus meus erit. vt si totum alienauerit, legatum extinguatur. si partem, pro ea parte debeat, quae testatoris mortis tempore fuerit.

VII. PAVLVS libro secundo ad Sabinum
Legatum seruo defatū dominus potest repudiare.

Reuocatio legati.

VIII. POMPONIVS libro secundo ad Sabinum

Sex toto fundo legato testator partem alienasset, reliquam dumtaxat partem deberi placet: quia etiam si adieciſſet aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet.

Dno rei testamento constituti.

Si ita scriptū sit, **L**VCIVS **T**ITIVS **H**ARES **M**EVS, **A**VT **M**AEVIUS **H**ARES **M**EVS **D**ECEM **S**ERIO **D**ATO. cum vtro velit, Seius ager. vt si cum uno actum sit, & solutum: alter liberetur. quād si duo rei promittendi in solidū obligati fuissent. quid ergo si ab altero partem petierit: liberetur cui erit ab alterutro reliquū petere. idem erit & si alter partem soluisset.

a electis
b altero

c legatarioris

d dominibus

e debere conatur.

f Contingit. c. cum
due. de cap. & post-
lim.

g Falsi Halsander
non posse.

h postliminium.
codex Medicus
postliminij. Arg. li.
Linen. c. 2.

De pluribus rebus disiunctim legatis.

Si ita legatum sit, **L**ECTICLARIOS **O**CTO, **A**VT **P**RO **H**IS IN **H**OMINES **S**INGULOS **C**ERTAM **P**ECVNIA M, **V**TRVM **L**EGATARIVS **V**OLET: non potest legatarius partem seruorum vindicare, pro parte numeros petere. quia vnum in alterutra causa legatum sit. quemadmodum si olei pondo quinquaginta, aut in singulas libras certum est legatum sit, ne aliter obleruantibus, etiam uno homine legato diuisio cōcedatur, nec interest, diuisa ea summa, an iuncta ponatur. & certe octo seruis, aut pro omnibus certa pecunia legata, non posso in uitum heredem partem pecuniae, partem mancipiorum debere.

viii. i d e m . libro tertio ad Sabinum.

Idf quod apud hostes est, legari posse Octauenus scripsit: & h postliminiū iure consistere.

Optio legata.

x. **P** A V L V S libro secundo ad Sabinum.

IJulianus nec à filiofamilias sine ius patris optari posse, nec ante aditam hereditatem putat. quod est verum.

*Legatum filiofamilias aut seruo relictum quam
vnum habeat.*

xii. **P** A P I N I A N V S libro nono Quæstionum!

CVM filiofamilias vel seruo alieno legatum vel hereditas datur, fidei committi patris vel domini potest. ac tūc demum ex persona ipsorum, fideicommissum vires caput, cum ipsis, per quos cōmodū hereditatis vel legati patri dominōve queritur, fideicommissum relinquitur. denique Julianus non insuutili ratione motus patrem, cuius filius heres institutus est, exstero quidem habita ratione legis Falcidiae restituere hereditatem respondit. quoniam ex persona filij teneretur, ipsi vero filio, non admissa Falcidia. quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset. ac pater non vt heres, sed vt pater rogari videtur. & ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam, quod ad se peruenire ex legato vel hereditate filio relictis restituere: isque viuo patre decebat: omnimodo patrem id retenturum. quoniam fideicommissum ex persona patris vires accepérunt.

k effter.

l quia

m A l c . lib . 5 . parad .
c 14 .

n patris sui

De coniunctis.

XII. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum!

Si mihi & tibi eadem res legata fuerit, deinde die legati cedente heres tibi exstiterit: liberum mihi esse Labeo ait, ex meo legato, an ex eo quod tibi heres sim, adquiratur legatum. si voluero ea rem ex meo legato ad me pertinere: ut tota mea sit: ex hereditario legato petere eam posse Proculus ait. a eam me

Dificultas: prestationis non nocet legato.

- Si quis seruos quos Gadibus haberet, eo testamento quod Romae moriens fecerit, triduo quo mortuus fuerit, heredem dare mihi damnauerit: ratum est legatum. & angustias temporis nihil legato nocere. Regula iuris civilis est, quae efficit, ut quibus ipsis legare possumus, eorum quoque seruiscere possumus.

Ex duabus scripturis diuersis vel contrariis utra valeat.

- In legatis nouissimae scripturae valent. quia mutari causa praecedentis legati vel die vel condicione vel in totum ademptione potest. sed si sub alia & alia conditione legatū ademptum est, nouissima ademptione spectanda est. Interdū tamē in legatis non posterior, sed praecedens scriptura valet. nam si ita scripsero, QVOD TITIO INFRA LEGAVERO, ID NEQUE DO, NEQUE LEGO: quod infra legatū erit, non valebit. nam & eum sermonem, quo presentia legata data in diem proferuntur, ad postea quoque scripta legata pertinere placuit. voluntas ergo facit, quod in testamento scriptum valeat.

Legato generaliter homine quid debeatur.

XIII. IDEM libro quarto ad Sabinum!

CVM incertus homo legatus tibi esset, heres Stichum seruo tuo tradidit. Neratius respondit, si voluntate domini tradidit, vel ratum hoc dominus habuerit: perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus esset.

De ademptione legati.

XIV. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum!

Sicut sit adscriptum^b, SI CVI LEGAVERO BIS, SEMEL HERES EI DATO, vel, ut semel debeatur: & eidē duas quantitates adscriperit, vel duos fundos: an utrumque debeatur? & ait Aristο, unum videri legatū. nam quod ademptum est, nec datum videri, secundum Celsi & Mārcellī sententiā, quae vera est. Sed Papinianus libro nonodecimo questionum ait, & si post legata sāpius adscripta idem hoc subiecit, semel præstari velle, & hoc ante impletum testamentū fecerit: ipso iure videri cetera legata adempta. sed quo magis erit i quod ademptum non enim appetit. & ait posse dici, exiguius esse k exiguum præstandum.

^b morans fecerat.
^c quam

^a sed & si
^e vel alia

^g Coniunge l.1 de
his que in testa.deo-
len. I, semper in ob-
scuria de regi. iure, i
k scriptum.

ⁱ quod

^k exiguum

Q u e s t i o s c r i p t i & v o l u n t a t i s .

x v . P A V L V S libro tertio ad Sabinum!

Qui quartam * partem * bonorum legare voluit, dimidiant
scripsit. Proculus recte ait, posse defendi quartam lega-
tam, quia inesset dimidiæ. idem erit & si quinquaginta vo-
luit legare, & centum scripta sint. quinquaginta enim debe-
buntur. sed & si plus legare voluit, & minus scripsit: valebit
legatum. Si quis vnam summiā filiabus legauerit, ut etiam
de postuma sentiret: si ea non est nata, superstiti solidū de-
bebitur.

Ius accrescendi.

x vi . P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum!

Si duobus res coniunctim legata sit, quamvis alter in rerum
natura non fuerit: alteri solam partem deberi puto Berum
esse. Heres, adiecto ei nomine cuiusdam qui heres non fit,
dare damnatus, totum legatum debet: nam & si duos ex he-
redibus suis nominatim quis damnasset, & alter hereditatem
non adisset, qui adisset totum deberet, si pars eius qui non a-
disset, ad eum qui adisset, peruererit^a. Si Titio & postu-
mis legatum sit, non nato postumo totum Titius vindicavit.
sed & si testator Titio & postumis viriles partes dari volu-
set^b, vel etiam id expressisset: totum legatum Titio debetur
non nato postumo.

Interpretatio voluntatis.

x vii . V L P I A N V S libro quinto * decimo * ad Sa-
binum

Qui filiabus legauit, si mentionem aliqua parte testamen-
ti postumæ fecit: videtur in filiarum legato & de po-
stuma sensisse. Si quis ita legauerit, si Q V A F I L I A M I-
H I G E N I T V R d , E I H E R E S M E V S C E N T V M D A-
T O : pluribus natis, videtur singulis tantumdem legasse.
quod ita accipendum est, nisi eidens sit contraria senten-
tia testatoris.

De legato præceptionis.

Si vni ex heredibus fuerit legatum, hoc deberi ei officio iu-
dicis familiæ herciscundæ manifestum est. sed et si abstinerit
se hereditate, consequi eum hoc legatum posse constat.

x viii . V L P I A N V S libro trigesimo primo Di-
gestorum

Et quidem totum legatum petere potest. quamvis à semet-
ipso inutiliter ei legatum fuisset.

Q u e s t i o v o l u n t a t i s , q u e n a s c i t u r e x a m b i g u o .

x viiiii . V L P I A N V S libro quintodecimo ad Sabinum!

Legata inutiliter data, Papinianus putat libro quæstionū
confirmari per repetitionem: id est per hanc scripturam^c
postea

^a peruenies.^b voluerit,

^c Coniungit, si quis
filiibus de testatore.
In nomine filii atrum de
verbis. significativa. Alioquin
B. parerga. 43.
d Genita erit. Lite-
re forte in Flor. nr. 5.
posta sent., ut legen-
dum sit. ginetur, &
addito g. gignetur.

^d se ab^e libris

- postea forte in codicillis factam, HOC AMPLIUS ET
HERES MEVS DATO. & diuersum esse in illa scriptura,
QVAS PECVNIAS LEGAVI, QVIBVS DIES AD-
POSITVS NON EST, ANNVA, BIMA, TRIMA DIE
HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO. nō enim hoc
egisse testatorem, vt confirmaret quae inutilia sunt^a: sed vt a effente
diem vtilibus prorogaret. Idem eodem loco & in substitu-
to impuberis scribit. vt si fuerit ab impubere inutiliter lega-
tum, substiTVs hoc debeat, si hoc amplius legatum abeo sit
relictum aliquid, nec ille patri heres exsisterit, &^b deceperit. b aut impubes
- 2 In legato pluribus relictis si partes adiectae non sunt, æque
seruantur.

xx. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum¹

QVi duos seruos haberet^c, vnum ex his legasset, vt non in- e habebat, si seruo
tellegereretur quein legasset: legatarij est electio.

Degrege legato.

xxi. VLPIANVS libro quintodecimo ad Sabinum¹

GRege legato, & quæ postea accedunt, ad legatarium per-
tinent.

xxii. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum¹

Si grege legato aliqua^d pecora viuo testatore mortua essent,
in eorumque locum aliqua esent substituta: eundem gre-
gem videri. & si deminutum ex eo grege pecus esset, & vel
vnius bos supereret: eum vindicari posse, quamvis grec desis-
set esse. quemadmodum insula legata si combusta esset, area
possit vindicari.

xxiii. PAVLVS libro tertio ad Sabinum¹

Si quis bonorum partem legauerit, vt hodie fit, sine fructi-
bus restituitur: nisi mora intercesserit heredis.

Quod futurum est, legari potest.

xxiv. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum¹

QUOD VID QVID ILLA^e ANCILLA PEPPERISSET, e illam ancillam pe-
constitit: vel ita, EX VINO QVOD IN FUND O M E O perisse constiterit.

1 NATVM EST^f, VEL FETVS TANTVM DATO. Si ferit, ut^g facta
vsum fructum habeam, cumq; legauerim: nisi postea propri-
tatem eius nactus sim, inutile legatum est.

Si res legata augatur, legatum crescit: si diminua-
tur, decrevit.

2 Si quis post testamentum factum fundo & Titiano legato g fundi Titiani
partem aliquam adiecerit, quam fundi^b Titiani destinaret: h fundo Titiano
id quod adiectum est, exigere legatario potest. & similis est
causa allusionis. & maximè si ex alio agro, qui fuit eius, cū
testamentum faceret, eam partem adiecit; quod si post testa-
mentum factum ex fundo Titiano aliquid detraxit, & alij

fundo adiecit: videndum est, utrumne eam quoque partem legatarius petiturus sit. an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit. cum nostra destinatione fundorum nomina & dominus, non natura constituerentur^a. & magis est, ut quod alij destinatum est, ademptum esse videatur. Si^b nauem legaueris, & specialiter meam^d adscripsero, camī; per partes totam refecero carina eadem manente; nihilo minus recte a legatario vindicaretur.^c

a confirmantur
b Et si
c Coniunge l. f. f. tra-
tuā de auro & arg-
leg.
d eam
e vindicabitur.

f Coniunge l. ubi pu-
tē, ad Trebell.

X X V . P A V L V S libro tertio ad Sabinum¹
AFilio herede etiam pure patri legati potest. nec interest, an die cedēte legati in patris potestate sit. igitur & si iussu patris adita sit hereditas, imputabatur ei in Falcidiam.

X X VI . P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum¹

Non amplius legatorum nomine ad quemquam pertinet, revidetur, quām quod deducto eo quod explendax conditionis causa datum eset, superesset^g. Si certum corpus heres dare damnatus sit, nec fecerit quo minus ibi ubi id eset, tradere^h; si id postea sine dolo & culpa heredis perierit, deterior fit legatarij condicio.

g superesset.
h tradiceretur

De certa parte bonorum legata.

Cum bonorum parte legata dubium sitⁱ, utrum rerum partes an aestimatio debeatur^k: Sabinus quidem & Celsius aestimationem, Proculus & Nerua rerum partes esse legatas existimauerunt. sed oportet heredi succurri, ut ipse eligat siue rerum partes siue aestimationem dare maluerit. In his tamen rebus partem dare heres conceditur, quae sine damno diuidi possunt. si autem vel naturaliter indivisiæ sint, vel sine damno diuisio earum fieri non potest^l: aestimatio ab herede omnimodo praestanda est.

i posse:
k deberetur:

m etiam

n nec necessè habet

X X V I I . P A V L V S libro nono ad Plautum¹
POtest autem^m heres vel paucioribus vel in vna re reliquam partem legatario dare, in quam vel legatarius consenserit, vel iudex aestimauerit. neⁿ necesse haberet legatarius in omnibus rebus vindicare portionem.

*Si creditori debitor legat debitum, ita demum valet,
si creditoris interest.*

a Coniunge l. i. de-
doce praleg.
p sic &

q ostensio quatin-
uum

X X V I I I . V L P I A N V S libro nonodecimo ad Sabinum¹
Si creditori meo, tutus aduersus eum exceptione, id quod ei debeo legem: utile legatum est. quia remissa ei exceptio videtur. sicut^p Aristo ait, id quod honoraria actione mihi debetur. si legetur mihi, legatum valere. quia ciuilis mihi datur actio pro honoraria. Marcellus libro vicesimo octauo^q putat, rem quam ex stipulatu mihi debes, si legaueris, utile esse legatum: ut neq; Falcidia hoc minuat.

XXVIII. PAVLVS libro sexto ad Legem Iuliam
& Papiam^l

SIN autem neq; modo neq; tempore neq; condicione neque loco debitum differatur, inutile est legatum. <sup>a Coniunge l. 6. f. sum
dno. 65. ad l. Fale</sup>

Clausula vulgaris interpretatio.

XXX. VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum^l

TALIS scriptura, QVAS PECVNIAS LEGAVI, QVI-
BVS DIES ADPOSITVS NON EST, EAS HE-
RES MEVS ANNVA, BIMA, TRIMA DIE DATO: ad
corpora legata non pertinet, sed ad ea quæ pondere, numero,
mensura continetur. & ad ea tantum legata pertinet, quibus
dies non est adpositus. proinde si forte pure legatum est, ex
hac adiectione proroga Vitur. quid^b si forte centū mihi legata
sunt præsentia? vtrum annua^c die dabuntur, an vero præsen-
tia? & ait Seruius & Laabo, præsens^d deberi. quamuis igitur
superua Quia sit hæc adiection^e, quantum ad vim & effectum
legati pertinet: tamē ad hoc proficiet, ut præsenti die legatum
debeat, sed^f si in annos singulos aut singulos menses sit le-
gatum relictum, cessabit ea scriptura. quia hoc legatū & ini-
tiū & finem habet. sed & si sub condicione sit legatum reli-
ctum, potest dici cessare annuam adiectionem, quia dies in-
certus appellatur condicio, cui congruit quod Trebatius exi-
stimat, si cui legetur quando annorum viginti erit: vulgarem
hanc clausulam cessare. Item si legetur pecunia quæ in arca
est, vel vinum quod in apothecis est: dicendum est, cessare clau-
sulam. quoniam quotiens species legetur^f, cessare diximus. flegatur,
hanc autem scripturā non solum ad præcedentia ^gsola legata,
sed ad vniuersa quæ testamento adscripta sunt, extēdi Gallus
Aquilius, Ofilius, Trebatius responderunt. idq; verum est.

XXXI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum^l

SED & etiam ad ea quæ codicillis confirmatis postea legata^g sed & ad
fuerint, hæc clausula pertinet.

Repetita à substituto, intelliguntur repetita pure:
nisi aliud exprimatur.

XXXII. VLPIANVS libro vicefimo ad Sabinum^l

SI quis à filio pupillo herede instituto, cum is in tutelam suam venisset, pecuniam legauerit, & à substituto herede legata repetierat^h: impubere filio mortuo secundus heres legatum non debet, quod ita verum esse tam Sextus quām Pomponius putant^k, si repetitio legatorum ad eum modum concepta fit: veluti, QVAS A FILIO MEO LEGAVI,
QVAE QVE EVM DARE IVSSI SI MIHI HERES
ESSET: ID HERES MEVS ISDEM DIEBVS DA-
TO. sed si ita repetita fuerint^l, QVAS A FILIO MEO fuerint legat^m

ad demonstrationem

a prefari.

ad legatum

de esse phrasis Graecis.

• relatio

LE^GA^VI, HERES MEVS DATO: purè repetita videbuntur legata, & dumtaxat demonstratio eorum facta. igitur & hoc ipsum legatum de quo quæritur, præsens debebitur. Si quis plures Stichos habens Stichum legauerit: si non apparet de quo Sticho sensit, quem elegerit debet præstare^b. Si partiu-
lari ciusdicitur aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel conpen-
dium reipublicæ spectat: sine dubio debebitur.

*D*e re pluribus legata coniunctim, aut separatim.

XXXXIII. PAVLV^s libro tertio Regularum¹

SI pluribus eadem res legata fuerit, si quidem coniunctim: etiam si alter vindicet, alter ex testamento ager: non plus quam partem habebit is qui ex testamento ager. quod si separatim, si quidem euidentissime apparuerit, ademptione à priore legatario facta ad secundum legatum^c testatorem conuolasse: solum posteriorem ad legatum peruenire placet. fin autem hoc minimè apparere potest, pro virili portione ad legatum omnes venire. scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est^d, utrumque eorum solidum accipere voluisse. tunc enim vni pretium, alij ipsa res adsignatur. electione rei vel pretij seruanda ei qui prior de legato siue fideicommisso lité constatus est. ita tamen, vt non habeat licentiam altero electo ad alterum transfire.

XXXIV. VLPIANVS libro vicesimo primo ad Sabinum¹

Planè ubi transferre. Boluit legatum in nouissimum, priori non debebitur: tametsi nouissimus talis sit, in cuius persona legatum non constitut. at si coniuncti disiunctive cōmixti sint, coniuncti vnius personæ potestate funguntur.

Eadem res sapientius legata an semel tantum præstari debeat.

Si eadem res sapientius legetur in eodem testamento, amplius quam semel peti non potest. sufficitque vel rem consequi vel rei estimationem. sed si duorum testamentis mihi eadem res legata sit, bis petere potero: vt ex altero testamento rem consequar, ex altero estimationem. Sed si non corpus sit legatum, sed quantitas eadem in eodem testamento sapientius: Diuinus Pius rescripsit, tunc sapientius præstandam summam, si euidentissimis probationibus ostendatur testatorem multiplicasse legatum voluisse. idemque & in fideicommisso constituitur. eiusque rei ratio euidentis est, quod eadem res sapientius præstari non potest: eadem summa volente testatore multiplicari potest. sed hoc ita erit accipiendum, si non certum corpus numerorum sapientius sit relictum. utputa centum quæ in arca habet, sapientius legauit. tunc enim fundo legato esse comparandum credo. Sed si pondus auri vel argenti sapientius sit relictum, Papianus

f Quia in eodē testamento eadem summa bis a scripta est, creditur testator nō malit plicare eā reliquias, scilicet eā reliquias eis vnius ei suissimi semel ceatum quam quinquaginta bis a scribere sed repete, quid est reliqua esse se eam legesse. Diversi est ratione, si in testamento & eodē cillis a scripta sit. I. quinquaginta, supra de probat. & præsumpt. & constituitur.

rianus respondit, magis summæ legato comparandum, merito, quoniam non species certa relicta videatur. proinde & si quid aliud est, quod pondere, numero, mensura continetur, saepeius relictum: id est dicendum. Id est si p[ro]pius deberi si hoc testator voluerit. ¶ Q[uod] si rem emissem mihi legatam, usq[ue] ad pretium quod mihi abest, cōpetet inihi ex testamento actio. & multo magis hoc dicendum est, si duobus testamentis mihi adēres legata sit: sed^a alter me restituererrogauerit vel ipsam a falso rem vel aliud pro ea. aut^b si sub cōdicione legasset dandi quid pro ea. nam haec tenus mihi abesse res videtur quatenus sum præstaturus.

De coniunctione legatariorum.

Si coniunctim^c res legetur, coniurat partes^c ab initio fieri, nec solum hi partem faciunt, in quorum persona constituit legatum: verū hi quoque in quorum persona non constituit legatum. utputa si Titio, & seruo proprio fine libertate^d. Sed si in pupillari testamento alij eandem legauerit, quam mihi in suo testamento legauit: Julianus scribit, concursu partes nos habere, interim igitur partem habebit is cui in suo testamēto legauit. Si duobus sit legata^e, quorum alter heres institutus sit: à semetipso ei legatum inutiliter videtur. ideoq[ue] quod ei à se legatum est, ad collegatarium pertinebit. Inde dicitur, si duo sint heredes, unus ex vncia, alter ex vndecim vnciis, & eis fundus legatus sit: vnciarium heredem vndecim partes in fundo habiturum. coheredēm vnciam. Planè si alter ex legatariis heres extiterit heredi, à quo legatum erat relictum: non ideo minus partem collegatario faciet. retinet enim pro parte legatū. Si ita Titio legetur, **FVN DVM SEIANVM, VEL VSVM FRVCTVM EIUS SIBI HABETO:** duo esse legata. &^f arbitrio eius esse, an velit usumfructum vindicare. Sed & si quis ita leget Titio, **FVN DVM DO LEGO, VT EVM PRO PARTE HABEAT:** mihi videtur posse dici, partem habiturum. yideri^g enim fundi appellatione non totum fundum, sed partem appellas. nam & pars^h fundus videtur h partis fundi secundum recte appellatur.

XXXV. PAVLVS libro tertio ad Sabinum!

SI heres alienum hominem dare damnatus sit, & hic à domino manumissus sit: nihil ex hoc legato debetur.

Exceptio hic reicitur propter perplexitatem que ex ea nascitur.

XXXVI. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum!

TITIAE TEXTORES MEOS OMNES, PRAETER QVAM QVOS HOC TESTAMENTO ALII LEGA VI, LEGO. PLOTIAE VERNASⁱ MEOS OMNES, PRAETER QVAM QVOS ALII LEGAVI, LEGO.

CUM

b Intellige cōiunctio
hic legari, sive verbis
cōiunctis contingantur
sive verbis tantum. I.
vicia. q. fin. vers. Co.
c eadue. coll.
d Si verba ipsa suffi-
ciente sed finitamente
placuisse, tota & solida
ratio ab initio lega-
tur & intelligatur.
e partes concor-
santur sunt.
f legatur. Abundo
g yllegar.
h legatum.

f in arbitrio

g videtur

h partis fundi secun-
dum

i Osi epud veteris
verna diffuerint,
Graece, Alex. ab
Alex. Gen. die. lib. 3.
sup. 28.

cum essent quidāl^a & lverne^b. Idem & textores: Labeo ait, quoniam nec quos Titiae textores non legauerit, aliter apparere possit, quām si cognitum fuerit quos eorum Plotie legauerit: nec quos Plotiae legauerit, possit: neutrius legato exceptos esse eos de quibus queritur. & ideo communes ambobus esse. hoc enim iuris est^b, & si neutrius legati nomine quicquā esset exceptum, quod si hoc modo esset legatū, T E X T O R E S O M N E S P R A E T E R V E R N A S : & rursus V E R N A S O M N E S P R A E T E R T E X T O R E S : qui & verna & textor esset, neutri fuisse legatum^c.

Coniunctio legatariorum.

Nihil distat^d, vtrum ita legetur, T I T I O E T M A E V I O : anita, T I T I O C V M M A E V I O . vtrumque eū coniunctim legatum videtur.

De periculo rei legatae.

Si alteri Stichum heres dederit, quem duobus dare damnatus fuerat: & antequam interpellaretur ab altero, Stichus mortuus est; heres non tenetur, quia nihil per eum factum intellegitur.

De legato generali.

x x v i i . v l p i a n v s libro viceſimo primo ad
Sabinum^e

L Egato generaliter relicto, veluti hominis^f: Gaius Caſius scribit id esse obſeruandum, ne optimus vel pefſimus accipiatur. quae ſententia rescripto Imperatoris noſtri & Diui Seueri iubatur. qui rescriperunt, homine legato actorem non poſſe eligi. Si de certo fundo ſenſit testator, nec apparet de quo cogitauit: electio heredis erit, quem velit dare. aut^f ſi apparet, ipſe fundus vindicabitur. ſed & ſi lancem legauerit, nec apparet quam: æquè electio eſt heredis, quā velit dare.

De acquisitione & repudiatione legati.

x x v i i i . p o m p o n i v s libro ſexto ad Sabinum^g

L Egatarius pro parte adquirere, pro parte repudiare legatū non potest. heredes eius poſſunt. vt alter eorum partem ſuam adquirat, alter repudiet. Si legatum nobis relictū conſtituerimus nolle ad nos pertinere: pro eo erit, quafī nec legatum quidē ſit. & ideo dicimus nec confuſas ſeruitutes, ſi forte prædium mihi legatum prædio meo debuerit ſeruitutes. & integrā furti actio manebit, ſi ſeruus legatus ſit leilcui no- mine furti agere poterit legatarius.

Quid preſtare debeat heres legatario.

x x v i i i . v l p i a n v s libro viceſimo primo ad Sabinū^h

C Vm ſeruus legatus^h in fuga ſeffet, vellonginquo absens, exigatur: operā preſtare heres debet, vt eam rē requirat: & pra-

a vere quos Plotie
vernas nou legauer-
rit, intelligi posuit:
b in ruris illis,

e legatos

d differt,

e homines

f aut

g ſed &

h qui la fugit

& præstet. & ita Iulianus scribit. nā^a & sumptum an in hanc rem facere heres deberet, Africanus libro vicesimo epistularū apud Iulianum quærerit. putatque sumptum præstandū. quod & ego arbitror sequendū. Fructus autem hi deducuntur in petitionem, non quos heres percepit: sed quos legatarius percipere potuit. & id^b in operis seruorum, vel vecturis iumentorum, vel nauis nauium dicendum. Quod in fructibus dicitur, hoc & in pensionibus urbanorum ædificiorum intellegendum erit. in usuratum autem quantitate mos regionis erit sequendus. iudex igitur usurarum modum æstimat^c, & statuet. ipsius quoque rei interitum post moram debet. Sicut in stipulatione, si post moram res interierit, æstimatio eius præstatur. Item partus ancillarum. & sacerdos fuerit legatus, & hereditas, vel legatum, vel quid per eum adquisitum sit:^d & vel hereditas, heres præstare debet.

*Si emptor venditori rem venditam ante traditionem legauerit,
quid iuris statuatur.*

- 2 Si Titius à me rem emiserit, & eandem mihi legasset antequam ei traderem: mox ei tradidero, & pretium reciperò: videtur quidem is prima facie rem mihi eam legasse, & ideo legatum non consistere. sed ex empto actione liberatus, vtique per legatum rem vindicare potero quam tradidi. sed si nondū erat solutum mihi pretium: Iulianus scrivit, ex vendito quidem me acturum, vt pretium exequar. ex testamento vero, vt rem quam vendidi & tradidi recipiam. Idem subiungit, si pretium quidem mihi erat solutum, rem autem nondum tradi-deram: ex testamento me agentem liberationem consequi. Idem^e Iulianus scribit, si fundū testator, quem ab alio emerat, mihi legauit: heredem cogendum mihi actionem ex empto præstare. scilicet si nondum res tradita fuerit vel defuncto vel heredi.

Exemplum iuris personalis.

- 3 Si quis alicui legauerit, licere lapidem cædere: quæsitū est, an etiam ad heredem hoc legatum transeat. & Marcellus negat ad heredem^f transmitti: nisi nomen heredis adiectum legatum^e gato fuerit. Heres cogitur legati prædii soluere vestigal præteritum, vel tributū, vel solarium, vel cloacarium, vel pro aqua forma.

Questio ex ambiguo.

- 4 Scio ex facto tractatum, cum quidam duos fundos eiusdem nominis habens legasset fundum Cornelianum, & esset alter pretij maioris alter minoris, & heres diceret minorem legatum, legatarius maiorem: vOlgo fatebitur^f, vtique minorem eum legasse, si maiorem non^f potuerit docere legarius.

Derebus que legari posseint.

a comparari
b comparatio

Constat etiā res alienas legari posse. vtique si parari^a pos-
sint. etiam si difficultis earum paratio^b sit. si verò Salustianos
hortos qui sunt Augusti, vel fundūm Alvanum qui princi-
palibus vībus deseruit, legauerit quis: furiosi est talia legata
testamento adscribere. Item campū Martiū, aut forū Roma-
num, vel ædem sacrā legari non posse constat. sed & ea prædia
Cæsaris, quæ in formam patrimonij redacta sub procuratore
patrimonij sunt, si legentur: nec æstimatione eorum debet præ-
stari. quoniam commercium eorum nisi iussu principis non sit,
cum distrahi non soleant.

x l. i d e m libro secundo Fideicommissorum¹

Sed si res aliena, cuius commercium legatarius non habet,
sei cui ius possidendi non est, per fideicommissum relinqu-
atur: puto æstimationem deberi.

x l. i d e m libro vicensimo primo ad Sabinum¹

Cetera igitur: præter hæc videamus, & quidem corpora
legari omnia, & iura, & seruitutes possunt. sed ea quæ ædi-
bus iuncta sunt, legari non possunt. quia hæc legari non posse
senatus censuit Auiola & Pansa consulibus.

Senatusconsulti interpretatione.

d & quando

Tractari tamen poterit, si^c quando marmorā, vel columinæ
fuerint separatae ab ædibus, an legatum contrahescat. & si qui-
dem ab initio non constitut legatum, ex post factō non conuia-
lescit. quemadmodum nec res mea legata mihi, si post testa-
mentum factum fuerit alienata. quia vires ab initio legatum
non habuit. sed si sub condicione legetur, poterit legatum va-
lere. si existentis condicionis tempore mea non sit, vel ædibus
iuncta non sit: secundum eos, qui & em i rem meam sub con-
dicione, & promitti mihi stipulanti, & legari^e aiunt. primum
igitur legatum Catoniana regula impediet: condicionale nō.
quia ad condicionalia Catoniana non pertinet. Item quarti
potest, si quis binas ædes habens, alteras legauerit, & ex alte-
ris aliquid iunctum ei cui ædes legauit: an legatum valebit.
mouet questionem, quod ex senatusconsulto & constitutio-
nibus licet nobis ab ædibus nostris in alias ædes transferre
possessoribus earum futuris: id est non distracturis. & ita Im-
perator noster & Diuus Seuerus rescriperunt: numquid er-
go & legari possit ei, cui aliam domum legem^f? sed negandū
erit. quia cui^g legatum est, non est possessor futurus. Si
duobus^h domum legauerit Sempronianā, & ex ea alteri eo-
rum marmora ad exstructionem domus Seianæ quam ei le-
gauerat: non male agitabitur an valeat, quia dominus est
vtriusque legatarius. & quid si quis domum deductis mär-
moribus legauerit, quæ voluit heredem habere ad exstruendā
domum

legari posse

f legat
g cum

h duabus Caiis

domum quam retinebat in hereditate . sed melius dicetur in
 vtroque detractionem non valere . legatum tamen valebit, vt
 aestimatio eorum præstetur . Sed ^a si quis ad opus reipublicæ
 faciendum legauit, puto valere legatum . nam & Papinianus
 librovndeclimo responsorum refert, Imperatorem nostrum &
 Diuum Seuerum constituisse, eos qui reipublicæ ad opus pro-
 miserint ^b, posse ^c detrahere ex ædibus suis urbanis atque ru-
 sticis, & ^d id ad opus vti. quia hi quoque non promercij causa
 id haberent . Sed videamus, vtrum ei soli ciuitatis legari possit,
 in cuius territorio est: an & de alia ciuitat: in aliâ transferre ^e
 possit. & puto, non esse permittendū, quamquam conseruitū
 sit, vt de domo quam aliquis habet, ei permittatur ^f in domo ^g permitteretur
 alterius ciuitatis transferre . Hoc senatusconsultum nō tan-
 tum ad urbem, sed & ad alias ciuitates pertinet . sed & Diuorum
 fratum est rescriptum ad libellum Procli & Epitynchani
 ob de Vitum publicum desiderantium vt sibi distrahere per-
 mittatur. quod ^g eis ius distrahendi denegauerunt . Hoc sena-
 tusconsultum non tam ad ædes, sed & ad balinea vel aliud
 quod ædificium, vel porticus sine ^h ædibus, vel tabernas, vel
 popinas extenditur . Item ⁱ hoc prohibetur ^j {haec} legari,
 quod ^k non alias præstari potest^l, quam vt ædibus detraha-
 tur ^m, subducatur, id est marmora vel columnæ. Idem & in te-
 gulis, & in lignis, & ostiis senatus cœsunt . sed & in bibliothe-
 cis parietibus inhærentibus . sed si cancelli ⁿ sint, vel vela: legari
 poterunt. non tamen ^o fistulæ ^p vel castelli ^q. sed automataria ^r,
 aut si ^s qui canthari per quos aquæ saliunt, poterunt legari.
 maximè si impositicij sint . quid ergo in statuï dicendum? si
 quidem inhærent parietibus, non licebit . si vero aliæ existant,
 dubitari potest. verum ^t mens senatus plenius accipienda est:
 vt si qua ^u ibi fuerunt perpetua, quasi portio ædium, distrahi
 non possint. proinde dicendum est, nec tabulas ^v adfixas & pa-
 rietibus adiunctas, vel singula sigilla adæquata legari posse.

Sed si parabit quædam testator quasi translaturus in aliam
 domum, & haec legauit: dubitari poterit an valeat. & puto va-
 lere . sed si ea qua legauit, ædibus iunxit: extinctum erit lega-
 tum . sed si heres ea iunxit, puto non extingui.

X L I I . IDEM libro secundo Fideicommissorum!

Siue scit ^t, siue ignorauit.

X L I I I . IDEM libro vicefimo primo ad Sa- binum!

SEnatus enim ea qua sunt ædium, legari (non) permisit.
 Haec autem mortis tempore ædium non fuerunt . heres ergo
 aestimationem præstabat . sed si detraxerit, vt ^v præstiterit: pec-
 nis erit locus . quamuis vt non vendat detraxit, sed vt exsoluat.

Marcellus ^x etiâ scribit, si maritus diæta in uxoris hortis, quos
 in do-

^b promiserat,
^c posse quid
^d his ad opus. ^e ut
^f quoque ad id opus
^g e transferri

^h in ædibus.
ⁱ prohibentur
^k que
^l posse.
^m detrahantur.
ⁿ vel subducantur,

^o castella.
^o Automata: ea spe-
 ra sunt, qæc sua fôræ
 mereuntur, quæc
 sunt horologia. Ale-
 lib. 1. parerg. cap. 20.
^r ubi explicat quoque
 quid sunt castaria.
^p & cantari.
^q veru enim uerb
 mens senatuscon-
 sulti

^r si que ibi fue-
 rent perpetuo
^s tabulas ædium

^t scivit, que

^v & præstiterit: ad.
^v vt præterit.

^x Eadem eius sen-
 tentia est. Marcell-
 bus. de dñis. nro
 vie, & yrce. suprd.

a fecerat, fecerit:
posse est.
b neque hoc
c Cuius mense se
l casera, sup. eod.

d erit.

in dotem acceperat³, fecerit: posse eum hæc detrahere quæ
vñi eius futura sint, sine mulieris tamen damno. nec^b ad hoc
*ei * senatus consultum^c futurum impedimento. ergo si non
est ei obfuturum, quo mintus detrahatur: dici oportebit, posse
eum hæc legare quæ detrahere potest. Legatum in aliena²
voluntate poni potest: in hereditate non potest. Qui ab ho-
stibus redemptus est^d, legari si Vi poterit. & proficiet lega-
tum ad liberationem vinculi pignoris, quod in eo habuit qui
redemit.

De peculio castrensi.

X L I I I I . I D E M libro vicefimo secundo ad Sa-
binum¹

S Eruum filij sui castris peculij legare pater potest. & si vi-
uo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium re-
mansit: constitit legatum. cum enim filius iure suo non vitetur,
retro creditur pater dominium in seruo peculiari habuisse.

Si quis rem sibi legatam ignorans adhuc legauerit, postea²
cognouerit, & voluerit ad se pertinere: legatum valebit. quia
vbi legatarius non repudiat, retro ipsius fuisse videtur,³ ex
quo hereditas adita est. si vero repudiauerit, retro videtur res⁴
repudiata fuisse heredis. Si pocula^f quis legauit, & massia²
facta est, vel contra item filana legetur, & veltimentum ex ea
fiat: Iuliantus libro^g trigesimo secundo *digestorum *scripsit,
legatum in omnibus suprascriptis consistere. & deberi quod
exitat. quam sententiam puto veram. si modò non mutauerit
testator voluntatem. sed & si lancem legauit, & massam fecit,
mox poculum: debebitur poculum. durante scilicet voluntate.

Si area legatae domus imposita fit, debebitur legatario. nisi
testator mutauit voluntatem. Eum, qui chirographum le-
git, debitum legare, non solum tabulas, argumento est ven-
ditio. nam cum^h chirographa veneant, nomen venisse vide-
tur. sed et si nomen legetur, benignè id quod debetur, accipien-
dum est: ut actiones aduersus debitorem cedantur. Si idem⁵
seruus & legatus & liber esse iussus sit, interdum procedere so-
lum legatum poterit. vtputa si in fraudem creditoris data erit
libertas. vel si is sit seruus, qui in perpetuam seruitutem venie-
rit. idem erit, vel si seruus sit forte pignoridatus. Si statulibe-
rum heres legauerit, expediet heredi ipsum statuliberum præ-
stare magis quam aestimationem. etenim aestimationem^h ve-
ramⁱ prætavit. ipsum vero si dederit, existente conditione ul-
lum sentiet damnum. iam enim aestimatio postea non peti-
tur ab eo hominis liberi. Si duos fundos habens testator, al-
terius mihi vsumfructum, alterum Titio leget: aditum mihi
legatarius non debebit, sed heres cogiturⁱ redimere aditum,
& præstare.

e videtur res.

f Coniunge l. recti-
mentum de auro &
arg. leg.
g libro vicefimo.
secundo

h sententia

i cogitur

X L V . P O M P O N I V s libro sexto ad Sabinum¹

S I à substituto pupilli ancillas tibi legasset, easque tu à pupillo emisses, & antequā scires tibi legatas esse, alienaueris^a, ^{a alienasset;} utile legatum esse Neratius & Aristo & Ofilius probant.

Qualis praestari debeat res legata.

1 Heres generaliter dare damnatus, sanū eum esse promittere non debet. sed furtis & noxiis solutum esse promittere debet. quia ita dare debet, vt eum habere liceat. sanitas autē serui ad proprietatem eitis nihil^b pertinet. sed ob id quod furtū fecit seruus, aut noxam nocuit, evenit quo minus eum habere domino liceat. sicuti ob id quod obligatus est fundus, accidere possit, vt eum habere domino non liceat. Si vero certus homo legatus est, talis dari debet, qualis est.

X L V I . I D E M libro nono Epistularum¹

Q Vae de legato dicta sunt, eadem transferre licebit ad eum, qui vel Stichum vel hominem dari^c promiserit. ^{c dare}

Quando & ubi debeat solvi legatum.

X L V I I . V L P I A N V S libro viceclimo secundo ad Sabinum¹

C Vm res legata est, si quidem propria fuit testatoris, & copiam eius habet heres: moram facere non debet. sed eam praestare^d. Sed si res alibi sit, quam vbi petitur: primum quidē constat, ibi esse præstandam, vbi relicta est. nisi alibi testator voluit. nam si alibi Boluit, ibi præstanda est; vbi testator voluit, vel vbi verisimile est eum voluisse. & ita Julianus scripsit tam in propriis quam in alienis legatis. Sed si alibi relicta est, alibi^e autem ab herede translata est dolo malo eius: nisi ibi præstetur vbi petitur, heres condemnabitur doli suinomine. ceterum si sine dolo, ibi præstabitur, quo transtulit. Sed si id petatur, quod pondere, numero, mensura continetur: si quidem certum corpus legatum est, veluti frumentū ex illo hordeo, vel vinum ex apotheca illa: ibi præstabitur, vbi relictum est. nisi alia mens fuit testantis. si vero non fuit certa species, ibi erit præstandum, vbi petitur. Itaque si Stichus sit legatus, & culpa heredis non^f pareat: debebit aestimationem eius prestat. sed si culpa^g nulla interuenit, cauere heres debet de restituitione serui. non aestimationem præstare^h. Sed & si alienus seruus in fuga sit sine culpa heredis, idem dici potest, nam & in alieno culpa admitti potest. cauebit autem sic, vt si fuerit adpræhensus, aut ipse, aut aestimatio præstetur. quod & in serbo ab hostibus capto constat. Sed si Stichus, aut Pamphilus legetur, & alter ex his vel in fuga sit, vel apud hostes: dicendum erit, præsentē præstari, aut absentis aestimationem. totiens enim electio est heredi committenda, quoties moram non est facturus legatario. qua ratione placuit, & si alter deceaserit,

Pars v.

5

I

alterum

ⁱ praestare absque mora: qui intercedente viatura & omnem voluntatem præstari, Sabinus ait. Sed si res

^e alio
^f translata dolo
malo: nū

^g non compareat.
^h non appareat.
li culpatus
i debet
k præstare. Idem
& in aliis in rem actionibus Inlinus putat. Sed

a in potestate

alterum omnimodo præstandū. fortassis vel mortui pretiū. sed si ambo sint in fuga, non ita cauendum, vt si in ^apotestate ambo redirent: sed si vel alter. & vel ipsum, vel absentis æstimationem præstandam. item si res aliena vel hereditaria sine culpa heredis perierit, vel non cōpareat: nihil amplius, quām cauere eū oportebit. sed si culpa heredis res perit, statim damnandus est. Culpa autem qualiter sit æstimanda, videamus. an non solū ea quae dolo proxima sit, verū etiam que leuis est, an ^bnumquid & diligentia quoque exigenda est ab herede. quod verius est.

De periculo rei legate,

c Mira exempla.
ceterum que chasmati
perierunt, signaque
imminentes huius pe-
tienti & remedii,
vide apud Plin. nat.
cauif. lib. 2. capo.
61. Et seq.

Item si fundus chasmate perierit, Labeo ait, vtique æstimationem non deberi. quod ita verum est, si non post moram factam id cuenerit, potuit enim cum acceptū legatarius vendere.

Actio in factum ex bono & aequo.

XLVIII. POMPONIUS LIBRO SEXTO AD SABINUM

Si heredis seruus rem legatam ignorante domino subtraxisset, & vendidisset: ^d Atilicus in factū dandam actionem, vt vel noxae seruum dederet dominus, vel ex peculio præstaret quod ex venditione eius rei haberet. Si vnu ex heredibus seruum legatum occidisset, omnino mihi non placet coheredem teneri, cuius culpa factum non sit ne res in rerum natura sit.

Interpretatio verborum.

XLIX. VLPIANVS LIBRO VICESIMO TERTIO AD SABINUM

f Coniunge l. cūm
filio filiilo. s. de
leg. j.
g Marianus
h Et cūm sic reli-
gium est,
i ad quattuorde-
cim annos

Si cui flegetur, cum quattuordecim annorum erit: certo iure vtimur, vt tunc sit quattuordecim annorum, cum impleuerit. & ita Imperatore decreuisse Marcellus scripsit. Ergo ^h cum esset sic religium, c v m a d Q Y A R T V M D E C I M V M ⁱ A N N V M P E R V E N I S S E T , A N N V A , B I M A , T R I M A D I E , & decem & septem annorum mortis tempore inueniatur: præsens legatum erit. proinde si quindecim annorum, consequenter dicemus post biennium deberi. si sedecim, post annum debebitur. si menses defint ad septimumdecimum annum, residuis mensibus debetur. ^k hæc ita, si putans minorē esse quattuordecim annorum, cum iam excessisset, sic legavit, si vero scit, triennium ad legati præstationem ex die testamenti facti numera vimus. Hoc autem legatum & condicionale est, & in diem condicionale tamdiu, quamdiu quartusdecimus annus sit completus, postea in diem. & ideo si quidem ante quartumdecimum annum decresserit, ad heredem nihil translat. certe postea ad heredem transfert. quod si testamenti facti tempore minor quattuordecim annis filius inue-

k est tamdiu,

l criterum

inueniatur, puto tempus A N N V A B I M A T R I M A D I E præstationis ex die completi quartidecimi anni statim cedere. nisi euidens alia mens probaretur testatoris aliud sentienti-

tis. Si Titio^a decem quæ ego debeo legauero, & rogauero ^{a Conlunge l. 3. de lib. leg.} eadem creditori^b præstare: fideicommissum quidem in creditori^c persona^d non valet. quia nihil eius interest. heres vero po- ^{b meo creditori præstari:}

test cum legatario agere. quia ipsius interest creditori solui, ne ^{c personam} eum conueniat. ergo propter hoc valebit legatum. Sed si te- ^{d Subaudi. passim.}

stator decebat mihi sub fideiussore debuit, fideicommissi peti- ^{e Augu. lib. 4. c. viad.}

tio non solùm heredi, sed & fideiussori cōpetit. interest enim ^{f in ipsius}

eius solui mihi, quād ipsum cōuentum mandati actionem ^{g querit.}

intendere. nec interest, soluendo sit, nec ne. Julianus^h libro ^{g in vulg. initio et. cap. 15.}

trigesimo nono digestorum scribit, si fideiussor creditori le- ⁱ

galisset quod ei deberet, an legatum valeret. & ait, creditoris ^j

quidem nihil interesse, verū debitorem habere ex testamen- ^k

to actionem. interest enim ipsius liberari. quippe conueniri ^l

a fideiussoris herede non poterit. quod si idem fideiussor Ti- ^m

titio leget, & fidei eius comiserit, ut creditori soluat: & debi- ⁿ

tor & fideiussoris heres agere cum Titio ex causa fideicom- ^o

missi poterunt. quia vtriusque interest legatarium soluere. ^p

Venditio non est sine pretio.

s Meminisse autem oportet eum qui damnatur^q hoc solum, fundum vēdere: non gratis damnari hoc facere. sed hoc solum vt vendat vero pretio. quod si certo pretio sit damnatus facere, necesse habebit tanti vendere, quanti damnatus est.

L. I D E M libro vicensimo quarto ad Sabinum!

S I seruus pluriū sit, pro dominij portione legatum ei reli- ^r

ctum adquiret.

Sententia lata contra heredem an noceat legatariis.

1 Si hereditatis iudex contra heredem pronuntiauerit non agentem causam, vel lusorie^s agentem: nihil hoc nocebit ^t collusorib^l legatariis. quid ergo si per iniuriam fuerit pronuntiatum, non tamen prouocabit^u iniuria ei facta non nocebit legatariis, vt & Sabinus significat, si tamen secundum substitutum pronuntiet, an ille legatariis teneatur, videamus. & cum ius facit hæc pronuntiatio, quod attinget ad ipsius personā, num quid legatariis teneatur. nec enim tam inprobè causari po- ^{i & tenetur: nec} test, secundum se iudicatum pet^z gratiam, respondebit igitur

2 & legatariis, vt creditoribus. Si quis ante questionem defamilia habitam adierit hereditatem, vel necem testatoris non defenderit, legatorum persecutio adierius fiscum locum ha- ^{k eius}bet. quid tamen si fiscus bona non adgnoscat^z ex necessitate redundabit onus legatorum ad heredem. sed si subiecit dela- ^l

torem sibi, vt ei^z hereditas adiudicetur^l, & oneribus careret, ^{I adiudicaretur}

vel minus plenè defendit causam: non se exonerat. **exemplum**
eius qui collusoriè de hereditate litigavit.

Coniectura voluntatis.

Sinumerus nummorum legatus sit, neq; appetet quales sunt legati: ante omnia ipius patris familias consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, exquirienda est. sed & mens patris familiae, & legatarij dignitas, vel caritas, & necessitudo. item earum quæ præcedunt, vel quæ sequuntur, summarum scripta sunt spectanda.

L I . P A P I N I A N V S || libro quarto Quæstionum

Sed si certos nummos, veluti quos in arca habet^b, aut certam lancem legauit: non numerata pecunia, sed ipsa corpora nummorum, vel rei legatae continentur. neq; permutatione^c recipiunt. & exemplo cuiuslibet corporis estimanda sunt.

L III . P A V L V S || libro quarto ad Sabinum^d

Si cui^d serui omnes cum peculio legati sint, etiam hi serui debentur, qui nullum peculium habent.

Legatum à substituto repetitum.

Si à filio iNpubere sub condicione legatum sit, & filius heres exstitit^e, deinde mortuus est: potest dici patrem familias, qui à filio sub condicione legauit, à substituto purè repetit^f, statim voluisse à substituto dari, si filius pendente condicione decessisset.

L III I . V L P I A N V S || libro vicesimo quinto ad Sabinum^g

Quid ergo si maiorem quantitatem à substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à substituto relictum est. quod verò concurrit cum summa superioribus tabulis inscripta, inde debetur. sed si^g repetierit legatum cum alio^h, fortè fundum mihi legauerat ab impubere, i repetit hunc ab impuberis herede mihi & Seio: repetitio hæc efficiet, ut pars mihi debeatur.

De rebus legata eidem.

Si quis duos heredes scripsierit, & damnauerit unum quemque solidam rem legatario praestare: idem est, atque si duobus testamentis legatum esset. nam & si mihi & filio, vel seruo meo esset eodem testamento legatum: fine dubio valeret legatum utriusque, vt & Marcellus apud Julianum ad Icit.

Quid praestet heres legatario.

Si heres hominem legatum occidit ob facinus, **I** hoc est merentemⁱ sine dubio dicendum erit, eum ex testamento non teneri. sed si noxae dedit, an teneatur, quia potest redimere? & puto teneri. sed si animal legatum occiderit, puto teneri, non vt carnem præstet vel cetera **A E I Y A N A**, sed vt præstet pretium, quanti esset si viueret. Item si ædes legatas ob damnum infectum possideri passus est, puto eum teneri

a eorum, que

b habeo,

c Hoc est quod Paulus videtur dixisse l.
2. de reb. cred. supr.
functionem recipere.
d Coniuge l. 3. de
pecu. leg. l. 1. de instru.
leg.

e extiterit,

f repetit,

sed & si
cum aliis foris
& repetit

4 teneri. debuit enim repromittere. Sed si mortuum intulit, fecitque religiosum locum legatum: si quidem patrem familias intulit, cum aliò inferre nō posset, vel tam oportunè non haberet: ex testamēto non tenebitur. an verò teneatur, vt pretium loci præstet?¹ & si quidem ipse pater familias illò inferri voluit, ex testamento non tenebitur. quod si heres intulit suo arbitrio, debebit præstare, si sit in hereditate vnde pretiū præstetur. testator enim qui legauit, vel aliò inferri voluit, vel **5** pretium loci legatario offerri. Item si seruum non ipse occidit, sed compulit ad maleficium, vt ab alio occideretur, vel supplicio adficeretur: æquissimum erit pretiū cum præstare. quod si sua mala mente ad hoc processit, cessa Vit æstimatio. Seruus legatus si ab hostibus captus sit sine dolo heredis, non præstabitur. si dolo, præstabitur.

Exemplum legati inutilis.

L V I I I . P O M P O N I V s libro octauo ad Sabinum¹

TUrpia legata, quæ denotandi magis legatarij gratia scribuntur, odioscribentis pro non scriptis habentur.

Species, in quibus legatum debetur conditione non existente.

Si Titiae legatum relictum est, si arbitratu Seii nupsisset: & viuo testatore Seius decessisset, & ea nupsisset: legatum ei **1** deberi². Sed & si serui mors impeditisset manumissionem, a debet debitur. cum tibi legatum esset, si eum manum ISSes: nihilo minus debetur tibi legatum. quia per te non stetit, quo minus per **2** ueniat ad libertatem. Si pars heredum nominata sit in legendando, Biriles partes heredes debent. si verò omnes, hereditarias.

L V . I D E M libro nono ad Sabinum¹

NEMO^b potest in testamento^c suo cauere, ne leges in suo **b** Coniunge tamen de pactis.
testamento locum habeant. quia nec tempore, aut loco, **c** Pulchrit in hanc sententiā Plato dial.
aut condicione finiri obligatio hereditum nominis legatorum nomine **d** de leg. vbi testa-
potest. **e** taurum aduersus legumlatores queri-
moniae refert.

Qualis præstari debet res legata.

L VI . I D E M libro quartodecimo ad Sabinum¹

SI legati serui nomine stipuletur legarius, fugitiuum eum non esse præstari: nihil veniet in eam stipulationem. quia qualis fit, talis ex testamento præstari debet, nec ullum in legato damnum facere intellegeretur^d.

An heres rem obligatam liberare debeat.

L VII . V L P I A N V s libro trigesimo tertio ad Sabinum¹

SI res obligata per fideicommissum fuerit relicta: si quidem scit eam testator obligatam, ab herede luenda est. nisi si animo alio fuerit. si nesciat, à fideicommissario. nisi si vel hanc vel alia rem relicturus fuisset, si scisset obligatam.

a vel nō non vel potest aliquid esse superfluum exsoluto ære alieno. Quid si testator eo animo fuit, ut quamquam liberandorum prædiorum onus ad heredes suos pertinere noluerit, non tamen aperte utique de his liberandis senserit: poterit si deicommisarius per doli exceptionem à creditoribus, qui hypothecariam secum agerent, consequi ut actiones sibi exhibentur, quod quamquam suo tempore non fecerit, tamen per iurisdictionem prætidis prouinciae id ei præstabitur.

Desumptibus in rem legatam factis.

b Meli Halban, hac deo capita cōiuxit. Aug. lib. 3. cœl. ca. 2. **L V I I . P A P I N I A N V S** libro nono Responsorum! **D**omus hereditarias exustas, & heredis nummis extrudatas, ex causa fideicommissi post mortem heredis restitutas, viri boni arbitratus sumptu rationibus deductis, & aedificiorum aetatis examinatis, respondi.

L V I I I . V L P I A N V S libro trigesimo tertio ad Edictum!

Si modò nulla culpa eius incendium contigisset.

L X . I V L I A N V S libro trigesimo nono Digestorum

d In pte. Meli Legi- turatione, Aug. ibidem. **Q**uod si nulla retentione facta domum tradidisset, incerti condicione ei competit, quasi plus de vita soluerit.

L X I . P A P I N I A N V S libro hono Responsorum!

Sumptus autem in reficienda domu necessarios à legatario factos, petenti ei legatum, cuius postea condicio existit, non esse reputandos existimauit.

L X I I . P A V L V S libro quadragesimo primo ad Edictum!

Si ancilla cum liberis legata sit: & ancilla sola, si non sint liberi, & liberi soli, si non sit ancilla, debentur.

L X I I I . C E L S V S libro septuaginta decimo Digestorum!

Si ancillas omnes, & quod ex his natum erit, testator legauerit: una mortua Seruius partum eius negat deberi. quia accessionis loco legatus sit. quod falso puto. & nec verbis nec voluntati defuncti accommodata hæc SENTIA est.

L X I V . G A I V S libro quintodecimo ad Edictum prouinciale

e non: nec **C**aptatoris scripturæ simili modo neque in hereditatibus neque in legatis valent.

Interpretatio verborum.

L X V . I D E M libro primo de legatis ad Edictum prætoris!

f Aug. lib. 4. cap. 13. **S**i ita legatum sit, SEIO SERVOS DECEM DO PRAETER EOS DECEM QVOS TITIO LEGAVI: si quidem decem tantum inueniatur in hereditate, inutile est legatum. si vero ampliores, post eos quos Titius elegit, in ceteris

g præter eos

ceteris valet legatum: sed non in amplioris quam decem qui legati sunt. quod si minus sunt, in tantos, quam inueniantur.

ILLE, SI VOLET, STICHVM DO. condicionale est legatum. & non aliter ad heredem transit, quam si legatarius voluerit, quamvis alias quod sine adiectione s i v o l e t legatum sit, ad heredem legatarij transmittitur^b. aliud est enim b transmittatur, iuris, si quid tacite continetur: aliud si verbis exprimatur.

De domo legata.

Si domus fuerit legata, licet particulatim ita refecta sit, ut nihil ex pristina materia superlit: tamen dicemus, utile manere legatum. at si ea domu destructa aliam eodem loco testator edificauerit, dicemus interire legatum, nisi aliud testatorem sensisse fuerit approbatum^c.

c probatum.

Legatum de re emenda, aut vendend^a la.

LXVI. IDEM libro octauo decimo ad Edictum prouinciale^b

ET si aequo pretio emere vel vendere iussit heredem suum testator: adhuc utile legatum est, quid enim si legatarius, a quo emere fundum heres iussus est, cum ex necessitate eum fundum venderet, nullum inueniret emptorem? vel ex diuerso, quid si legatarij magni^d interest eum fundum emere: nec d magis aliter heres venditus esset, quam si testator iussisset?

Traditio rei legate differtur ex causa legitima.

LXVII. IDEM libro primo de legatis ad Edictum prætoris^b

SERUUS VNI ex heredibus legatus, si quid in hereditate malitiose fecisse dicatur, forte rationes interleuise: no aliter adjudicandus est, quam^e ex eo volentibus coheredibus quæstio equam vs habeatur. idem est & si extraneo fuerit legatus. Si ex pluribus heredibus ex disparibus partibus institutis, duobus eadē f & es res legata sit: heredes non pro hereditaria portione, sed pro virili id legatum habere debent^g.

g possunt.

Legatum filio, aut seruo relictum post mortem

patris, aut domini.

LXVIII. IDEM libro octauo decimo ad Edictum prouinciale^b

SI post mortem patris filio legetur, dum Vnum non est, quin mortuo patre ad filium pertineat legatum. nec interfit, an patri heres existenterit, nec ne. Sed si seruo post mortem domini relictum legatum est, si quidem in ea causa durabit, ad heredem domini pertineat. vsq^b adeo, vt idem iuris estⁱ, & si cestamento domini liber esse iussus fuerit. ante enim cedit dies legati, quam n aliquis heres domino exsistat. quo fit, vt hereditati adquisitum legatum, postea hered. aliquo exsistente ad eum hñque i sit.

pertineat: præter quām si suus heres aliquis aut necessarius domino ex eo testamento factus erit. tunc enim quia in vnum concurrit, vt & heres existat & dies legati cedat: probabilius dicitur, ad ipsum potius cui relictum est pertinere legatum, quām ad heredem eius à quo libertatem consequitur.

Si seruo legato aliquid legatum sit.

Si purè legatus seruus, sub condicione liber esse iussus fuerit: sub contraria condicione valet legatum. & ideo existente condicione legatum peremitur: deficiente, ad legatarium pertinebit. & ideo si pendente condicione libertatis legatus decesserit, posteaq; defecerit condicio libertatis: ad heredem legatarij non pertinet legatum. Quod si idem purè legatus sit, & ex die liber esse iussus erit: omnimodo inutile legatum est, quia diem venturam certum est. ita Julianus quoque sensit. vnde ait, si seruus Titio legatus sit, & idem post mortem Titij liber esse iussus fuerit: inutile legatum est, quia moriturum Titium certum est.

L X V I I I I . I D E M libro secundo de legatis ad Edictum prætoris!

Seruo legato legari posse receptum est: quod adita hereditate statim seruus adquiritur legatario, deinde sequetur legatum.

Alienatio rei sub condicione legata.

Si scruum sub condicione legati heres alienauerit, deinde condicio exsisterit: potest nihil minus à legatario vindicari. nec extinguitur legatum.

Aetio competit ei, cuius interest scriuani voluntatem defuncti.

Si testator quosdam ex heredibus iussit aës alienum solvere, non creditores habebunt aduersus eos actionem: sed coheredes, quorum interest hoc fieri. nec solum hoc casu alius habet actionem, quām cui testator dari*b* iussit: sed alio quoq; veluti si filia nomine genero aut sposo dotem dari iussit, non enim gener aut sponsus, sed filia habet actionem, cuius maxime interest.

Species legata debet dari qualis est: nisi aliud sit expressum.

(Si fundus qui legatus est,) scriptitum debeat impositam: qualis est, dari debet. quod si ita legatus sit, V T I O P T I M V S M A X I M V S Q V E: liber præstandus est. Seruus, qui in negotio fuerit, legatus, non ante tradi debet, quām rationes explicet. & si ad iudicium item sit, iudicis eadem partes esse debent.

Cautio de persequenda re legata.

Si res quæ legata est, an in rerum natura sit dubitetur, forte si dubium sit an homo legatus viuat: placuit agi quidem ex testa-

testamento posse, sed officio iudicis contineri, ut cautio interponeretur, qua heres caueret, eam^a rem persecuturum, & si nactus sit^b, legatario restituturum.

Qualis debeat tradi res legata.

LXXX. IDEM libro octauodecimo ad Edictum
provinciale

SI seruus Titi furtum mihi fecerit, deinde Titius heredem in instituto seruum tibi legauerit: non est iniquum talem seruum tibi tradi, qualis apud Titum fuit. id est, ut me indemnem praestes furti nomine quod is fecerit apud Titium. nam & si fundus, qui meo fundo seruiebat, tibi legatus fuerit: non aliter a me tibi praestari debeat, quam ut pristinam seruitutem recipiam^c. nec dissimile est ei qui mandato alicuius seruum emit, vel ei qui seruum redhibet, qui^d omnes non aliter restituere seruvi coguntur, quam ut ratio habeatur furti, quod ab eo seruo factum fuerit vel antequam negotium contraheretur, vel postea. quare & si post aditam hereditatem seruus legatus heredi furtum fecerit, ita praestari debebit, ut ob hoc delictum quasi litis aestimatio a legatario sufferatur heredi.

De domo generaliter legata.

LXXXI. VLPIANVS libro quinquagesimo prima
ad Edictum^e

SI domus alicui simpliciter sit legata, neque adiectum quae dominus^f: cogentur heredes quam vellet^g domum ex his, quas testator habebat, legatario dare. quod si nullas aedes reliquerit: magis derisorium est quam utile legatum.

An heres teneatur legatario de euictione.

- 1 De euictione an cauere debeat is qui seruum praestat ex causallegati, videamus. & regulariter dicendum est, quotiens sine iudicio praestata res legata euincitur, posse eam ex testamento peti. ceterum si iudicio petita est, officio iudicis cautio necessaria est, ut sit ex stipulatu actio.

Officium iudicis erga confitentem.

- 2 In pecunia legata confitenti heredi modicum tempus ad solutionem dandum est. nec vrgendum^h ad suscipiendum iudicium. quod quidem tempus ex bono & aequo prætorem

- 3 obseruare oportebit. Qui confitetur se quidem debere, iustum autem causam adfert, cur vtiq; praestare non possit: audiendus est. vtputa si aliena res legata sit, negetque dominum eam vendere, vel immensum pretium eius rei petere adfirmet. aut si seruum hereditarium neget se debere praestare: forte patrem suum, vel matrem, vel fratres naturales. æquissimum est enim concedi ei ex hac^k causa estimationem officio iudicis

- 4 praestare. Cum alicui^l poculum legatum esset, velletq; heres estimationem praestare, quia iniquum esse aiebat^m id separari in auct.

S I V à se:

^a eam se rem
^b effet.
^c recipias.
^d quia & ipsa
^e sit que
^f domus: cum da
^g certa domo testa-
tor senserit, non sa
men apparet do
qua:
^h quam domum
volent

ⁱ vrgendum
^j tempus obserua
dum, & in ceteris
esse didici, idq; ex

^k hac enu
^l cum verb
^m id separari in auct

asimperabat **S**e: non impetravit^a id à prætore. alia enim condicio est hominum, alia ceterarum rerum. in hominibus enim benignatione receptum est quod supra probabimus.

Legatum consistit propter ius quod defunctus in re habuit.

Si fundus municipum vectigalis ipsis municipibus sit legatus, an legatum consistat, petique possit, videamus. & Iulianus libro trigensimo ^b octauo digestorum scribit, quamvis fundus vectigalis municipum sit: attamen quia aliquod ius in eo is qui legauit habet, Balere legatum. Sed & si non municipibus, sed alijs fundi vectigalib[us] legauerit: non videri proprietatem rei legata, sed id ius quod in Vectigalibus fundis habemus^c.

LXXXII. P A V L V S libro quadragesimo octauo ad Edictum

Edictum

Si quis legauerit fundū Cornelianum, exceptis vineis quae mortis eius tempore erunt: si nullæ vineæ erunt, legato nihil decedit^d.

Qui iussus est facere, ut habeam, tenetur mihi dare.

LXXXIII. G A I Y S libro tertio de legatis ad Edictum prætoris^e

Si heres iussus sit facere ut Lucius centum habeat, cogēdus est heres centum dare, quia nemo facere potest ut ego habeam centum, nisi mihi dederit. Vicis legata perinde licere capere atque ciuitatibus, rescripto Imperatoris nostri significatur.

De legatis à substituto repetitis.

LXXXIV. V L P I A N V S libro quarto Disputationum

Licet Imperator noster cum patre rescripscit, videri voluntate testatoris repetita à substituto, quæ ab instituto fuerant relicta: tamen hoc ita erit accipendum, si non fuit eidens diuersa voluntas, quæ ex multis colligetur, an quis ab herede legatum vel fideicommissum relictum noluerit à substituto deberi. quid enim si aliam rem relinquit à substituto ei fideicommissario vel legatario, quam ab instituto non relinquerat? vel quid si certa causa fuit cur ab instituto relinquerat, quæ in substituto cessaret? vel quid si substituit ex parte fideicommissarium, cui ab instituto reliquerat fideicommissum in obscura igitur voluntate locum habere rescriptum dicendum est.

De legato in arbitrium aut voluntatem heredis collato.

LXXXV. I D E M libro quinto Disputationum

Si sic legatum vel fideicommissum sit relictum, SI AESTIMAVERIT H E R E S , SI C O M P R O B A B B R I T , SI AVSTVM gerit in manu.

freliquerat, &c.
relinquerat,

gerit in manu.

b lib. 33. lib. 29.

ddecedet.

e Coniunge l. 8. de
rsufr. lega.

SV S T V M P V T A V E R I T: & legatum, & fideicommissum debetur. quoniam quasi viro potius bono ei commissum est: non in meram voluntatem heredis collatum.

Eo, quod quis debet, ligato: an vtile sit legatum.

Si mihi quod Titius debet fuerit legatum, neque Titius debeat: sciendum est, nullum esse legatum. & quidem si quantitas non sit adiecta, evidenti ratione nihil debetur. quia non apparet quantum fuerit legatum. nam & si quid^b ego Titio debeo, ei legauerо quantum nō adiecta, constat nullum esse legatum. cum si decem quae Titio debeo, legauerо, nec quicquam Titio debeam: falsa demonstratio non peremitt^c legatum. ut in legato doris Julianus respondit. Quod si addiderit, **D E C E M Q V A E M I H I T I T I V S D E B E T L E-**
G O: sine dubio nihil erit in legato. nam inter falsam demonstrationem, & falsam condicionem siue causam multum interest. proinde & si Titio decem, quae mihi Seius debet, legauerо: nullum erit legatum. esse enim debitор debet. nam & si viuuus exegisset^d, extingueretur legatum: & si debitор maneret, actiones aduersus eum heres meus dumtaxat præstare cogeretur. Si quis ita stipulatus, **S T I C H Y M A U T D E-**
C E M, V T R V M E G O V E L I M, legauerit quod ei debeatur: tenetur heres eius ut præstet legatario actionem, electionem habituto, vtrum Stichū aut decem persequi malit. proinde si Stichum legauerit, eum ille ei Stichum aut decem debet: incerti actio legatario aduersus heredem competit, vt scripsit Julianus libro trigesimo tertio digestorum. per quam actionem compellat heredem experiri. & si Stichum consecutus fuerit, præstabat ei. si decem, nihil consequetur. secundum quod erit in arbitrio debitoris, an sit legatarius is cui Stichus legatus est.

L X X V I. I V L I A N V S libro trigesimo quarto Digestorum^e

Quod si quis Stichum aut Pamphilum stipulatus, Sempronio Stichum legasset, Maximo Pamphilum: oneratus heres intelligitur, ut necessitate habeat alteri actionem suam, alteri estimationem Stichi aut Pamphili dare.

A quo relinqui possit fideicommissum.

L X X V I I. V L P I A N V S libro quinto Disputationum
Si pecunia fuit deposita apud aliquem, eiusq; fidei commissum, ut eam pecuniam præstet, fideicommissum ex rescripto Diui Pij debetur, quasi videatur heres rogatus remittere id devisor. nam si conueniatur debitор ab herede, dolus exceptione uti potest. quae res vtile fideicommissum facit. quod cum ita se habet, ab omni debitore fideicommissum relinquere potest.

a Qui decem, que debet, legat, id legat, quod potest, nimbus enim decem: nam inhereditate nihil nisi decem esse apparet. At qui decem legat, que sibi debentur, si debitor legat, in persona eius liberatorem, si alii actionem ad ea decem petenda legata intelliguntur. Porro que liberatio in ea intelligi potest, qui non tenetur, neq; adiutor suis cum, qui nihil debet, illa actio est.

Quod sit, ut quia id legatum est, quod non sit, ideo nihil siam quod debeatur. Ceterum ubi de re constabit, que est, eaq; in rerum natura erit, non quam demonstratio falsa nocebit. Denique ubi certe subsistit, non propter demonstrationem falsam, sed propriam, legatum nullum est.

b quod e perimae d exegisset,

^a Cennage l. 9. de
ruf. leg.

LXXXVIII. IDEM libro octauo Disputationum¹

F Ideicommissum quod a legatario relinquitur, ita demissa ab eo debetur, si ad legatarium legatum peruererit.

LXXXIX. IVLIANVS libro quinto Digestorum

S I^b quis testamento suo Titio & Seio decem dari iussierit, nullam haec verba recipiunt ambiguitatem: ut dene^c dixisse Id est, singulu decet. videatur, qui decem dixit.

^b Heres leges mar-
ti apud Hesandri
edimuntur sive.
^c Id est, singulu decet.
Accur. & Baro, non
reli^e volunt, dene,
semper viginti signifi-
care. Aug. 8. lib. 3.
etend. cap. 2.

LXXX. APPENDIX Julianu libro trigesimo secundo Di-
gestorum Marcellus notat

I S qui sola triginta relinquenterat, Titio triginta legauit, Seio viginti, Maeuio deceim. Massurius Sabinus probat, Titium quindecim, Seium decem, Maeuium quinq; consecuturos. ita tamen, ut ex his pro rata portionis Falcidiæ satishat.

LXXXI. IVLIANVS libro trigesimo secundo Di-
gestorum

S I fundum sub condicione legatum heres pendente cōdicio-
ne sub alia condicione alij legasset; & post existentem con-
dicione, quæ priore testamento præposita fuisset, tunc ea
condicione sub qua heres legauerat existisset; dominium a priori
legatario non discedit. Si seruo communis res legata fuis-
set, potest alter dominus agnoscere legatum, alter repellere,
nam in hanc causam seruus communis quali duo serui sunt.

STICHVM SEMPRONIUS D 9 LEGO. SI SEM-
PRONIUS STICHVM INTRA ANNVM NON MA-
NVM ISERIT, EVNDEM STICHVM TITIO DO-
GO, quæ situm est quid juris esset. respondi, Sempronium in-
teriorum totum habiturum. & si quidem intra annum manumis-
sisset, liberum eum effecturum. si autem hoc non fecisset, to-
tum ad Titium pertinere.

Interpretatio voluntatis.

Quifundum excepto ædificio legat, appellatione ædificij³
aut superficiem significat, aut solum quoq; cui ædificium su-
perpositum est, si de [†]soli superficie exceperit, nihilo minus
iure legati totus fundus vindicabitur. sed exceptione dolii ma-
li posita, consequetur heres id, vt sibi habitare in villa liceat,
in quo inerit, vt iter quoque & actum in ea habeat. si vero so-
lum quoq; exceptu fuerit, fundus excepta villa vindicari de-
bet, & seruitus ipso iure villæ debebitur. no secus ac si duo-
rum fundorum dominus alterum legauerit ita vt alteri serui-
ret, sed inclinandum est, testatore in etiam de solo cogitasse, fi-
ne quo ædificium stare non potest.

Legatum ab ipso ex hereditibus relictum pro
portione hereditaria.

Si libertus patronus rex septunce heredem scripsiterit, alios 4
ex ceteris, & ita legauerit, QVIS QVIS MIHI ALIVS EX
SUPRA

dia hac causa

† sola

SUPRASCRIPTIS CVM PATRONO MEO HERES ERIT, ^a SERVOS ILLVM ET ILLVM TITLO ^{a ab eo seruos} LEGO, Q^{VO}S AESTIMO SINGULOS VICENIS AVREIS: intellegendum erit à coherede patroni duimtaxat legatum datum. & ideo Titium non amplius quincuncem in seruis vindicare posse. adiectio autem illa, Q^{VO}S AESTIMO SINGULOS VICENIS AVREIS, non mutat legati condicionem, si legis Falcidiæ rationem habere oporteat. nihil minus enim verum pretium seruorum in aestimatione in deducetur.

Acceptatio pro solutione.

5 **TITIO FUNDVM DO LEGO, SI HEREDI MEO DECIM DEDERIT.** si decem heres Titio debuisset, & ea Titius accepta ei fecisset: fundum vindicare potest.

De acquisitione ligati.

6 Si Titius, cui Stichus legatus fuerat, antequam sciret ad se legatum pertinere decesserit, & eundem Seio legauerit, & heres Titij legatū non repudiauerit: Stichum Seius vindicavit.

7 Si paterfamilias ab impubere filio Titio fundum legauerit, & à substituto eundē eidem Titio, & pupillus patri heres exstiterit: siue vindicauerit Titius legatum, siue repudiauerit, quamvis filius impubes decesserit, à substituto vindicare non poterit. hoc enim quod rursus à substituto legatur, perinde habendum est, ac si repetita ^b legata essent. quare & si purè à filio, sub condicione à substituto legatum fuerit: perinde omnia seruabuntur, ac si tantum à filio legatum fuisset. contra autē, si à filio sub condicione, à substituto purè legatū fuerit, & pupillus pendente condicione decesserit: ex substitutione sola legatū valebit.

^b ac si repetitum
efficerat legatum,

8 His verbis LVCIO ET TITIO EORVM-
VE CVI FUNDVM DO LEGO, ut ille legatur. & si vtri-

9 que ^c vixerint, vtriq;: si alter, alteri * totum * debebitur. Cum ^c vterque vixerit.

statuliber sub condicione legatus est, & pendente condicione legati condicio statutæ libertatis deficit: legatum utile fit. nam sicut statuta libertas tunc pereimit legatum, cum vires accipit: ita legatum quoque non ante pereimit potest, quām dies cesserit eius.

A filio impubere legatus, & à substituto liber esse iusflus, si quidem pupillus ad pubertatem peruererit: ab eo cui legatus fuerat vindicavitur. mortuo vero pupillo libertas competit. longe magis hoc seruari conueniet, si idē seruus sub condicione ab impubere legatus fuerit, & pendente condicione filius intra pubertatem decesserit.

Interpretatio regula de causa lucrativa.

LXXXII. IDE MILLIBRO TRIGESIMO TERTIO Digestorum!

N^{on} ^d quocunque modo fili legatarij res facta fuerit, die ^a Coniugio. omnes
cedente obligatio legati extinguitur. sed ita, si eo modo ^{de obligo. ex alio}
fuerit

fuerit eius, quo auelli non possit. ponamus rem quæ mihi purè legata sit, accipere me per traditionem die legati cedente ab eo herede, à quo eadem sub condicione alij legata fuerit. nempe agam ex testamento. quia is status est eius, ut existente condicione discessurum sit à me dominium. nam & si ex stipulatione mihi Stichus debeatur, & is eū sub cōdicatione alij legatus esset, factus fuerit meus ex causa lucrativa: nihilo minus existente condicione ex stipulatu agere potero. Si ex bonis eius, qui reipublicæ causa aberat, rem vnu adquisierim: & ea antequam euinceretur, mihi legata sit^a, deinde postea euincatur: rectè ex testamento petam eam mihi dari oportere. Fundus mihi legatus est. proprietatem eius fundi redemi detraēto usufructu. postea venditor capite minutus est, & usufructus ad me pertinere coepit. si ex testamento egero, iudex tanti item aestimare debebit, quantum mihi aberit. Marcellus: idem erit & si partem redemero, ^b pars mihi legata est, aut donata. partein enim dumtaxat petere debebo. Iulianus: quod si legatum mihi est quod ex Pamphila natum erit, ^c ego Pamphilam mercatus sum, & ea apud me peperit: non possum videri partum ex causa lucrativa habere. quia matrem eius mercatus sum. argumentum rei est, quod euictio eo actio ex empto competit.

De duobus reis.

Qui Gaium & Lucium eiusdem pecuniae feos habebat, si ita legauerit, Q V O D M I H I G A I V S D E B E T, ID H E R E S M E V S S E M P R O N I O D A M N A S E S T O D A R E S: Q V O D M I H I L V C I V S D E B E T, ID H E R E S M E V S M A E V I O D A M N A S E S T O D A R Y: eam condicione heredis^d sui constituit, vt is necesse habeat alteri actiones suas, alteri litis aestimatione præstare. si tamen viuus testator Gaio acceptum fecit, necesse est ut Sempronij & Mæuij legatum inutile sit.

De alternatione.

Cum mihi Stichus aut Pamphilus legati fuissent diorum 4 testamentis, & Stichum ex altero testamento cōsecutus fuisset, ex altero Pamphilum petere possum. quia & si uno testamento Stichus aut Pamphilus legati fuissent, & Stichus ex causa lucrativa meus factus fuisset: nihilo minus Pamphilum petere possem.

De parte legata.

LXXXIII. MARCELLVS libro tertio decimo Digestorum¹

*T*Itius Stichi partem tibi legauit. eiusdem Stichi partem Scius tibi legauit. ex utriusque testamento consequens.

Devī

De vi condicione que in cauendo consistit.

XXXXIII. IULIANVS libro trigesimo tertio Di-
gestorum

Huiusmodi legatum, si TITIVS HEREDI MEO
CAVERIT CENTVM MAEVIO SE DATVR VM,
ET HERES MEVS TITIO CENTVM DATO: vtile legatum est, quemadmodum quod alicuilegatum ex causa fi-
deicommissi restituatur. Eadem ratione hoc quoque legatū
vtile sit. si TITIVS HEREDI MEO CAVERIT SE
IN MVNICIPIO EX CENTVM AVREIS OPVS FA
CTVR VM: TVM EI CENTVM AYRROS HERES
MEVS DARE DAMNAS ESTO.

Concursus causarum lucratuarum an ad-
mittendus.

- 1 Si Sempronius Titii heredē instituerit, & ab eo post bien-
nium fundum dari iussit Maevio, Titius deinde ab herede
suo eundem fundū Maevio præsenti die legauerit, & Maevius
pretium fundi ab herede Titij acceperitis ex testamento Sem-
pronij fundum petere velit, exceptione repellri poterit, si pre-
tio fundi contentus non erit.

Debitor generis re oblata perempta liberatur.

- 2 Si cui homo legatus fuisse, & per legatarium stetisset, quo
minus Stichum, cum heres tradare volebat, acciperet: mortuo
Sticho exceptio doli mali heredi proderit.

Actio ex testamento durat ad rem, si res est tradita legatario,
non tamen perfecte.

- 3 Aedes quibus heredis ædes serBebant, legatæ sunt traditiæ
legatario nō imposta scrutute. dixi, posse legatarium ex
testamento agere. quia non plenum legatum accepisset, nam
& cum qui debilitatum ab herede seruum acceperit, rectèlex^t
testamento agere.

De eo, qui sibi rem legatam emit.

- 4 Qui seruum^d testamento si Vi legatum, ignorans eum sibi
legatum, ab herede emit: si cognito legato ex testamento ege-
rit, & seruum acceperit: actione ex vedito absolui debet. quia
hoc iudicium fidei bonæ est, & continet^f in se doli mali ex-
ceptionem. quod si pretio soluto ex testamento agere insti-
tuerit, hominem consequi debet. actione ex empto pretiū
reciperaVit, quemadmodum reciparet si homo euictus fuis-
set. quod si iudicio ex empto actum fuerit, & tunc actor com-
pererit legatum si Vi hominem esse, & ager ex testamento: nō
aliter absolui heredem oportebit, quam li pretium restituerit,
& hominem actoris fecerit.

a et. r. v. e. s.

b dare

c legatæ sunt, &
traditiæ
d ex testamento
e Id est, lib. i. cap. i. ne
ee rexerunt rel. (sem
m) denegari debet
actio ex vendito ha-
redi, si etiam è pretore
postulet, ut primum
consequatur. Sic pre-
ter dicitur a. t. i. o. n. e. q. e
solutum. L. item. supa.
ex quibus summa.
non autem interpre-
tandus est, a iudice,
absolui.

f Si etiam actio que
hinc nasci debet, ipsa
iure exanebris, &
vim nesciendi facul-
tatemque nullam ha-
bent. L. sed est si dederit.
sup. soluto mari. &
L. item. & secundum.
supra, de patr. & l. s.
mulier. & si dos. sup-
ra, quod met. eu. u.
Homo. ad. s. alite-
næ anti. l. l. l. de alite-
g & actuone

Dos legata à patre.

Cum pater pro filia sua dotis nomine centum promisisset, 5
deinde eidem centum eadem legasset: doli mali exceptione he-
res tatus erit, si & gener ex promissione, & puella ex testa-
mento agere instituerit. conuenire cùm inter eos oportet, vt
alterutra actione contenti sint.

De liberatione legata.

Si ita cui legatum esset, 6 SI TABVLAS CHIROGRA-
PHI MEI HEREDI MEO REDDIDERIT, HERES
MEVS EI DECEM DATO: huiusmodi condicio hanc
vim habet, si heredem meum debito liberauerit. quare & si
tabulae existabunt, non intellegetur condicioni satisfecisse
creditor, nisi acceptum heredi fecerit. & si tabulae in rerum
natura non fuerint, existimabitur in plebe condicionem, si
heredem liberauerit. nec ad rem pertinebit, iam tunc cum te-
stamentum fiebat, tabulae interciderint, an poslea, vel mortuo
testatore.

Coniunctio legatariorum.

Si Titio & Maeuio legatus fuerit Stichus qui Titij erat, 7
debebitur pars Stichi Maeuio, nam Titius quamuis ad legatum
non admittatur, partem faciet.

*Ei, qui habet electionem ex ultima voluntate, variare
non licet.*

STICHVM AVT PAMPHILVM, VTRVM HERES 8
MEVS VOLET, TITIO DATO. si dixerit heres Sti-
chum se velle dare: Sticho mortuo liberabitur. cum autem se-
mel dixerit heres vtrum dare velit, mutare sententiam non
poterit.

Qui est in fuga, praesens esse intelligitur.

Legatum est ita, FVNDO CORNELIANVM ET 9
MANCIPIA, QVAE IN EO FVNDO CVM MORIAR
MEA ERVNT, HERES MEVS TITIO DATO. ancilla
quae in eo fundo esse consueuerat, mortis tempore cum in fu-
ga esset, enixa est. quero an vel ipsa vel partus eius legato ce-
dat. respondi, ancilla quamuis in fuga sit, legata videtur. &
licet fugitiua erat, perinde habetur, ac si in eo fundo fuisset mo-
riente patrefamilias. huic consequens est, vt partus quoque
matrem sequatur, & perinde legato cedat, ac si in fundo edi-
tus fuisset.

Alteinatio.

Si Titio Stichus aut Pamphilus, vtrum eorum malet, lega- 10
tus est: deinde Pamphilum testator Titio donauit: Stichus in
obligatione remanet²

Coniuncti sicut, quibus eadem res legatur, non diversa.

- 11 **Quibus** ita legatum fuerit, TITIO ET MÆVIO SIN-EYLOS SERVOS DO LEGO, constat eos non concur-suros in eundem seruum. sicuti non concurrunt cum ita lega-tur, TITIO SERVVM DO LEGO: MÆVIO ALTE-RYM SERVVM DO LEGO.

Quomodo agant heredes legatarij.

- 12 Si is cui legatum fuerat, antequam constitueret qua actione vti vellet, decessit duobus heredibus relictis: legatum accipere simul venientes, nisi consenserint, non possunt. quare quamdiu alter rem vindicare vult, alter in personam agere non pos-tebit. sed si consenserint, rem communiter habebut. consentire autem velsua sponte debent, vel iudice imminente.

Coniunctio legatariorum.

LXXXV. PAVLVs libro vndecimo ad Plautium¹

D**V**obus coniunctim fundus erat legatus. alter ex his par-tis estimationem per actionem personalem abstulit. alter si fundum totum vindicare velit, exceptione doli pro parte di-midia repellitur. quia defunctus semel ad eos legatum per-menire voluit.

Res mea mihi legatur propter pignus.

LXXXVI. IVLIANVSs libro trigesimo quarto

Digestorum²

S*T*i tibi homo, quem pignori dederas, legatus ab alio fuerit: actionem ex testamento habebis aduersus heredem, ut pi-gnus luatur.

De rebus legata.

- 1 Si testamento Stichus ab uno herede legatus fuerit Mævio, & eidem codicilli idem Stichus ab omnibus heredibus: & antequam codicilli aperirentur, Mævius lites estimationem consecutus fuerit: ipso iure vindicari ex codicillis non potest: quia testator semel legatum ad eum peruenire voluit:

De acquisitione rei legata.

- 2 Cum seruus legatur, & ipsius servi status, & omnium que personam eius attingunt, insuspenso est. nam si legatarius repulterit a se legatum, numquam eius fuisse videbitur, si non repulserit, ex die aditæ hereditatis eius intellegetur^b. secundū hanc regulam & de iure eorum, quæ per traditionem seruus acceperit, aut stipulatus fuerit, deque his quæ legata ei vel donata fuerunt, statuetur. vt vel heredis^c vel legatarij seruus singula gesse existimetur.

Proqua parte herestenatur.

- 3 Si fundus ab omnibus herediis legatus sit, qui unius heridis esset: is quidem, cuius fundus esset, non amplius quam partem suam præstabit. ceteri in reliquias partestenebuntur.

Pars V.

5 m

Valer

^a Heredes unquam
dijuncti reperiuntur,
ne contingat testac-
toria hereditatem pro
parte alijs, & pro
parte repudiari. l.
vnico. s. hi ita. C.
de ca. l. coll. Itaque
inter eos est semper
iis accrescendi.

^b intelligitur.

^c vel heredi, vel
legatario

Valet legatum, si superficies legata sit ei, cuius in solo fuet
rit: licet is dominus soli sit. nam consequetur, ut hac seruitute
liberetur, & superficiem lucifaciatur.

De prelegato.

LXXXVII. P A P I N I A N V s libro octauodecimo

Quæstionum¹

a Coniungit, penul.
alijs, antepen, de iis
que re indig.
e herede

c In Nsricio voluit:
non tam fortasse Ho
blandi, quam libra-
ri errore. Aug. lib. 4.
emiss. c. 17.
d rei societ:
o ad legata
f expressit.

Filio^a pater, quem in potestate retinuit, heredit^b pro parte in-
stituto, legatum quoque relinquit. durissima sententia est
existimantium, denegandam ei legati petitionem, si patris ab-
stinuerit hereditate. non enim impugnat^c iudicium ab eo qui
iustis rationibus noluit^c negotiis hereditarii implicari.

LXXXVIII. M A R C I A N V s libro sexto Institutionum¹
S Ed si non alijs voluit pater habere eum legatum, nisi he-
reditatem retineat^d: tunc neque aduersus coheredem dan-
dam ei^e legati petitionem secundum Aristonis sententiā con-
stat. cum ipsi filio non videretur esse soluendo hereditas. &
hoc ita est, licet non condicionaliter expressisset^f. intellexisse
tamen manifestissimè adprobetur.

LXXXVIII. I V L I A N V s libro trigesimo sexto
Digestorum¹

N Am nec emancipatus hereditate omissa legatum ab he-
rede petere prohibetur. prætor enim permittēdo his qui
in potestate fuerint, abstinere se hereditate paterna, manife-
stum facit, ius se in persona eorum tribuere. quod futurū es-
set, si liberum arbitrium adeundae hereditatis habuissent.

LXXX. P A P I N I A N V s libro octauodecimo

Quæstionum¹

Q Vid ergo si ita legauerit? H O C A M P L I V S F I L I O
M E O: non dubiè voluntatis quidem quæstio erit. sed
non absimilis est prioris casus circa filij prouidentiam, nisi
evidens voluntas contraria patris probetur. planè si pluribus
g institutis, inter
eius verbis legatorū
bona dixerit, vo-
luntatis ratione.
h agnoscit
i Coniunge l. tuler-
gato. quan. d. leg. ced.

Q Væsumⁱ est, si filius familias, qui filium habebat, heres
institutus fuisset, cum esset uterque in potestate aliena:
an ab eo filio eius legari possit. respōdi, cum possit à filio pa-
tri legari: consequens est, vt vel fratri ipsius, vel filio, vel etiama
seruo patris sui legetur.

An & quando utile sit legatum seruo relictum.

k Repertur hec in-
liani sententia l. Im-
bianc. 85. de condi-
c. demonst. infida

P ræsentik^k quidem die data libertate, seruo legari vel purè
vel sub condicione poterit. cum verò libertas sub condicione
data fuerit, alijs utiliter, alijs inutiliter purè legaVitur. nam si

a condicio libertatis fuerit, vt patrefamilias statim mortuo possit ante aditam hereditatem existere cōdicio, veluti, s t i c h u s si decem t i t i o d e d e r i t , vel c a p i t o l i v m a s c e n d e r i t , liber esto: utile legatum est. huiusmodi autem cōdiciones, s i ¹ h e r e d i d e c e m d e d e r i t : s i p o s t a d i t a m h e r e d i t a t e m c a p i t o l i v m a s c e n d e r i t : inutile legatum efficient. Necessario autem ex aſſe herede scripto, etiā hā cōdiciones quæ ante aditam hereditatem impleri poſſunt, inutile legatum efficient. Duobus heredibus institutis, alteri Stichum legauerat, & eidem Sticho decem. cum Stichus viuo testatore ad libertatem perueniſſet^b, totum legatum ei debe- b p o r u e a r i t .

Vitūr. nam in solidum cōſtitiſſe causam legati in eius perſona, hoc quoque argūmento eſt, quod si heres, cui legatus fuera, hereditatem non adiſſet, solidum ab altero herede conſē- 3 qui poſſit^c. Seruo legato legatum datum eſt. si alienatū a c p o u i ſ e t :

4 testatore fuifſet^d, legatum ad emptorem pertinebit. Cum d f u e r i t . seruus Titio, & eidem seruo aliquid legatur: fideicommitti pōteſt, vt aut seruum alicui restituat, vel ea quæ seruo legata ſunt. hoc amplius etiam ipſi seruo, cum liber erit, fideicōmif- 5 ſum a Titio dari pōteſt: Si quis Stichum legauerit, & eundem alienauerit vel manu miferit, deinde codicilliſ ſidem le- gatum dederit: legatum vel manumifſo vel empori debebi- 6 tur. Si mihi seruus a te herede legatus fuerit, & eidem seruo aliquis legauerit, & viuo eo qui mihi seruum legatierat, dies legatiſ ſeruo dati cefſerit: confeſtim id legatum hereditati adquiritur. & ideo quamuis poſtea moritur^e is qui ſeruum mihi legauerat, ad me id quod ſeruo legatum eſt, non pertinebit. e m o r i a t u s

Fructus & accessiones a lite conſetata:

7 Cum homin ex teſtamento petitus eſt, cauſa eius temporis quo lis conſetabatur, repræſentari debet actori. & ſicut par- tū ancillarum, ſicut fructus fundorum interim percepti in hoc iudicium deducitur, ita quod ſeruo legatorum vel here- ditatis nomine interim obuenerit, preſtandum eſt petitori.

*Consentiens alienationi rei ſue quatenus
ſibi praedicit.*

LXXXII. IULIANVS libro trigesimo nono

Digitorum^f

Si fundum per fideicommiffum relictum unus ex heredi- bus excuſſo pretio ſecundum redditum eius fundi mercatus ſit propter aē alienum hereditarium, praefente & adſignante eo, cui fideicommiffum debebatur: placet non fundum, ſed pretium eius reſtitui deberi^h. Marcellus notat, ſi fundum re- 3 ſtituere malit heres, audiendum eſt. Julianus, Si Titio pecunia legata fuerit, & eius fidei cōmiffum ut alienū ſeruum

a Leet horū omniū
hec in aliis libris fe-
guntur, cōdiciones
poſt aditam her-
editatē, inutile ſer-
uum

f reputat
g ſic &

seruum manumitteret, nec dominus eum vēdere velit: nihilo minus legatum capiet, quia per eum nō stat, quominus fideicommissum præstet, nam & si mortuus fuisset seruus, à legato non summoueretur.

Quis posset onerari fideicommisso.

Sicuti conceditur vnicuique ab eo, ad quem legitima eius hereditas vel bonorum possessio peruentura est, fideicommissum dare: ita & ab eo, ad quem impuberis filii legitima hereditas vel bonorum possessio peruentura est, fideicommissa re-²ctè dabuntur.

LXXXIII. V L P I A N V s libro primo Fideicommissorum!

Quod fideicommissum hactenus quatenus impubes decebat valebit, ceterū si pubes factus decesserit, c^abanescit fideicommissum.

LXXXXIII. I V L I A N V s libro trigesimo nono Digestorum!

Planè si filium impuberem exheredauerit, fideicommissum legitimus heres præstare cogendus non erit, nisi idem & patriheres fuerit. Qui^arogatus erat hereditatem, ex qua seruus eius heres institutus erat, restituere, (cum) alij seruū vendidisset: quæsitum est, an hereditatem restituere cogendus est^b is, ad quem hereditas ex emptione serui heredis scripti peruerterit^c. dixi, compellendum esse ad fideicommissum restitendum eum qui seruum suum heredem scriptum vendidit: cum premium hereditatis, quā restituere rogatus est, habeat. Is autem, ad quem hereditas ex emptione serui heridis scripti peruerterit ex causa cogendus erit fideicommissum præstare. id est, si dominus serui heridis scripti soluendo non erit. Sic cui^d Stichus aut Dama legatus esset electione legatario data, & fidei eius commissum esset, vt Stichum alteri præstaret: si Damam vindicare maluerit, nihilo minus Stichū ex causa fideicommissi præstare debebit. siue enim pluris est Dama, compellendus est^e Stichum redimere. siue minoris, æquè Stichum justè dare cogetur^f. cum per eū steterit, quo minus ex testamento haberet quod fideicommissum fuerit^g. Qui testamento manumittitur, & neque legatum neque hereditatem capit, fideicommissum præstare cogendus non est. ac ne is quidem qui seruū legatum rogatus fuerit manumittere. is enim demum pecuniam ex causa fideicommissi præstare cogendus est, qui aliquid eiusdem generis vel similis ex testamento consequitur,

LXXXV. V L P I A N V s libro primo Fideicommissorum!

Videndum tamen est, numquid si vice operarum rogauerit cum aliiquid: debeat hoc fideicommissum valere. quod nequa-

a Cùm quā

b effecit,

c peruenisse

d cogitur.
e fuerat.

f simile
g aliquid dare: in
in quibusdam, ut
aliquid der, debeat.
in aliis ut aliquid
donet, debeat legi-
tur.

nequaquam dicendum est, quia nec operæ inponi huiusmodi liberto possunt, nec impositæ exiguntur, quamvis testator ita^a cauerit.

a idcaute.

Interpretatio voluntatis.

LXXXVII. IULIANVS libro trigesimo nono

Digestorum[¶]

Quidam testamento vel codicillis ita legauit. **AVREOS**

QUADRIGENTOS PAMPHILAE DARI VOLEO, ITA UT INFRA SCRIPTVM EST. AB IVLIO ACTORE AVREOS TOT: ET IN CASTRIS QVOS HABEO, TOT: post multos annos eadem voluntate manente deceperit, cum omnes summæ in alios ysls translatae essent, quæro an debeatur fideicommissum, respodi, vero similius^b est, patrem familiæ demonstrare potius heredibus Boluisse, vnde aureos quadrigentos sine incommodo rei familiaris contrahere possint, quam condicionem fideicommisso iniecisse, quod initio purè datum esset. & ideo quadrigenti Pamphilæ debebuntur.

b similius est.

- 1 Quotiens lege Iulia Vona vacantia ad fiscum pertinent, & legata & fideicomissa præstantur, quæ præstare cogeretur
- 2 heres, à quo relicta erant. Si tibi seruus legatus fuerit, & petitum à te, ut Titio aliquid præstares usque ad pretium serui, deinde seruus decesserit: nihil fideicomissi nomine præstare
- 3 cogendus eris. Si scriptus ex parte heres rogatus sit præcipere^c pecuniam, & eis quibus testamento legatum erat distribuere: id quod sub cōdicatione legatū est, tunc præcipere^d debebit, cū cōdicio extiterit. interim^e aut ei, aut his quibus lega
- 4 tu n̄ est, satis dari oportet. Cui statuliber pecuniā dare iustus est, is rogari potest, ut eandem pecuniam alicui restituat. nam cum posset testator codicillis purè libertatem dare, & hoc modo cōdicionem extinguere: cur non etiam per fideicommissum eandem pecuniam adimendi potestatem habeat?

c percipere
d percipere
e interim ab eo
aut eis,

LXXXVIII. IDEM libro quadragesimo secundo

Digestorum[¶]

Si mihi Stichus legatus esset, fideique mæ commissum, ut aut Stichum aut Pamphilum meum seruum reddere in, & in Sticho aliquid ex legato propter legē Falcidiam perdidisse: necesse habebo aut Pamphilum seruum meum totum Titio dare, aut eam partem Stichi, quam legatorum nomine accepero.

De iure postliminij.

LXXXIX. IDEM libro quinquagesimo secundo

Digestorum[¶]

Serbus ab hostibus captus recte legatur. hoc enim iure postliminij fit, ut quemadmodū heredem instituere pos-

f Cōveniabilitas
e per Falcidiāna-
minutum sit, nihil
de eo deminutus lega-
torius, sed totum do-
bit, l. maritum. g. à
liberte. inf. adlo.
Faci.
g quemadmodum
enim

a possumus.

sumus seruum qui in hostium potestate est: ita legare quoque eum possemus^a.

b Cùm enim testa-
tor non simpliciter le-
gaverit seruum Stichū,
sed dederit ei facul-
tatem eligendi quem
vellet ex servorū au-
mers: hac verba sic
interpretari nesci: por-
tet, ne frustā videat
tur adicēta fuisse, ut
seruo quolibet ser-
num eligere liceat.

Aliud est, cùm testa-
tor mihi generaliter:
alteri vero speciali-
ter legauerit. l. xxv. e.
§. F. c. i. l. infid.
de leg. 5.

c tandem seruum

LXXXVIIII. IDEM libro septuagesimo Digestorum
Sⁱ domino Stichus legatus esset, & seruo eius optio data:
partem dimidiā Stichi dico ad dominū pertinere. quod
possit seruu manumissus eundem Stichum optare.

c. IDEM libro septuagesimo septimo Digestorum
Sⁱ mihi Sempronius à Titio herede legauerit, Titiusq; mihi
sub eadem condicione eandem rem legauerit: existente con-
dicione capiam legatum ex testamento Sempronij.

Qui repudiat ex persona serui, potest agnoscere ex sua.

c i. IDEM libro septuagesimo octavo Digestorum
Sⁱ seruo meo Stichus legatus fuerit testamento, idque lega-
tū repudiauero, deinde prolatis codicillis apparuerit, mihi
quoque eundem Stichum legatū esse: nihil minus eundem
vindicare possum. Sicut qui in hostium potestate est, lega-
tum fuerit, & is apud hostes deceaserit: nullius momenti le-
gatum erit, quamvis postliminio confirmari potuit.

Legatum seruo relatum sine libertate.

c ii. IDEM libro octagesimo primo Digestorum
Sⁱ minor quamviginti annis dominus seruum causa non
probata manuniserit, & postea legatum ei dederit, isque
d profectus fuerit: alienatus ad libertatem perductus fuisse^d: legatum non ca-
pit. nam perinde nullius est momenti legatum, ac si finelibet
date datum fuisse.

e rogatur,
f obligat

c iii. IDEM libro octagesimo tertio Digestorum
Iⁿ tacitis fideicommissis fraus legi fieri videtur, quotiens
quis neque testamento neque codicillis rogaretur^e, sed do-
mestica cautione vel chirographo obligaretur ad præstandū
fideicommissum ei qui capere non potest.

Interpretatio voluntatis.

g Ne sequitur Ha-
bentia. i. haec inscrip-
Aug. li. emen. c. 5.

h centum dare

c iv. IDEM libro primo ad Vrseium^g Ferocem
A^m omnibus heredibus legatum ita erat, QVIS QVIS
MIHI HERES ERIT, DAMNAS ESTO TITIO
DARE CENTVM: deinde infra coNpræhensum erat, ne
vnus ex heredibus ei daret. queritur, reliqui heredes vtrū tota
centum dare deberent, an deducta vnus illius^h hereditaria
portione. respondit, verius esse reliquos heredes tota centum^h
debere: cum & significatio verborum non repugnet huic sen-
tentiae, & voluntas testatoris congruat.

De conditionali ligato.

In testamento sic erat scriptum, LVCIO TITIO, SI
IS HEREDI MRO TABELLASⁱ, QVIBVS EI PE-
CVNIAM EXPROMISE RAM^k, DEDERIT CENTVM
DATO. Titius deinde antequam tabellas heredi redderet,
decessit-

i tabellas,
k promiserit,

decesserat^a. quæsum est, an heredi cius legatum deberetur. a deceſſeſt.
Cassius respondit, si tabulae fuissent, non deberi: quia nō redditis his dies legati non cessit^b. Julianus notat, si testamenti faciendi tempore tabulæ nulla fuerunt, yna^c ratione dici potest, legatum Titio deberi: quod A A Y N A T O Z^d condicio
 2 pro non scripta habetur. Etiam rem hostium posse legari
 3 Sabinus ait, si aliquo casu emi possit. Si Attio^e ita legatum f Title
 fuerit, Q V I S Q V I S M I H I H E R E S E R I T, D A M N A S
 E S T O A T T I O H E R E D I D E C E M D A R E: deducta sua
 parte Attius decem petet. Item si iuſſus fuisset heres decem
 dare, & fundum sibi habere: deducta sua parte decem dabit.
 Denique constitit^g, cum ita legatum fuisset, Q V I S Q V I S g conſtit
 M I H I H E R E S E R I T, D A M N A S E S T O H E R E D I
 M E O D E C E M D A R E, exæquari omnium heredum par-
 tes. eo quod vnuſquisq; & sibi & coheredi suo dari damna-
 tus videtur^h.

h videretur.

De legato condicionali.

4 Cum quidam heredem instituit quandoque mater eius de-
 cessisset, deinde secundus heres scriptus^k fuisset, & ab eo lega-
 ta ei, qui sub cōdicione heres institutus^l fuisset, reliqua essent^m: i instituſſer, qua-
 isque viua matre decessisset postquam dies legati cesseratⁿ: docuaque
 quæſum est, an heredi eius legata deberentur. verius est, le- k institutus
 gatuum heredi deberi, siue pure &^o substituto legatum datum o ab instituto
 est primo heredi, siue sub hac condicione si H E R E S N O N
 5 P E R I T. quia moriente eo condicio impletur. Si socero
 à genero suo herede inſtituto pars hereditatis alij legata fuis-
 set: deducta dote eum debitum esse partem hereditatis lega-
 tam Sabinus respondit. quemadmodum si pecunia ex crediti
 causa socero debita fuisset, ea^p deducta partem hereditatis da- pnam & ca
 turus fuisset.

*Actiones legatae.*C V. IDEM libro primo ex Minicio^q

Legatum ita erat, Q VAE LVCIVS TITIVS M I H I
 D E B E T, E A^r HER E S M E V S C O R N E L I O D A R E
 D A M N A S E S T O, nihil amplius ex hoc legato, quam actio-
 nes suas heres præstare debet.

C VI. ALFENVS AVARVS libro secundo Digesto-
 rum à Paulo epitomatorum^s

Si in testamento scriptum esset, HER E S M E V S AVREOS
 C E N T V M L I C I N I O D A M N A S E S T O, neq; adscri-
 piſſet D A R E: deberi^t legatum constat.

q ei legatum

A quo peratur legatum.

C VII. AFRICANVS libro secundo Quæſtionum^u

Si à pluribus heredibus legata ſint, eaquevnuſ ex his præ-
 cipere iubeatur, & præſtare: in potestate eorum quibus rpercire

5 m iiiij fit

fit legatum, debere esse ait, utrumne à singulis heredibus petere velint, an ab eo qui præcipere fit iussus. itaque eum qui præcipere iussus est, cauere deberet: coheredibus, indemnes eos præstari. Si quis seruum, cui aliquid sine libertate legauerit, cum morietur ipse seruus leget: minimè dubitandum, quin utile legatum futurum sit. propterea scilicet quod moriente seruo id quod ipsi legatum erit, ad eum cui ipse legatus fuerit, peruenienturum sit.

Vbi præstandum sit legatum.

C V I I I . I D E M libro quinto *Quæstionum*

S I seruus legatus viuo testatore fugisse dicatur, & impensa & periculo eius cui legatus sit^a, reddi debet: quoniam rem legatam eo loco præstare heres debeat^b, in quo à testatore sit relata.

De concursu causarum lucratuarum.

Si id quod ex testamento mihi debes, quilibet alius seruo meo donauerit: manebit adhuc mihi ex testamento actio. & maximè si ignorem meam factam esse. alioquin consequens erit, ut etiam si tu ipse seruus meo eam donaueris, inuito melibereris. quod nullo modo recipiendum est. quando ne solutione quidem inuito me facta libereris.

Legato homine generaliter cuius sit electio.

Cum homo Titio legatus esset, quæstum est, utrum arbitrium heredis est quæ velit dandi: an potius legatarij. respondi, verius dici, electionem eius esse, cui potestas sit, qua actione ut velit. id est legatarij. Huiusmodi legatum, I L I A V T I L L I V T R E O R V M P R I O R C A P I T O L I V M A S C E N D E R I T , utile esse, euidenti argumento probari ait: quod constet usumfructum libertis legatum, & qui eorum superuixerit, proprietatem, utiliter legari. idque, & de herede instituendo dicendum existimauit.

De concursu causarum lucratuarum.

Stichum, quæ de te stipulatus eram, Titius à te herede mihi legauit. si quidem non ex lucratua causa stipulatio intercessit, utile legatum esse placebat. si è duabus, tunc magis placet inutile esse legatum. quia nec absit quicquam, nec bis eadem res præstari possit. Sed si cum mihi ex testamento Titij Stichum deberes, eundem à te herede Sempronius mihi legauerit, fidei quæ mea commiserit, ut eum alicui restituam: legatum utile erit, quia non sum habiturus. Idem iuris erit & si pecuniam à me legauerit. multo magis si in priore testamento fiduciocommissum sit. Item si in priore testamento Falcidiæ locus sit: quod inde abscedit ratione Falcidiæ, ex sequenti testamento consequar. Item si domino heres exstitero, qui non esset soluendo, cuius fundum tu mihi dare iussus es: manebit tua

ad hanc,
debet,

e dat:

d' usus fructu libenit
legatio.
e c i q u i : v i l & e i
qui
f i n s t i t u t o

g decalit

- 5 tua obligatio, sicut maneret, si eum fundum emissem. Si ita scriptum erit, AMPLIUS QVAM TITIO LEGAVI, HERES MEVS SEIO DECEM DATO: dubitandum non erit, quin & Titio suum legatum maneat, & Scio nihil ultra decem debeatur. nam & vltatum ferè est sic legare, LV-CIO TITIO TOT, ET HOC AMPLIUS VXORI ET LIBERIS EIVS TOT. Si ^a ei cui nihil legatum est, cum ^{a sed & b} hac adiectione HOC AMPLIUS aliquid legetur: minimè duvitandum est, quin id quod ita legauerit ^b debeatur. multoq; minus dubitandum, si ab eo qui nihil mihi debet, ita stipulatus fuero, AMPLIUS QVAM MIHI DEBES, DEC-
7 CEM DARE SPONDES? quin decem debeantur. Si seruus alienus liber esse iussus, & legatus sit: peti eum ex legato posse ait. nam cum libertas nullius momenti sit, absurdum esse per eam legatum infirmari, quod alioquin valeret & fisco
lum datum fuisset.

De falsa demonstratione.

- 8 Qui quinque in arca habebat, ita legauit, vel stipulati promisit, DECIM QVAE IN ARCA HABEO: & legatum & stipulatio valebit. ita tamen, vt sola quinque vel ex stipulatio- ne vel ex testamento debeantur. vt verò quinq; quæ deerunt, ex testamento peti possint, vix ratio patietur^c. nam quodammodo certum corpus, quod in rerum natura non sit, legatum videtur. Quod si mortis tempore plena summa fuerat ^d, & postea aliquod^e ex ea deperierit: sine dubio soli heredi deperit. ^f aliquid
9 Si seruus legatus sit, & moram heres fecerit: periculo eius & viuit & deterior fit. vt si debilem fortè tradat, nihilo minus teneatur.

Vtilis distinctio de dolo & culpa.

- 10 Cum quid tibi legatum, fidei^f tuæ commissum sit, vt mihi restituas: si quidem nihil præterea ex testamento capias, dolum malum dumtaxat in exigendo eo legato, alioquin etiam culpam te mihi præstare debere existimauit. sicut in contradi- bus fidei bonæ seruatur: vt si quidem vtriusque contrahentis commódum versetur, etiam culpa: fin^g vnius solius, dolus ma- gnum lus tantummodo præstetur.

Heres præstat fideicommissum, quamvis non sit rogatus.

- 11 Qui margarita Titio pignori dederat, filium heredem insti- tuit, & filiam exheredauit. deinde ita cauit, TE TITI RO-
-GO, FIDEIQ VE TVAE COMMITTO, VT I^b MAR-
GARITA QVAE TIBI PIGNORI DEDICATA SET
DEDUCTO OMNI DEBITO TWO, QVOD AM-
PLIUS ERIT, ID OMNE FILIAE MEAE RESTITVAS.
ex ea scriptura filiam à fratre fideicommissum petere posse,

vt is actiones suas aduersus debitorem ei præstaret. hoc enim casu eum qui creditor fuisset, debitorem intellegendum eius scilicet, quod^a premium pignoris summam debiti excedat. Non autem mirandum, si cum alius rogatus sit, alius fideicommissio obstringatur. nam & cum in testamento ita scribatur, **T E T I T I R O G O , V T A C C E P T I S C E N T U M I L L U M S E R V U M M A N V M I T T A S , V E L S E M P R O N I O Q U I D P R A E S T E S :** parum quidem apte scribi. verum æquè intellegendum heredis fidei commissum, vt pecuniam Titio præstet. ideoq; & ipsum Titium cum herede auctorum: & libertatem seruovel Sempronio quod rogatus sit præstare cogendū.

B Ankhins filio suo

Auidius^b filij sui fidei commisit, vt certam pecuniam quatuor libertis suis mutuam daret, & usuras leuiores taxauerat. placuit hoc fideicommissum utile totum esse.

Interpretatio facienda, per quam legatum non sit inutile.

C V I I I . I D E M libro sexto Quæstionum

SI quando quis vxori sive ea quæ viuuus donauerat, vñ Olgari modo leget, non de aliis donationibus videri eum sentire ait, quām de his quæ iure valituræ non sunt. alioquin & frustra legaturus sit. latq; si ita exprimat, **Q V A E V X O R I S V R E D O N A V E R O ,** vel ita, **Q V A E V X O R I M A N V M I S S I O N I S C A V S A D O N A V E R O ,** EA EI LEGO. Nam inutile legatum futurum est.

Pecunia pro re soluta ob testatoris voluntatem.

Heres, cuius fidei commissum erat, vt mihi fundū aut centum daret, fundum Titio vñedit. cum electio ei relinquitur^c vtrum malit dandi, vt tamen alterum solidum præstet: pretoris officio conuenire existimo, vt si pecuniam Titius offérat, inhibeat fundi persecutionem. ita enim eadem causa cōsilietur, quæ futura esset, si alienatus fundus non fuisset. quando etiam aduersus ipsum heredem officium prætoris, siue arbitri tale esse deberet, vt si fundus non præstaretur, neq; pluriis neq; minoris quām centum cōsiliaretur.

Qualis præstari debet res legata.

C X . I D E M libro octauo Quæstionum

SI heres generaliter seruum quem ipse voluerit dare iussus, sciens furem dederit, isque furtum legatario fecerit: de do lo malo agi posse ait. sed quoniam illud verum est, heredem in hoc teneri, vt non pessimum det: ad hoc tenetur, & aliū hominem præstet, & hunc proximæ dedito^d relinquat.

De excusatione tutorum.

C X I . M A R C I A N U S libro secundo Institutionum

ET iam si partis bonorum se excusauerit tutor, puta Italicarum vel prouincialium rerum: totum quod testamento datum

**e vxori mea
d domino, eae
reges vel**

c relinquatur

f confitetur,

**g teneri,
h deditio**

**i Coniunge l. 3. de
Inv. patre.**

datum est, ei auferetur. & ita Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt.

Derelegata, cuius non est commercium.

C X I I . IDEM libro sexto Institutionum¹

Si quis inquilinos sine praediis quibus adhaerent, legauerit: inutile est legatum, sed an aestimatio debeatur, ex voluntate defuncti statuendum esse Diui Marcus & Commodus rescriperunt.

Aestimatio pro re.

1 Cum serum suum heres damnatus dare, eum manumiserit: tenetur in eius aestimatione. nec interest, ^a scierit, an ignorauerit legatum. sed & si donauerit serum heres, & eum is cui donatus est manumiserit: tenetur heres, quamvis ignorauerit ^a se eum legatum esse. Si ita legatum fuerit,

^a scierit.

2 ^b Titio c v m s e i o d o l e g o : vtrisq; legatum est. sicut^b vtrumque legatum est cū fundus cum domo Formiana legatus est.

^b sicut & fundus cum domo.

3 Si quis scriperit testamento fieri quod contra ius est, vel bonos mores: non valet. veluti si quis scriperit contra legem aliquid, vel contra edictum prætoris vel etiam turpe aliquid.

4 Diui Seuerus & Antoninus rescriberunt, iuriurandum contra vim legum & auctoritatem iuris in testamento scriptum nullius esse momenti.

Alimenta seruo legata.

C X I I I . IDEM libro septimo Institutionum¹

Seruo alieno ita legari potest, quoad seruiat. vel, si seruus forte Titij erit: vt & Marcellus ait. Si quis post tempus libertatem seruo suo dederit, & interea rogauerit heredem, donec ad libertatem per Beniat, cibaria ei dare: testatoris voluntati obtemperandum esse Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt.

Repetitio legatorum.

2 Si quis à primo herede centum legauerit alicui, & eidem à secundo ducenta, posteaque generaliter repetierit legata: trecenta videtur repetisse. Sed si pater impuberi filio substituerit, & à substituto legata repetierit: si pupillus heres existit, & intra pubertatem decesserit: repetitio non valet. quia vo

3 luntas defuncti hæc est, vt se in eis debeantur.^c Si ab impubere legatum fuerit sub condicione, **S**I A D P V B E R T A T E M P E R V E N E R I T, & à substituto repetitum fuerit: legatum debetur & à substituto. nec videtur repetita cōdicio, quæ inutile legatum facit.

^c debeatur.
^d Idem confitituisse².
Lucius referens Alex.
ab Alex. lib. 3. Geno.
die. c. 2. & lib. 6. c.
14: ubi cōspicere
concessis, aut veritate
apud variis gentes
impensis differre.
e ut recte,
f aut quæ alia
g ei, in
h digestorum in
quibusdam deest.

De sepultura.

4 Ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, velut id vestes,^e aut si qua^f alia superua Quia ut^g in funus impendantur: non valere Papinianus libro tertio responsorum^h scribit.

Q uis

Quis fideicommisso onerari possit.

• x i i i . i d e m libro octavo Institutionum

Filius familias miles vel veteranus, licet sine testamento de-
cedat, potest fideicommittere à patre quia etiam testamen-
tum facere potest. Si libertus ab intestato ^a decellerit, à pa-
tronō potest usque ad partem debitam fideicommissum relin-
quere. quia si testamentum faceret, licebit ^b ei partem debitam
solam relinquere. Qui intestato decedit, & scit bona sua ad
fiscum peruentura Bacantia: fidei fisci committere potest.

Apud Marcellum libro duodecimo digestorum talis quæstio agitur: Quidam ab eo, cui fundum legauerat, fideicommisserat ut eum fundum post mortem suam restitueret Sempronio. eiusdem legatarij fidei commiserat, ut Titio daret centum. quæritur quid iuris sit. & ait Marcellus, si Titio testator centum ex fructibus, quos viuus legatarius percepit, reliquerit: & legatarius post tantum temporis deceperit, ut ex fructibus centum fierent: Titium centum accepturum. si post acceptum legatum confessim deceperit legatarius, Titij fideicommissum extingui. quia placet, non plus posse rogari quem restituere, quam quantum ei relictum est.^d Sed si Titij fideicommissum non est in tempus mortis legatarij collatum: ait Marcellus, confessim fideicommissum Titio dandum. sed cautione exacta, quanto amplius ceperit, reddi. quam cautionem ita committi, si prius legatarius deceperit quam ex fructibus centum perciperet. sed vix est, ut legatarium ex redditibus voluit ante dare, quam fructus legatarius percepisset. certè erit legatarius audiendus, si velit totum fundum præstare, si de restituendo cauetur.^e absurdum enim est de suo eis præstare centum. maximè si fundus centum, vel non multo pluri est. quo iure ytimur.

Aestimatio loco rei legatae.

Si quid alicui licetē fuerit relictū, vel ius aliud quod ipse 4
quidem propter corporis sui vitium, vel propter qualitatem
relicti, vel aliam quamcumq; proba Vilem causam habere nō
potuit, alius tamen hoc habere potuit: quanti solet compara-
ri, tantam æstimationem accipiet.

Quibus verbis relinquitur fideicommissum.

Vt quis heredem instituat aliquem, rogari non potest. pl- 5
nè senatus censuit perinde habendum, atque si rogasset here-
ditatem restitui. Quid ergo si heres post mortem suam roga-

b Papinianus Fron-
toni. Reth. est Flor.
quis autem fuerit hic
Papirius, vide I. na-
t. in fin. sup. ad leg.
Bland.

hereditas testatoris patitur secundum^a v Olgarem formā iuri-
ris. Sed si liberos suos emancipare rogatus fuerit,^b non cogi-
tur hoc facere. potestas enim patria inestimabilis est. Aedes
destruendae neque legari neq; per fideicommissum relinqu
7 possunt. & ita sénatus censuit. Si fideicommissum relictū
fuerit seruo alieno sine libertate, & ad libertatem peruerenter:
dicendum est posse eum admitti ad capiendum.

Quando restituendum sit fideicommissum.

- 8 Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt eum, qui rogatus
est sub condicione fratris sui filiis restituere, ante diē fideicom-
missi cedentem ne quidein ex voluntate eorum posse resti-
tuere his in potestate patris agentibus. cum possit die fideico-
missi cedente sui iuris constitutis ipsiſis debere restitui. vel si ali-
9 quis ex his ante deceſſerit, non omnibus. Idem^c principes
rescriperunt, filiis ante diē fideicommissi venientē restitui he-
reditatē maternam necesse non esse. sed præstare heredē posse
v Olgarem cautionem. aut si præstare eā non poterit, mitti li-
beros in possessionē fideicommissi seruandi causa: vt pro pi-
gnore, non vt pro dominis posſideant, vel^d alienandiius, sed^d nec vt alienandi
vt pignus habeant: vt filius per patrem fructus consequatur,
& seruus per dominum.

Sine liberis deceſſisse quis dicatur.

- 10 Cum erit rogatus: si sine liberis deceſſerit, per fideicommis-
sum restituere: condicio defecſiſſe vide V itur, si patri superuixe-
rint liberi. nec queritur, ^e an heredes exſtiterint.

An testator posſit alienationem prohibere.

- 11 Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt, eos^f qui testa-
mento vetant quid alienari, nec cauſam exprimunt propter
quam id fieri velint: niſi inueniuntur^g persona cuius respectu^g inueniatur
hoc à testatore dispositum est, ^h nullius esse momenti scriptu-
ram, quiaſi nudum præceptum relinquerint. quia talem legē
testamento non posſunt dicere. Quod si liberis, aut posteris,
aut libertis, aut heredibus, aut aliis quibusdam personis con-
ſulentes, eiusmodi voluntatem significarent: eam seruandam
eſſe. sed hæc neque creditoribus neque fisco fraudi eſſe. nam
si heredisⁱ propter testatoris creditores bona venierunt, for-
tunam communem fideicommissari quoque sequuntur.

- 12 Cum pater filio herede instituto, ex quo tres habuerat ne-
potes, fideicommissit ne fundum alienaret, & vt in familia
relinqueret: & filius deceſſens duos heredes instituit;^k ter-
tium exheredauit,^l eum fundum extraneo legauit: Diui Se-
uerus & Antoninus rescriperunt, verum eſſe, non paruisse
voluntati defuncti filium. sed & si cum duos exheredauit,
vnum heredem instituit, fundum extraneo legauit: vt putat
Marcellus, posſe exheredatos petere fideicommissum. quod
eue-

^a Id est, que in val-
gus nota est, in val-
garia canio. S. idem
principes, inf. ea. leg.
vulgaria quæſio. l.
vulgaria inf. de furt.
et exceptio pati val-
garia. Bebius sup.
de pat. datus. Sic et
formula vulgaria de-
citur. I. si creare na-
rem. ff. de furt. Ang.
lib. 1. emend. c.c.
Oderofrider. tamē
Accres. hunc. g. his
ita incepit. Secun-
dum vulgarem fer-
muli in iuris, & li-
beros, &c.
^b Fieri quis,
^c Tidem

ⁱ nam si propter
heredis creditores
testatoris bona ve-
nientiat.

^k instituſſet.
^l exheredauit,

euénit & si viuuus filios emancipasset, & poste a fundum alienasset. sed si omnes filij heredes instituti sint ex disparib[us] partibus, non possunt petere fideicommissum ex minore parte scripti, vt viriles, non hereditarias pates in eo habeant. verum est enim in familia reliquise; licet vni reliquisset. Item si vnum heredem instituisset, nec quicquam legasset: exhereditati nihil interium quamdiu in familia res est, petere possunt.

De interitu rei legatae.

Interdum etiam cum lucro heredis moritur seruus legatus, vel per fideicommissum relictus. veluti si alienus, vel licet proprius, pluribus tamē separatim ita relictus, vt vnuſquisque in solidum capiat. scilicet si sine culpa heredis mortuus sit.

C X V . V L P I A N V S libro secundo Institutionum^b

E Tiam hoc modo, C V P I O D E S , O P T O D E S , C R E D O T E D A T V R V M , fideicommissum est.

Dissimitio legati.

C X VI . F L O R E N T I N V S libro vndecimo Institutionum^b

L Egatum est delibatio hereditatis, qua testator ex eo, quod vniuersum heredis foret, alicui quid collatum velit.

An legari posuit heredi à se ipso.

Heredi à semetipso legatum dari non potest. à tel coherede potest. itaque si fundus legatus sit ei qui ex parte dimidia heres institutus est, & duobus extraneis: ad heredem, cui legatus est, sexta pars fundi pertinet. quia à se vindicare non potest. à coherede vero semissario, duobus extraneis cōcurrentibus, non amplius tertia parte. extranei autem & ab ipso herede, cui legatum est, semissim: & ab alio herede trientē vindicabunt. Alienus seruus heres institutus legari ipse à se nec totus nec pro parte potest. Seruo hereditario recte legatur, licet ea adita non sit. quia hereditas personæ defuncti, qui ea reliquit vice fungitur.

Qualis dari debet res legata.

Fundus legatus talis dari debet, qualis relictus est, itaque siue ipse fundo heredis seruitutem debuit, siue ei fundus heredis, licet confusione domini seruitus existimat sit: pristinū ius restituendum est. & nisi legatarius imponi seruitutem patiatur, petenti ei legatum exceptio doli mali opponetur. si vero fundo legato seruitus non restituetur, actio ex testamento superest.

^a si tamē pluribus
separatim est ita

CXXVII. MARCIANVS[¶] libro tertio decimo In-
stitutionum[¶]

2 Marcellus

SI quid relictum sit ciuitatibus, omne valet: siue in distributionem relinquatur, siue in opus, siue in alimenta, vel in eruditionem puerorum, siue quid aliud.

CXXVIII. MARCIANVS[¶] libro decimo Regularum[¶]

6 vs. deo

ET eo modo relictum, EXICO, DESIDERO VTE^b
DES, fideicommissum valet. sed & ita, VOLO HER-
EDITATEM MEAM TITII ESSE. SCIO HERE-
DITATEM MEAM RESTITUTVRVM TE TITIO.

De rationibus reddendis.

CXXIX. MARCIANVS[¶] libro primo Regu-
larum[¶]

SI seruus vetitus est a testatore rationes reddere, non hoc consequitur, ut ne quod apud eum sit reddat, & lucrificiat. sed ne scrupulosa inquisitio fiat. hoc est, ut negligentiæ ratio non habeatur, sed tantum fraudum. ideo & manuimissio non videtur peculium legari per hoc quod vetitus est rationes reddere.

Alienatio rei ex qua legatum solui debet.

CXXX. VLPIANVS[¶] libro secundo Respon-
sorum[¶]

Nihil proponi, cur prohibeatur heres ædificia distrahere, c & quoniam redditus^c quorum^c redditus sportulæ sunt relicta. salua tamen cau-
sa legati. Omnibus quibus fideicommissum relictum est,
ad distractionem consentientibus, nullam fideicommissi pe-
titionem superfuturam. Fructus ex fundo pure legato
post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum per-
tinere. colonum autem cum herede ex conducto habere actio-
nem.

Coniunctio legatariorum.

CXXI. MARCIANVS[¶] libro tertio Regularum[¶]

SI quis legauerit Titio cum Maevio: & sine altero alter ad legatum admittitur. nam & cum dicit prætor VENTREM
CVM LIBERIS IN POSSESSIONEM ESSE IV-
BEO: et si non sint liberi, venter in possessionem mittetur.

De legato ciuitati relicto.

CXXII. PAVLVVS[¶] libro tertio Regularum[¶]

Ciuitatibus legari potest etiam quod ad honorem orna-
tumque ciuitatis pertinet. ad ornatum, puta quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit. ad ho-
norem, ^d puta quod ad munus edendum, venationem, lu-
dos scenicos, ludos Circenses relictum fuerit: aut quod ad di-
visionem singulorum ciuium, vel epulū relictum fuerit. hoc

^d De hū honorari-
tudinē diffinit Alex.
ab Alex. lib. 6. Ge-
nia. dist. 14. cap. 19.

amplius, quod in alimenta infirmæ ætatis, putas senioribus vel pueris puellisque, relictum fuerit: ad honorem ciuitatis pertinere respondetur.^a

a videtur.

B. Vide i. pater. &c.
v. t. infra iste sequuntur
de lego.

Hereditas accrescit coheredi cum onere.

LVCIVS^b TITIVS ET GAIUS SEIVS PUBLIO MAEVIO DECEM DARE DAMNAS SVNTO: Gaius Seius heres non extitit. Sabinus ait, Titium solum legatum de Viturum. nam Seium pro non scripto habendum esse. haec sententia vera est. Hoc est Titius tota deceem debebit.

Oneratus fideicommisso tenetur, quatenus ex testamento cepit.

Eum cui sub hac condicione fundus legatus est, si centum heredi dedisset, si tantum sit in pretio fundi, quantum heredi dare iussus est: non est legatarius cogendus fideicommissum à se relictum præstare. quoniam nihil ex testamento videtur capere qui tantum erogat quantum accipit.

Si creditor debitori succedit, creditum extinguitur pro parte hereditaria: nisi probetur testatorem compensare voluisse.

XXXIII. MARCELLVS libro singulari Respon- sorum^c

Lvcius Titius cum duos filios heredes relinqueret, testamento ita cavit, *QVIS QVIS MIHI LIBERORVM MEORVM HERES ERIT, EIVS FIDEI COMMITTO, VT SI QVIS EX HIS SINE LIBERIS DECEDAT, HEREDITATIS MEAE BESSEM, CVM MORIETVR, FRATRIBVS SVIS RESTITVAT*: frater descendens fratrem suum ex dodrante fecit heredem. quæro an fideicommisso satisficerit. Marcellus respondit, id quod ex testamento Lucij Titij fratri testator debuisset, pro ea parte, qua alius heres extitisset, peti posse: nisi diuersum sensisse eū probaretur. nam paruum inter hanc speciem interest, & cū alijs creditor debitoris suo extitit heres. sed plane audiendus erit coheres, si probare possit ea mente testatorem heredē instituisse fratrem suum, vt contentus institutione fideicommisso abstineret.

Detacito fideicommisso.

Intestamento ita scriptum est: *GAIO SEIO ILLVD ET ILLVD HERES MEVS DATO. ET TE ROGO SEI, FIDEIQYE TVAE MANDO, VT EA OMNIA, QVAE ISUPRA^d SCRIPTA SVNT, REDDAS SINE VLLAMORA; EI^e REDDE RES IPSE.* quæro an tacitum fideicommissum sit, cum personam in testator, cui restitu vellet, testamento non significauerit. Marcellus respondit, si in fraudem leguni tacitam fidem Seius accommodasset: nihil ei pro-

c & reddas ipse.

d & reddas ipse.

e & reddas ipse.

Si prodest potest, si his verbis paterfamilias cum eo locutus est, non enim ideo circumuenisse minus leges existimādus^a existimandūt est, cum perinde incertum sit cui prospectū voluerit.

Pro qua parte heredes teneantur.

CXXXIIII. **N**ERAT I V^s libro quinto Membranarum!

Si heredes nominati n enumerati dare quid damnati sunt, propius est ut viriles partes debeat, quia personarū enumeratio hunc effectū habet, ut exæquentur in legato præstando qui, si nominati non essent, hereditarias partes debiti turi essent.^c

b prædo, quod à c debitū sunt.

De legato præcepionis,

CXXXV. **R**VTILIVS^d M A X I M V^s libro singulari ad

legem Falcidiām^e

d Julianus

Si heres centum precipere iussus sit, & restituere hereditātem, & patronus bonorum possessionem contra tabulas petierit: sicut legata, ita & præceptio^f pro parte, quam patrōnus abstulit, minuetur.

e percipere f perceptio

Quis possit legato, aut fideicomisso onerari.

CXXXVI. **P**AVLV^s libro singulari de secundis tabulis!

Ab exheredati iubitudo inutiliter legatum datur. ergo nec à legitimō exheredati fideicommissum dari poterit, quod & legitimī eo iure præstare coguntur, quoqñ scripti fuissent. Sed li committente aliquo ex liberis edictū^g prætoris, quo contra tabulas bonorū possessionem pollicetur, scriptus quoque filius contratabulas bonorum possessionem petierit: substitutus eius legata pro modo patrimonij quod ad filiū pertuēnit præstabat, perinde ac si id quod per bonorum possessionem filius habuit, à patre accepisset. Cum à postumo ita legetur, si HERES ERIT, & non nato postumo substituti adeant: legata eos debere existimandum est, quæ ille si viueret debitus erat.

g quasi li in dictum

i. In codicillū quidam regalerat fratribus suis polliumnum (qui omnino alienus erat) redare Tilio centū: id fideicomissum non videbatur valere dubius de causis, quia scit posthumum alieno inutiliter legatur, ita ab eo inutiliter legari videbatur, non potest hancesse iure ciuilis quibus respondet his verbis, sed enim etē significat autem in fideicomissis, que non pendunt ex iure ciuilis, ut legata, sed ex procurum iurisdiictione solita voluntate spectari, & subtilitas iniuria negligi. Exempla supposita. Vlpianus tit. de fideicomis. Inflit. Duare, 2. diss. 8o cap. 3o

De posthumo alieno.

CXXXVII. **I**DEM^h libro singulari de iure Codicillorum!

AFratri postumo fideicommissum dati potest. sola enim voluntas seruat in fideicommissis. & opinuit Galli tententia, alienos quoque postumos legitimos nobis heredes fieri:

Nuptie prohibita.

CXXXVIII. **M**ARCIANVSⁱ libro secundo Institutionum!

Si tutor pupillam suam contra senatusconsultum vxorem duxit, illa quidem ex testamēto eius capere potest: ipse autem non potest. & merito: delinquent enim hi qui prohibitas nuptias contrahunt. & merito puniendi sunt, quod imputari non potest mulieri quæ à tute decepta est.

Pars v.

§ n

LIBER

LIBER TRIGESI-

M V S P R I M V S.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

De legato in arbitrium alterius collato.

VLPIANVS libro nono ad Sabinum

a Stilicet legatarij:
quo modo recipi l.
Senatus & legatum.
supr. i. de lega. Au-
gusti lib. q. 1 men. c. 15.
b condicio non po-
test. quia enim



N ARBITRIVM alterius^a conferri legatum,
velut in condicio, ^b potest. quid enim interest si
TITIVS IN CAPITOLIVM ASCEN-
DERIT mihi legetur, an si VOLVERIT?
Sed cum ita legatum sit pupillo siue pupillæ,

ARRITRIO TUTORVM: neque condicio

ineft legato, neque mora. cum placeat, in testamētis legatum
in alterius arbitrium collatum pro Biri boni arbitrio accipi.
quaē enim mora est in boni viri arbitrio, quod in iectum lega-
to velut certam quantitatem exprimit, pro viribus videlicet
patrimonij?

II. PAULVS libro septuagesimo quinto ad Edictum[¶]

e Ex titul. de pra-
tor. sibi.

QVOTIENS^c nominatim plures res in legato exprimuntur,
plura legata sunt. si autem supellex, aut argentum,
aut peculium, aut instrumentum legatum sit: vnum lega-
tum est. ¶

III. IDEM libro quarto ad Plautium[¶]

SI ita legetur, HERES DARE DAMNAS ESTO, SI
IN CAPITOLIVM NON ASCENDERIT: vtile le-
gatum est, quamvis in potestate eius sit, ascendere, vel non
ascendere.

*Differentia unius legati & plurium.*IV. IDEM libro octavo ad Plautium[¶]

NEMINEM eiusdem rei legate si Vi partem velle, partē nolle,
verius est.

V. IDEM libro septimo Quæstionum[¶]

SED duobus legatis relictis, vnum quidem repudiare, alterū
verò amplecti posse, respondeatur. Sed si vnum ex legatis
onus habet, & hoc repellatur: non idem dicendum est. pone
eum, cui decem & Stichus legatus est, rogatum seruū manu-
mittere. si Falcidia locū habet, ex decem vtriusq; legati quar-
ta deducetur. igitur repudiato seruo non euitabitur onus de-
ductionis. sed legatarius ex pecunia duas quartas relinquet.

VI. IDEM libro singulari ad Legem Falcidiām[¶]

GREGE autē legato non potest^d quædam sperni, quædā vin-
dicari. quia non plura, sed vnum legatum est. Idemque
dicemus peculio legato, aut veste, aut argento, & similibus.

Quædā

d possunt

Qui non capit partem, facit partem.

VII. ID E M libro octauo ad Plautium

SI Titio & ei qui capere non potest, decem legata sint: quia duobus heres dare damnatur, & vnum capere non potest, quinque sola Titio dantur.

viii. IDEM libro nono ad Plautium

Si quis seruum heredis vel alienum legauerit, & is fugisset:
cautiones interponendæ sunt de reducendo eo. sed^a si quidē^a & si
viuo testatore fugerit, expensis legatarij reducitur. si post mor-
tem, sumptibus heredis. Si ita legetur, **S E M P R O N I O**
D E C E M , A V T S I N O L V E R I T , H O M I N E M S T I-
C H V M L E G O : hoc casu duo legata sunt. sed vni^b contentus c vno
2 esse debet. Si quis legauerit ex illo dolio amphoras decem:

et si non decem, sed pauciores inueniri possint: non extinguitur legatum. sed hoc tantummodo accipit, quod inuenitur.

3 Si inter duos dubitetur de eodem legato, cui potius dari oportet: utputa si Titio relictum est, & duo eiusdem nominis amici testatoris veniant, & legatum petant, & heres soluere paratus sit, deinde ambo defendere heredem parati sint: elig-

paratus sit, deinde ambo defendere heredem parati sint: eligere debere heredem cui soluat, ut ab eo defendatur.^c Certaine defendatur, con-
pecuniam legatam si & legatarius & substitutus legatarij per-^d stat.
terent,^c & heres soluere paratus sit: si ambo defendere here-^d substitutus
dem parati sint, eligere debet heres cui soluat, ut ab eo defen-^e petat,
datur. & si neutrius manifesta calumnia videatur, ei potius
soluendum, cui primum legatum est.

Differentia hæreditatis & bonorum.

5 Si cui certam partem hereditatis legauero, Diuus Hadrianus rescripsit, ut neque pretia manumissorum neque funeralis impensa duderetur.

VIII. MODESTINVS libro nono Regularum

CVM autem pars bonorū ita legatur, BONORVM MEOCRVM, QVAE SVNT CVM MORIAR: dos^f & manus missorum pretia è medio deducenda sunt.

De eo quod rei legatae accedit.

x. TAVOLE NEL libro primo ex Plautio

CVm fundus nominatini legatus fit, si quid^{le} ei post testamento factum adiectum est: id quoque legato cedit, etiam si illa Berba adiecta non sint, Q V I M E V S E R I T . si modò testatoream partem non separatim possedit: sed yniuersitati prioris fundi adiunxit.

An statulibero poſſit legari.

XI. POMPONIVS libro septimo ex Plautio

Statuliberum ab herede ne tunc quidé, cū dubia sit eius ex testamento libertas, legatū sine libertate accipere posse La-beo ait:quia seruus eius esset.sed si heres eandem cōdicionem

a proposita legato inserat, quæ libertati à testatore data præposita fuerit: valet legatum. nam & si cum moreretur heres, seruus liber esse iussus esset: recte sine libertate ei ab herede legari posse constitit. quia superuacuum sit ei libertatē dare, quam ex testamento heredis capturus non sit, sed ex testatoris habet.

De electione quam habet heres in alternatione.

STICHVM AVT PAMPHILVM VTRVM HERES MEVS VOLET, TITIO DATO: DVM VTRVM VELIT DARE, EO DIE QVO TESTAMENTVM MEVM RECITATVM ERIT DICAT. si non dixerit heres, Pamphilum an Stichum dare malit: perinde obligatum eum esse puto, ac si Stichum aut Pamphilum dare damnatus esset; vtrum legatarius elegerit. si dixerit se Stichum dare velle, Sticho mortuo liberari eum. si ante diem legati cedentem alter mortuus fuerit, alter quisupererit, in obligatione manebit. cum autem semel dixerit heres vtrum dare velit, mutare sententiam non poterit. & ita & Iuliano placuit.

Pecunia legata et iam si in bonis non esse reperitur, ex hereditate soluenda est.

xii. PAULVS libro secundo ad Vitellium[¶]

Si pecunia legata in bonis legantibus non sit, soluendo tamen hereditas sit: heres pecuniam legatam dare compellitur: siue de suo, siue ex venditione rerum hereditiarum, siue vnde voluerit.

Dies incertus pro conditione.

Quod ita legatum est, HERES CVM MORIETVR, LVCIO TITIO DATO DECEM: cum incerta die legatum est, ad heredes legatarij non pertinet, si viuo herede deceperit.

De eo quod debetur legatario:

xiii. POMPONIVS libro septimo ex Plautio[¶]

QVi duos reos eiusdem pecunie habet Titium atque Maeuium, ita legauit: QVOD MIHI TITIVS DEBET, MAEVIO HERES MEVS DATO: QVOD MAEVIVS DEBET, SEIO DATO. his verbis onerat heredem, nam cum actiones suas heres Maevio praestiterit aduersus Titium, videtur Maevius factio eius liberatus esse. & idcirco Seio heres tenebitur. Si is qui vnu reum habebat, quod is sibi deberet, duobus in solidum separatim legat: oneratur heres duobus satisfacere, vni actione cedendo, alteri pecuniam soluendo.

In dubio libertas præualet legato.

xiv. PAULVS libro quarto ad Vitellium[¶]

Si idem seruus & legatus & liber esse iussus sit, fauor libertatis præualet, si autem & in posteriore scriptura legatus est,

est, & euidens ademptio libertatis ostenditur: legatum propter defuncti voluntatem praeualebit. Seruo alieno herede instituto, post mortem domini eius cui adquisita hereditas,^a & libertatem fideicommissariam dari posse constat.

De alternatione.

xv. C E L S V S libro sexto Digestorum^b

SI quis duobus heredibus institutis ita legauerit, ^{s t i-}
C H V M A V T D E C E M H E R E D E S D A N T O : non potest alter heredū quinque, alter partem Stichi dare. sed necesse est vtrumque aut Stichum totum aut decem soluere.

Duo rei ex testamento.

xvi. P A V L V S libro sextodecimo Digestorum^b

SI^b Titio aut Seio, vtri heres vellet, legatum relictum est: heres alteri dando ab vtroque liberatur. si neutri dat, vterque perinde poterit, atque si ipsi soli legatum foret, nam vt stipulando duo rei constitui possunt, ita & testamento potest id fieri.

Fideicommissum deficiens cuius commodo cedat.

xvii. M A R C E L L V S libro decimo Digestorum^b

SI quis Titio decem legauerit, & rogauerit vt ea restituat Mæuio, Mæuiusq; fuerit mortuus: Titij commodo cedit, non heredis: nisi duim taxat vt ministrū Titium elegit. idem est & si ponas vsumfructum legatum. Si heres damnatus esset decem vni ex libertis dare, & non constituerit cui daret: heres omnibus eadem decem præstare cogendus est.

Potest mihi legari res mea sub condicione, si mea esse desiderit.

xviii. C E L S V S libro septuaginta Digestorum^b

Heredem meum ita tibi obligare possum, vt si quzndo que ego moriar, tuus seruus Stichus non erit: dare cum tibi damnas sit.

De pluribus rebus disiunctim legatis.

xix. I D E M libro octauodecimo Digestorum^b

Suis, cuilegatus sit Stichus aut Pamphilus, cum Stichum sibi legatum putaret, vindicauerit: amplius mutandæ vindicationis ius non habet. tamquam^b si damnatus heres alterutrum dare, Stichum dederit, cu n ignoret sibi permisum vel Pamphilum dare: nihil repetere posset.

Ius accrescendi.

xx. I D E M libro nonodécimo Digestorum^b

ET^k Proculo placebat, & à patre sic accepi, quod seruo communi legatum sit. si alter dominorū omitteret, alteri non ad crescere. non enim coniunctim, sed partes legatas. nam ambo si vindicarent, eam quemque legati partem habuiturum, quam in seruo haberet.¹

^b Cœlum. Titus
24. de herc. insti-
c dederit.

d idem
e nisi li
f constituerit. Ha-
bent.

g. quandoqua
cum

h namque & si
i Hanc Celsi senten-
tiam referat Vlpia. al-
si non fortem. §. Id de-
cemadie condit. indebo.

k. La hereditate ius
accrescendi benignus
recipitur, ne pro par-
te intestatus quia
decedat vesti. de he-
red. instituen. h. bare

dissa. in vsumfructu
verò quid certa mo-
die finitur, qd ad

proprietatem redeat.

amissis etiā accre-
scit quidam alienus

duret vsumfructus. l.
quies. §. denique.

supr. vsumfructu. ac-
cresc. At in legato

proprietas et mens

testatoris risus non est
laurifloris, se

cum dominia inspe-
ctio coniunctim et ad-

res legata non sit, si &

partes dominica rei

ciusdem, vi uno ac-

crescendi servetur: ne

perpetuè contraria mea-

tem testatoris heres
parte legati anissa-

cerat, vbi huc
haberent.

a Coniunge l. verbū
reddendi. 94 de verbū
figni.
b & quadraginta
c dotem ei

x x i . I D E M libro vicesimo Digestorum

CVm² quidam vxori suae dotem reddidisset, ^b quadraginta ei legare voluisset: & quamquam sciret dotem redditam, hoc tamen praetextu vsus esset, quasi dotis reddendæ nomine eam summam legaret: existimo deberi quadraginta . etenim reddendi verbum quamquam significationem habeat retro dandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

D e re legata, quam testator adhuc viuus soluit legatario.

x x i i . I D E M libro vicesimo primo Digestorum

LVcius Titius in testamento suo Publio Mævio militiam suam reliquit, sive pecuniam eius quæcumque redigi ex venditione eius potuerit, cum suis commodis. sed cum superuixit^d testamento Lucius Titius, militiam vendidit, & pretium exegit, &^e dedit ei cui illam militiam vel pretium eius testamento dari voluerit . post mortem Lucij Titij iterum Publius Mævius vel militiam vel pretium eius ab heredibus Lucij Titij exigebat. Celsus: existimo pretium militiae præstari non oportere: nisi legatarius ostenderit, testatore & post factam solutionem iterum eum pretium militiae accipere voluisse. quod si non totum pretium militiae, sed partem viuus testator legatario dedit: reliqui superest ex actionem. nisi heres & ab hoc decesisse testatorem ostendit, onus enim probandi mutatam esse defuncti voluntate ad eum pertinet qui fideicommissum recusat.

E lec̄io legatarij.

x x i i i . M A R C E L L U S libro tertiodecimo Digestorum

LVCI O TITIO FVN DVM SEIANVM VEL V-SV MFRVC TVM FVN DI SEIANI LEGO. potest legatarius vel fundum vindicare, vel fructum. quod facere non potest is cui tantum fundus legatus est.

D e legato in voluntatem heredis collato.

x x i i i i . V L P I A N U S libro secundo Fideicommissorum

g Coniunge l. u. de
legis.

CVm^g quidam ita fideicommissum reliquisset, R O G O RESTITVAS LIBERTIS MEIS, Q VIBVS VOL ES: Marcellus putabit posse heredem & indignum præferre. at si ita, HIS Q VOS DIGNOS PV TABERIS: petere posse ait eos qui non offenderint. Idem ait, si neminem eligit: omnes ad petitionem fideicommissi admitti videri, quasi iam præsenti die datum, ^h cum sic relinquitur, ⁱ Q VIBVS VOL ES, nec ulli offerat, planè si ceteri defuncti sunt, superstiti dandum, vel heredi eius, si prius quam peteret deceasit.

k potuerit, & alij inclurunt,

Scœuola autem notat, si omnes petere potuerunt, ^k cum nulli offertur: cur non & qui decesserunt, ad heredem transmiserunt?

vtique

vtique, si vno petente iam eligere non potest cui det? videtur enim Marcellus,^a cum fideicommisum ita relinquitur, ex ^a Marcello, LIBERTIS CVI VOLVERIS, ^b arbitrii nisi offerat cui heres velit, & statim offerat, sine aliquo scilicet interuallo: statim competere omnibus petitionem. cu*ī* igitur omnibus competit, meritò notatus est, cur ^b superstitione soli putet dandum. nisi ^b cum superstitione forte ante quam iustum tempus prætereat, quo potuit eligere cui potius offerat, ceteri decesserint.

XXV. MARCELLVS libro quintodecimo Digestorum^b

Si tamen quibusdam absentibus praesentes petent, cum praesenti die relictum sit fideicommisum: causa cognita statuendum est, explorandumq; an & alij sint petituri.

XXVI. IDEM libro sextodecimo Digestorum^b

In cuius in seruo proprietas erat, fructuario herede instituto alicui eum seruum legauit. non potest heres doli mali exceptione vti, si legatarius vindicare seruum vellet non relichto heredi usufructu.

Alternatio.

XXVII. CELSVS libro trigesimo quarto Digestorum^b

S illud aut illud legatum sit, vnum legatum est. si sub contrariis condicionibus aliud atque aliud legatum est, vnum legatum esse arbitramur. neque refert, & heredum & eorum quibus legatum est diuersas personas esse. veluti si ita legatum est, SI NERVA CONSUL FACTVS ERIT, TITIVS HERES ATTIO^c FVNDEM: SI NON ERIT NERVA c Attio de CONSUL FACTVS, SEIVS HERES MAEVIO CENTVM DATO.

Quis fideicommisum praefet.

XXVIII. MARCELLVS libro vicesimo nono Digestorum^b

CVM patronus ex debita parte institutus, fideicommisum relictum ab eo praestare non cogitur: ^d si omiserit institutio*nem*, qui eam partem vindicant, utrum eodem modo retinere, an verò praestare debeat fideicommisum? & magis est e debeat deperi fideicommisum. quoniam quod illius personae praestatur, hoc nequaquam ad alium pertinere deberet.

^e præstatur,

Legata caduca remanent apud heredem cum onere suo.

XXIX. CELSVS libro trigesimo sexto Digestorum^b

Pater meus referebat, cum esset in consilio Duceni & Veri ^g Ducenoijs consulis, itum in sententiam suam: ut cum Octacilius Catulus filia ex ase herede instituta liberto ducenta legasset, pe-

tissetque ab eo, ut ea concubinæ ipsius daret: & libertus viuo testatore decessisset: & quod ei relictum erat, apud filiam remansisset: cogeretur filia id fideicommissum concubinæ redere.

Ius accrescendi.

a Emendatur hic §.

b Vna. S. hinc. C.

c de cad. toll. & conf.

d max. l. 122. q. 12.

e fidei sup. de leg. t.

f fidei quis com-

minuit,

g Vnde, si

h quod iure cedit.

Quod alicuius heredis nominatum fidei **b** committitur, potest videri ita demum dari voluisse, si ille exstitisset heres. Si **c** filio heredi pars eius, à quo nominatum legatum est, adcrevit non praesta **Vt** legatum quod iure **d** antiquo capit.

Interpretatio voluntatis.

x x x . I D E M libro trigesimo septimo Digestorum

Quidam in testamento ita scripsit: REIPUBLICAE GRAVIS CANORVM LEGO IN TUTELAM VIAE REFUGIENDAE, QVAE EST IN COLONIA EORVM, VSQUE AD VIAM AVRELIAM. quæsumum est an hoc legatum valeat. Iuuentius **C**elsus respondit, promedium quidem imperfecta est hæc scriptura IN TUTELAM AVRELIAE VIAE: quia summa adscripta non est, potest tamen videri tanta summa legata, quanta ei rei sufficeret: si modò non appareret aliam fuisse defuncti voluntatem aut ex magnitudine eius pecunia, aut ex mediocritate facultatum quam **g** testatrix reliquit. tunc enim officio iudicis secundum estimationem patrimonij & legati quantitas definiiri potest.

x x x i . M O D E S T I N V S libro primo Regularum
Si **h** quis quos non poterit manumittere, legavit ut manumitterentur: nec legatum nec libertas valet.

x x x i i . I D E M libro nono Regularum

Omnia quæ testamentis sine die vel condicione adscribuntur, ex die aditæ hereditatis prætentur. **k** Fundum ante conditionem coNpletam ab herede non traditum, sed à legatario defentum, heres vindicare cum fructibus poterit.

Cum ita legatur, ILLI HOC AMPLIUS FVNDSVM 2 ILLVM CVM OMNIBVS REBUS QVAE IN EODEM FVNDO ERVNT: mancipia quoque continentur. **C**um 3 ita legatur, QVID QVID IN HORREO MEO ERIT: & is cui legatum est, ex rebus non legatis, ignorantе eo ampliandi legati sui gratia in horreum intulerit: quod illatum est, non videtur esse legatum. **Q**uod à legatario petitum erat, ut alij restitueret: si legatarius decedat, heres quoque eius id quod legatum est, præstare debebit. Species nominatum legatae si non repperiantur, nec dolo heredis deesse probetur: peti ex eodem testamento non possunt. In fideicommisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitionem eius admitti possunt,

i Vide l. si quis eum:
infr. de condit. & de-
monstr.

j poterat

k prætentur.

sunt, qui nominati sunt: aut post omnes eos extintos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sint. nisi specialiter defunctus ad ylteriores voluntatem suam extenderit.

A quo præstandum sit legatum.

XXXIII. IDEM libro nono Responsorum respondit⁴

Legatorum petitio aduersus heredes pro partibus hereditariis competit. nec pro his qui soluendo non sunt, oneri coheredes oportet. Qui plures heredes instituit testamento, à quibusdam nominatim relinquit legata. postea codicilos ad omnes heredes scripsit. quæro quæ legata debeant.^b Mo^b debeat^b destinus respondit, cum manifeste testator testamento expresserit, à quibus heredibus legata præstari vellet: licet codicillos ad omnes scriperit, appetat tamen ea quæ codicillis dedit, ab his præstanda esse, quos munere fungi debere testamento suo ostendit testator.

Quibus verbis legatum relinquatur.

XXXIV. IDEM libro decimo Responsorum¹

Titia cum testamento facto decederet, heredibus institutis Mævia & Sempronio filii suis ex æquis partibus, petit à Mævia ut Stichum seruum suum manumitteret, in hæc verba: A TE AVTEM MAEVIA FILIA CARISSIMA PETO, VT STICHVM SERVVM TVVM MANVMITTAS, CVM IN MINISTERIO TVO TOT CAPITA SERVORVM TIBI HIS CODICILLIS LEGAVERO, nec legauit. quæro quid his verbis relictum videatur: cum ut supra cautum^c est, duobus heredibus institutis defunctam testatrix, & mancipia hereditaria duarum personarum fuisse, & codicillis nihil relictum sit de præstandis mancipiis, nec posset utile fideicommissum putari, quod datum non sit cum legasse se dixerit, nec adiecerit legati speciem, nec ab herede vti præstarentur mancipia petierit. Modestinus respondit, ex verbis consultationi insertis Mæviam neque legati neque fideicommissi petitionem habere, neque libertatem seruo suo dare compelli.

Interpretatio voluntatis.

Lucius Titius in testamento suo ita cavit: ΟΚΤΑΒΙΑΝΗ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ ΤΗ ΓΛΥΚΥΤΑΤΗ ΜΟΥ ΘΥΓΑΤΡΙ ΧΑΙΡΕΙΝ. ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΑΥΤΗΝ ΠΑΡ ΕΑΥΤΗΣ ΑΛΕΞΙΝ ΧΩΡΙΟΝ ΓΑΖΑΝ ΣΥΝ ΤΑΙΣ ΕΝΘΗΚΑΙΣ ΑΥΤΟΥ ΠΑΣΑΙΣ. ΟΚΤΑΒΙΑΝΩ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩ ΤΩ ΓΛΥΚΥΤΑΤΩ ΜΟΥ ΥΙΩ. ΕΞΑΙΡΕΤΟΝ

ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΑΡ ΕΑΥΤΟΥ ΛΑΒΕΙΝ §

* Φυλοφρονεῖται ΣΥΓΚΤΗΣΙΝ ΑΓΩΝΟΦΟΡΟΝ ^a ΚΟΜΙΑΝΗΝ,
λέσιο πλαστ. Reclitius ΣΥΝ ΑΙΣ ΕΧΕΙ ΕΝΘΗΚΑΙΣ ΠΑΣΑΙΣ. quæro an
λύνοφρον legendum huiusmodi scriptura integrum prædium singulis datum esse
videtur ex Aristotle lib.9 de natura animalium: quæm legiōnem & ipsa legiō species suadet. Est autem λύνος plantæ seu fructu genus.
^b scipio & quenqnam

videatur, an verò partem hereditariam dumtaxat contineat: cum inutiliter à semetipso^b quemque^c eorum quam habebat partem accipere voluit. Modestinus respondit, non sic interpretandam scripturam de qua quæritur, vt fideicommissum inutile fiat. Item quæro, si integrum prædium relictum esse videtur, an pretium portionis fratri & coheredi soluendum sit. vt hoc ipso quodd à semetipso accipere præcepit, pretio illato integrum habere eum voluerit. Item respondebit, ad solutionem pretij fideicommissariorum minimè compellendum.

Qui praesens est testimonij causa, an consentire videtur.

Lucia Titia intestata moriēs, à filijs suis per fideicommissum alieno seruo domum reliquit. post mortem, filiū eius^d Idem^d qui heredes cum diuiserunt^e hereditatem matris, diuiserunt etiam domum. in qua diuisione dominus serui fideicommissarij quasi testis adfuit. quæro an fideicommissi persecutionem adquisitam si Vi per seruū, eo quodd interfuit diuisioni, amississe videatur. Modestinus respondit, fideicommissum ipso iure amissum non esse, quod ne repudiari quidem potest. sed nec^f per doli exceptionem summo Betur^h: nisi euidenter apparuerit, omittendi fideicommissi causa hoc eum^g fecisse.

Interpretatio voluntatis.

Gaius Seius cum domumⁱ suam^j haberet, & in prætorioⁱ vxoris sue^k transtulisset, quasdam res de domo sua in eodem^l prætorio transtulit. ibique post multos dies decedens testamento vxorem suam heredem & alios complures reliquit. quo testamento significauit verba, quæ infra scripta sunt. IN PRIMIS SCIANT HERedes MEI NVLLAM PECVNIAM ESSE PENES VXOREM MEAM. SED NEC ALIVD QVICQVAM. IDEO QAE HOC NOMINE EAM IN QUIETARI NOLO. quæro an ea quæ viuendo in prætorio vxoris eius translata sunt, communī hereditati vindicari possint. & an secundum verba testamenti præscribi coheredibus possit à parte vxoris defuncti. Modestinus respondit, si ea quæ in domum^m seu prætoriuⁿ vxoris defunctus transtulit, præcipua ad eam pertinere voluit: nihil proponi, cur voluntate^o ipsius standum non sit. necesse igitur habet mulier, talem voluntatem fuisse testatoris ostendere. quod nisi fecerit, in hereditate^o mariti^p & hæc remanere oportet.

d iidemque
e diuidenter

f repudiatum qui-
dem videri
g nec dominum
h summoueri:

i prætorium
k se contulisset,
l in idem prætoriu

m quæ de domo
sua in prætorium

n voluntati

o hereditatem
p mariti eius

De im-

De implenda condicione

- 4 Si ea condicione liberto fideicommissum relictum est, ne à filii eius recederet: & per tutores factum est, quo minus condicione impletet: iniquum est eum, cum sit inculpatus, emolumento fideicommissi carere.

Dos à patre legata filie.

- 5 Qui inuita filia de dote egerat, decessit eadem illa exhereditata, filio herede instituto. & ab eo fideicommissum filiae dotis nomine reliquit. quæro quantum à fratre mulier consequi debeat. Modestinus respondit, quod in primis est, non esse consumptam de dote actionem mulieri, cum patri suo non cōsenserit, vtiq; non ignoras.^a sic enim^b res explicatur, vt si quidem maior quantitas in *priore* dote fuit: illius petitione fit tantummodo mulier contenta. quod si in summa dotis nomine legata amplius sit quam in dote principali, compensatio fiat vsque ad eandem summam quæ cōcurrat. & id tantummodo, quod excedit in sequenti summa, ex testamento consequatur, non est enim verisimile, patrem dupli præstatione dotis filium eundemque heredem onerare voluisse^c præterea, cum putauerit se efficaciter, licet non consentiente filia, instituisse aduersus generū de dote actionem.

^a ignorans.
^b autem

^c voluisse: præser-
tim cùm

Interpretatio verborum.

- 6 Lucius Titius relictis duobus filiis suis heredibus diversi sexus institutis, addidit caput generale, vti legata, & libertates ab his heredibus suis præstarentur. quadam tamen parte testamenti à filio petit, vt omne onus legatorum in se sustineret, in hunc modum. **¶ S A ¶ Q VAE C V M - d susciperet,**
Q V E I N L E G A T I S R E L I Q V I , V E L D A R I
P R A E C E P I : A B A T T I A N O F I L I O M E O E T H E-
R E D E D A R I P R A E S T A R I Q V E I V B E B O . e dein e iubeo.
 desubiecit in præceptione relinquenda filiae suæ hæc verba:
PAVLINAE FILAE MEAE D V L C I S S I M A E S I Q V I D f quæ-
M E V I V O D E D I g comparauī, dedi,
I V B E O : C V I V S R E I Q V A E S T I O N E M F I E R I V E
T O . E T P E T O A T E F I L I A C A R I S S I M A , N E V E-
L I S I R A S C I , Q V O D A M P L I O R E M S V B S T A N-
T I A M F R A T R I T V O R E L I N Q V E R I M h Q V E M S C I S h reliquerim,
M A G N A O N E R A S V S T E N T A T V R V M , i E T L E G A T A i sustenturum,
Q V A E S V P R A F E C I , P R A E S T A T V R V M . quæro an
¶ Ex his extreminis verbis, quibus cum filia sua in testamento
 pater locutus est, effectum videatur, ^k vt hereditarijs actionibus^l id est omnibus^l filium suum onerauerit: an vero iam^m in oneribus solūm propter onus legatorum locutusⁿ esse videatur. petitiones autem hereditarie in vtrumq; heredē creditoribus dari debeant. Modestinus respondit, vt actiones creditorū filius solus
^k videtur.
^l in
^m eam
ⁿ allocutus

Alc. libr. 4. Dif. 19. solus excipiat, iussisse testatorem non proponi. Titia^a cum nuberet Gaio Seio, dedit in dotem prædia, & quasdam alias res, postea decedens codicillis ita cauit: **ΓΑΙΟΝ ΣΕΙΟΝ ΤΟΝ ΑΝΔΡΑ ΜΟΥ ΠΑΡΑ ΚΑΤΑΤΙΘΕΜΑΙ ΣΟΙ ΡΘΥΓΑΤΕΡ, Ο ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΔΟΘΗΝΑΙ ΕΙΣ ΒΙΟΥ ΧΡΗΣΙΝ ΚΑΙ ΕΠΙΚΑΡΠΙΑΝ, ΜΕΤΟΧΗΝ^b ΚΩΜΗΣ ΝΑΚΑΗΝΩΝ, ΉΝ ΕΦΘΑΣΑ ΔΕΔΩΚΥΙΑ ΕΙΣ ΠΡΟΙΚΑ ΣΥΝ ΣΩΜΑΣΙ ΤΟΙΣ ΕΜΦΕΡΟΜΕΝΟΙΣ ΤΗ ΠΡΟΙΚΙ: ΚΑΙ ΚΑΤΑΜΗΔΕΝ ΕΝΟΧΛΗΝΑΙ ΑΥΤΟΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΡΟΙΚΟΣ: ΕΣΤΑΙ ΓΑΡ ΜΕΤΑ Η ΤΗΝ^c ΤΕΛΕΥΤΗΝ ΑΥΤΟΥ ΣΑ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ ΖΟΥ. præterea alia multa *huic* eidem marito legauit, ut quamdiu viueret haberet. quæro an propter hæc quæ codicillis ei extra dotem relictæ sunt, possit post mortem Gaij Seij ex causa fideicommissi petitio filiæ & heredi Titiae competere & earum rerum nomine, quas in dotem Gaius Seius accepit. Modestinus respondit, licet non ea verba propo nuntur^d, ex quibus filia testatricis fideicommissum à Gaio Seio, postquam præstiterit quæ testamento legata sunt, petere possit: tamen nihil prohibet propter voluntatem testatricis post mortem Gaij Seij fideicommissum peti.**

XXXV. IDEM *libro sextodecimo Responsorum respondit*

Legatis vxori quæ vsus eius causa parata sunt, eos seruos ad eam non pertinere, qui non proprij ipsius, sed communis vsus causa parti^e sunt.

Legatum est^f donatio testamento relictæ.

XXXVI. IDEM *libro tertio Pandectarum*

Quite testamento inutiliter manumissus est, legari eodem testamento potest, quia totiens efficacior est libertas legato, quotiens utiliter data est.

XXXVII. IDEM *libro secundo ex Cassio*

Quod seruus legatus ante aditam hereditatem adquisit, hereditati adquirit.

XXXVIII. IDEM *libro tertio ex Cassio*

Si areae legatae post testamentum factum ædificium impositum est: utrumque debetur, & solum & superficiem.^g

De iure accrescendi.

XL. IDEM *libro primo Epistularum*

***S**i duobus seruis meis eadem res legata est, & alterius serui nomine ad me eā pertinere nolo: totū ad me pertinebit, quia

δικαστής

proponantur,

διparati

*ο εστι καὶ δαμανόμενος
Papianus, vel,
Sabinus*

*g superficies,
h Nō obstat: l. 20. sup.
cod. quicq. ill. c. vñ*est
legatis*, hic verbū *duo
bus*, quod solum in
spici abbet: cū enim
queritur de coniun-
ctiū, videndum est
qui legatur, non cui
acquiratur, ut legi;
nihil nos mouere de-
bet, quid in l. 20. de-
bus res acquiratur.*

quia partem alterius serui per alterū seruum adquiro perinde ac si meo & alterius seruo esset legatum.

De iure accrescendi.

XLI. IDEM libro septimo Epistularum[¶]

MAEVIO FVNDI PARTEM DIMIDIAM, SEIUS PARTEM DIMIDIAM LEGO, EVM D E M² FVN- DVM TITIO LEGO. si Seius decesserit, pars eius utriusque ad crescit. quia cum separatim^b & partes fundi & totus legatus sit, necesse est ut ea pars quae cessat, pro^c portione legati cuique eorum quibus fundus separatim legatus est ad crescat.

De dote legata.

A me heredi^d vxori meae ita legatum est, QVID QVID PROPTER TITIAM AD SEIVM DOTIS NOMINE PERVENIT, TANTAM PECVNIA M SEIVS HERES MEVS TITIAE D E T. quero an deductiones iNpensarum fieri possint, quae fierent, si de dote ageretur. respodit, non dubito quin vxori suae, quod ita legatum est, A TE HERES PETO, QVID QVID AD TE PERVENISSET, VT TANTVM EI DARES: tota dos sine ratione deductionis impensarum mulieri debeatur. non autem idem ius seruari debet ex testamento extranei, quod seruatur in testamento viri qui dotem vxori relegavit. haec enim taxationis loco habenda est, QVID QVID AD TE PERVENIT. illic autem vbi vir vxori relegat, id videtur legare, quod in iudicio dominis mulier consecutura fuerit.

Capere intelligitur cum effectu

XLI. IDEM libro undecimo Epistularum[¶]

CVm ei qui partem capiebat, legatum esset ut alij restitueret: placuit solidum capere posse.

Interpretatio verborum.

XLII. POMPONIUS[¶] libro tertio ad Quintum Mucium[¶]

SI ita relictum fuerit, QVANTVM HERES MEVS HABEBIT, TANTVM TITHASO DARI VOLO: pro eo est, quasi ita sit scriptum, quantum omnes heredes habebunt. Quod si ita fuerit, QVANTVM VNVS HERES HABEBIT, TANTVM TITHASO HERedes MEOS DARE VOLO, minor pars erit accipienda, quae venit in legato.

Defideicommissio in diem relicto.

Pegasus solitus fuerat distinguere, si in diem fideicommissum relictum sit, veluti post annos decem: interesse, cuius causa tempus dilatum sit, utrumne heredis, quo casu heredem frumentum retinere debere: an legatarij, veluti si in tempus pubertatis

k fructu heres regnare deberet:

e & fructus

tatis ei qui impubes sit, fideicommissum relictū sit. tunc enim
fructus præstandos & antecedentis temporis. & hæc ita in-
tellegenda sunt, si non nominatim adiectum est, ut cum incre-
mento heres fideicommissum præstet.

Alternatio.

b Coniunge l. 109.
de verb. oblig.
c at si ita

Si ita ^b scriptum sit, DECEM AVT QVINDECIM HE-
RES DATO: pro eo est, ac si decem sola legata sint. aut ^c si
ita sit, POST ANNVM, AVT POST BIENNIVM
QVAM EGO DECESSERO, HERES DATO: post
biennium videtur legatum. quia heredis esset potestas in eli-
gendo.

Interpretatio verborum.

d dominari

XLIII. IDEM libro quarto ad Quintum Mu-
cium¹e id à Publico
Mætio

SI pluribus heredibus institutis ita scriptum sit, HERES
MEVS DAMNAS ESTO DARE AVREOS QVIN-
QVE: non quilibet heres; sed omnes videbuntur damnati^d
vt vna quinque dent. Si ita legatum fuerit, LVCIVS TI-
TIVS HERES MEVS TITHASO QVINQVE AV-
REOS DARE DAMNAS ESTO: deinde alio loco ita,
PVBLIVS MAEVIVS HERES MEVS TITHASO
QVINQVE AVREOS DAMNAS ESTO DARE: nisi
Titius ostenderit adimendi causa ^e à Publico legatum esse re-
lictum, quinos aureos ab utroque accipiet.

f Coniungel. 122.
de verb. fig.XLV. IDEM libro octauo ad Quintum Mu-
cium¹

g exemplum

h turpisimum
i Veteres sciebant,
quiescere aliquem tan-
quam mollem & ef-
feminatum notabat,
feminino cum voca-
bulo irrisione causa
appellare. Alcidib.
2. patr. erg. c. 48.

SI ita sit scriptum, FILIABVS MEIS CENTVM AV-
REOS DO: an & masculini generis & feminini liberis
legatum videatur? nam si ita scriptum esset, FILIIS MEIS
HOS CE TUTORES DO: responsum est, etiam filiabus
tutores datos esse. quod non est ex contrario accipiendum, vt
filiarum nomine etiam masculi contineantur. exemplo enim
pessimum ^h est, feminino ⁱ vocabulo etiam masculos conti-
peri.

Quando legatum potest repudiari.

Si sub condicione, vel ex die certa nobis legatum sit: ante
condicionem vel diem certum repudiare non possumus. nam
nec pertinet ad nos, antequam dies veniet, vel condicio ex-
sistat.

Condicio nuptiarum.

Si pater filiae suæ testamento aureos tot heredem dare ius-
serit, vbi ea nupissit: si filia nupta sit cum testamentum fit,
sed absente patre & ignorante: nihilominus legatum debe-
tur. si enim hoc pater non ignorabat, videtur de aliis nuptiis
sensisse.

Interpretatio verborum.

XLVI. PROCULVS libro quinto Epistularum¹

SI inscripsisset qui legaVat, QVID QVID MIHI LV- a Siita
SCIVM TITIVM DARE FACERE OPORTET; SEMPRONIO LEGO, nec adiecit, ^b PRAESENS IN b adiecisset,
DIEM VE: non dubitarem, quantum ad Berborum significati-
onem adtineret, quin ea pecunia comprehensa non esset,
cuius dies moriente eo qui testamentum fecisset, nondum ve-
niisset. ad Iciendo autem hec verba PRAESENS IN DIEM-
VE: aperte mihi videtur ostendisse, eam quoque ^c pecuniam ^{c se pecuniam}
legare voluisse.

Interpretatio pro herede.

XLVII. IDEM libro sexto Epistularum

SEmpronius Proculus ^d Nepoti suo salutem. Binæ tabulae ^d Proculo
testamenti eodem tempore exemplarij causa scriptæ, ut vOl-
gofieri solet, eiusdē patrisfamilias proferuntur. in alteris ceh-
tum, in alteris quinquaginta aurei legati sunt Titio. quæris ^e e quare
vtrum & quinquaginta aureos, an centum dumtaxathabitu-
rus sit. Proculus respondit, in hoc casu magis ^f heredi parcen-
dum est. ideoque vtrumq; legatum nullo modo debetur. sed
tantummodo quinquaginta aurei.

De dote relegata.

XLVIII. IDEM libro octavo Epistularum

Licinnius ^f Lucusta Proculo suo salutem. cum faciat cōdi- f Lucius
cionem in releganda dote, ut ^g si mallet vxor mācipia quæ g vtrum
in dotem dederit, quām pecuniam numeratam recipere: si ^h ea h & si
mancipia vxor malit, numquid etiam ea mācipia quæ postea
ex his mancipiis nata sunt, vxori debeantur quāro. Proculus
Lucustæ suo salutem. Si vxor mallet mancipia quām dotem
accipere: ipsa mancipia quæ aestimata in dotem dedit, non etiā
partus mancipiorum ei debebuntur.

De furioso herede.

Bonorum possessione dementis curatori data, legata à cu-
ratore qui furiosum defendit peti poterit. sed qui petent, ca-
uere debebunt, si hereditas euita fuerit, quod legatorū no-
mine datum sit, redditu iri.

Quid præstandum sit legatario.

XLIX. PAVLVS libro quinto ad Legem Iu-
liam & Papiam¹

Mortuo boue qui legatus ⁱ est, neque corium neque caro
debetur. Si Titio frumentaria ^k tessera ^l legata sit, & is
decesserit: quidam putant existungi legatum. sed hoc nō est
verum. nam cui tessera vel militia legatur, æstimatio videtur
legata.

ⁱ Nondum tamen est
acquisitus: quia foris
ante diem legati, vel
conditione cedentem
interiit. l. si post diem
infra, quao. dies lega-
ce. quid si acquisitus
est, hoc coinqm. &
caro vindicari posse
& legatario. l. solv. s.
vli. sup. de rei vindic.
k. Quid tessera, &
quo modis in iure
accipitur, Alexan. ab
Alex. lib. 4. Gvii.
dier. cap. 2.
l. vel militia lega-
ta sit.

Que

Quæ res legari possint.

Labeo refert, agrum cuius commercium non habes, legari tibi posse, Trebatum respōdisse. quod merito Priscus Fulcinius falsum esse aiebat. Sed Proculus ait, si quis heredem suū eum fundum, cuius commercium is heres non habeat, dare iussicerat ei qui eius commercium habeat: putat heredem obligatum esse, quod verius est, vel in ipsam rem, si hæc in Vonis testatoris fuerit: vel si non est, in eius estimationem. Si testator dari quid iussisset, aut opus fieri, aut minus dari: proportione sua eos præstare, quibus pars hereditatis ad cresceret, æquæ atque cetera legata, placet.

*Substitutio.***L. MARCELLVS** libro vicesimo octauo Digestorum

a Scilicet gladiato-
rium: nam si de do-
me, quod alij faciunt,
intelligamus, batto-
logia quadam rite
sur Jurisconsultus,
qui prius dixerat, si
testator quid dari
insisteret. Alc.lib.2.
parerga.22.

b personam

c & ex diuerso,
alij

d Publicus

e quandoque

VT heredibus substitui potest, ita etiam legatariis. videamus an idem fieri possit &c. cum mortis causa dona Vituri: ut id promittat ille alteri, si ipse capere non poterit. quod magis est. quia in posterioris quoque persona^b donatio conferatur. Si Titius mihi Stichum aut decem debeat, & legauero tibi Stichum quem mihi debet: placet extingui legatum dece solutis. & ^c si diuersis, alij decem alij Stichus legatus fuerit: ex euentu solutionis legatum valer. Cum ita legatum est, **Q**UANTAM PECVNIA M HERES MEVS A TITIO EXGERIT, TANTAM MAEVIO DATO: si sub sub condicione legatum est: antequam exacta pecunia sit, legatarius agere non potest. quod si statim dies legati cedit: vt Publicius ^d recte putat, legatarius agere potest ut actiones prætentur.

*Interpretatio verborum.***L. VLPIANVS** libro octauo ad Igem Iuliam & Papiam^e

SI ita quis testamento suo cauisset, **ILLI Q**UANTVM PLVRIMVM PER LEGEM ACCIPERE POTEST, DARI VOLO: vtique tunc, cum quando ^c capere potuerit, videtur ei relictum. sed & si dixerit, **Q**UAM MAXIMAM PARTEM DARE POSSVM, DAMNAS ESTO HERES MEVS EI DARE: idem erit dicendum.

Adoptio.

Iscui in tempus liberorum tertia pars relicta est, vtique nō poterit adoptando tertiam partem consequi.

LII. TERENTIVS CLEMENS libro tertio ad Legem Iuliam & Papiam^e

NOn oportet prius de condicione cuiusquam quæri, quam hereditas legatumve ad eum pertineat.

Dece

De eo quod mulieri legatum est pro dote.

LXXXI. IDEM libro quarto ad Legem Iuliam &
Papiam[¶]

CVm ab uno herede mulieri pro dote compensandi animo
legatum esset, eaque dotem suam ferre, quam legatum
maluerit: vtrum in omnes heredes, an in eum solum a quo le-
gatum est, actio^a ei dote dari debeat, queritur.^b Julianus in
eum primum, a quo legatum sit actionē dandam putat. nam
cum aut suo iure, aut iudicio mariti contenta esse debeat: æ-
quum esse eum, a quo ei maritus aliquid pro dote legauerat,
vsque ad quantitatē legati onus huius æris alieni sustinere:
reliqua parte dotis ab heredibus ei præstanta. eidem erunt di-
cēda, si heres instituta pro dote omiserit hereditatē, vt in sub-
stitutum actio detur. & hoc verum est. sed de legatis & legis
Falcidi ratione belle dubitatur, vtrum is, in quem solum^c do-
tis actio detur, legata integrā ex persona sua debeat perinde
ac si omnes heredes dotem^d præstarent: an dotem totam in
ære alieno computare, quia in eum solum actio eius detur.
quod sanè magis rationem habere viderur.

LXXXII. IDEM libro tertiodécimo ad Legem Iuliam
& Papiam[¶]

SI cui fundus centum dignus legatus fuerit, si centum here-
divel cuilibet alijs dederit: vberimum videtur esse legatum.
nam alijs^e interest legatarij fundum potius habere quam cen-
tum. sœpe enim confines fundos etiam supra iustum æstima-
tionem interest nostra adquirere.

Coniunctio legatariorum.

LXV. GAIUS libro *duo *decimo ad Legem Iuliam
& Papiam[¶]

SI Titio^f & mihi eadem res legata fuerit, & is die cedente f simili & Tito
legati deceperit me herede reliquo: & vel ex mea propria
causa velex hereditaria legatum repudiaero: magis placere
video partem defecisse.

*Hæreditas representat personam defuncti,
non heredis.*

Si eo herede instituto, qui vel nihil vel non totum capere
potest, seruo hereditario legatum fuerit: tractantibus Novis
de capacitate, videndum est vtrum heredis, an defuncti perso-
na, an neutrius spectari debeat. & post multas varietates pla-
cket ut, quia nullus est dominus in cuius persona de capacitate
quereri possit, sine ullo impedimentoo adquiratur legatum he-
reditati. atque ob id omnino ad eum pertineat, quicumq;
postea heres extiterit, secundum quod accipere potest, reliqua
autem pars ad eos qui iure vocantur venit.

a actio dotis ei:
vñl, actio ei de dote
b & Julianus
cum solum

c primum
d dotem totam

e aliquando

f simili & Tito

Dereprincipi vel Augustæ legata.

L VI. I D E M libro quartodecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

a exemptus

Quod principi relictum est, qui antequam dies legati cedat, ab hominibus eripitus est, ex constitutione Diui Antonini successor eius debetur.

b Papioianus

L VII. I V N I V S^b M A V R I C I A N V S libro secundo ad Legem Iuliam & Papiam¹

c defuerit,

S I Augustæ legaueris, & ea inter homines esse desierit: deficit quod ei relictum est. sicuti Diuus Hadrianus in Plotinæ, & proximè imperator Antoninus in Faustinæ Augustæ persona constituit, cū ea ante inter homines esse defuerit, quam testator decederet.

Acquisitio legati.

L VIII. G A I V S libro quattrodecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

d Neramus

S I cuires legata fuerit, & omnino aliqua ex parte voluerit suam esse: totam adquirit.

e velim

L V I I I . T E R E N T I V S^d C L E M E N S libro quinto-decimo ad Legem Iuliam & Papiam

f voluerit.

S I mihi purè seruo meo vel purè vel sub condicione eadem res legata est, ego quæ legatum quod mihi datum est repudiem: deinde condicione existente, id quod seruo meo legatum est, vellem ad me pertinere: partem legati deficere responsum est. nisi si quis dubitet, an existente conditione, si seruus viuat, omnimodo legatum meum fiat quod semel ad me pertinere voluerim. quod et quius esse videtur. id est & si duobus seruis meis eadem res legetur.

Apud quem remaneat legatum fideicommissum deficiente.

L X. V L P I A N V S libro sextodecimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

g remaner.

I Vlianus ait, si à filio herede legatum sit Scio, fideique eius commissum fuerit sub condicione ut Titio daret, & Titius pendente condicione decesserit: fideicommissum deficiens apud Scium manet, non ad filium heredem pertinet. quia in fideicommissis potiorem causam habere eum cuius fides electa sit, senatus voluit.

Si portion non grauata accedit grauata, sit contributio:

& legata solida præstantur.

L XI. V L P I A N V S libro octauo decimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

h quadringenta

S I Titio & M. ruic heredibus institutis, qui quadrigenta relinquebat, à Titio ducenta legauerit. & quisquis heres esset, centum: neque Mæuius hereditatem adierit: treceta Titius debet.

De iure accrescendi.

Iulianus quidem ait, si alter ex legitimis heredibus repudiasset portionem, cum essent ab eo fideicommissa relicta: coheredem eius non esse cogendū fideicommisso^a præstare, portionem enim^b ad coheredem sine onere pertinere. sed post rescriptum Seueri, quo^c fideicommissa ad instituto relicta à substitutis debentur, & hic quasi substitutus cū suo onere consequetur ad crescētē portionem.

Quis fideicommissum præstare debeat.

LXII. LICINNIUS RUFINVS libro quarto

Regularum

Si alienus seruus heres institutus fuerit, à domino eius fideicommissum relinquī potest. sed ita hoc fideicommissum dominus præstare debet, si per seruum factus sit heres. quod si antequam iussu eius adiretur hereditas, seruus manumissus fuerit, & suo arbitrio adierit hereditatem: dominus id de-
Viturus non est, quia heres factus nō est: nec seruus, quia ro-
gatus^d est. itaque utilis actio hōc casu competit, vt is ad quēm emolumētū hereditatis periuenerit, & fideicommissum præstare compellatur.

Actionem factū contra heredem.

LXIII. CALEISTRATVS libro quarto Edicti
monitorij

e Paulus,

Si heres rem legatam ignorans, in funus consumpsit: ad exhibendum actione non tenebitur. quia nec possidet, nec do lo malo fecit quo minus possideret. sed per in factū actionem legatario consulitur, vt indemnitas ei ab herede præstetur:

Coniectura voluntatis in fidicommissis.

LXIV. PAPINIANVS libro quintodecimo

Quæstionum^m

CVM proponebatur in scriptura fideicommissi, quod pluri-
bus sub condicione fuerat relictū, per errorem omisitam f conieatura
mutuam substitutionem, quam testator in secundis tabulis, g suis
cum eisdem substitueret, expressit: Diui Marcus & Cōmodus imperatores rescriperunt, voluntatem manifestam vide-
ri mutuæ^h factæ substitutionis. etenim in causa fideicommissi, h mutuæ
vtcumque precaria voluntas quereretur, coniectura potuit
admitti.

De vniuersitate rerum legata.

LXV. IDEM libro sextodecimo Quæstionum^m

PEcilium legatum augeri & minui potest, si res peculij postea esse incipient, aut desinant. Idem in familia erit: siue vniuersam familiam suam, siue certam, veluti urbanam, aut rusticam, legauerit: ac postea seruorum officia vel ministeria mutauerit, eadem sunt i lexicariis aut pedisequis legatis. i in lexicariis

a Applicantur,

Quadrigæ legatum equo postea mortuo perire quidam ita credunt, si equus ille decebat qui demonstrabit quadrigam. sed si medio tempore diminuta suppleatur, ad legatarium pertinebit. Titio Stichus legatus, post mortem Titij libertatem accepit & legatum adita hereditate, & libertas post mortem Titij competit. Idemque est & si moriente Titio liber esse iussus est. si tamen Titio ex parte herede instituto, seruus legatus sit, & post mortem eius liber esse iussus sit: siue adierit hereditatem Titius siue non adierit, post cuius mortem libertas ei data est, defuncto eo libertas competit.

Interpretatio voluntatis.

LXVI. IDEM libro septimodecimo Quæstionum

† ex parte

b reliquit,

c Si duobus vel,
Duobusd Halander substantia
lit haricn. gationem,
vt & parvæ p[ro]f[essione].
que. Aug. libet.
emendat. a.
e diuisionemf & quemadmo-
dum abg Coniungel. & Ti-
go. de rufi.

Mæius fundum mihi ac Titio sub conditione legavit. heres autem eius eundem sub eadem conditione mihi legavit. verendum essem Julianus ait, ne lexstante conditione pars eadem ex utroque testamento mihi debeatur. Voluntatis tamen quæstio erit, nam incredibile videtur, id egresso heredem, ut eadem portio bis eidem debeatur. sed verisimile est, de altera parte eum cogitasse. sane constitutio principis, qua placuit eidem saepe legatum corpus non onerare heredem, ad unum testamentum pertinet. Debitor autem non semper quod debet, ipse legat. sed ita, si plus sit in specie legati, si enim idem sub eadē conditione relinquitur, quod emolumenatum legati futurum est?

Res eadem duorum testamentis eidem legata.

Duorum testamētis pars fundi, quæ Mæius est Titio legata est. non ineleganter probatum est, ab uno herede soluta parte fundi quæ Mæius fuit, ex alio testamento liberationem optingere: neque postea parte alienata reuocari actionem semel extinctam. Sed si pars fundi simpliciter, non quæ Mæius fuit, legetur: solutio prior non perennit alteram actionem. atque etiam hanc eandem partem aliquo modo suam factam, poterit alter heres soluere. [neque] plures in uno fundo dominii iuris intellectu, non diuisione corporis optinent. Non idem respondet, cum duobus testamentis generatim homo legatur, nam qui soluēte altero legatarij factus est, quamvis postea sit alienatus, ab altero herede idem solui non poterit. Eademque ratio stipulationis est. hominis enim legatum orationis compendio singulos homines continet. vtque ab initio non consistit in his qui legatarij fuerunt, ita frustra soluitur, cuius dominiū postea legatarius adeptus est: tametsi dominus esse definit.

Aestimatio rei legatae.

In fundo legato si heres sepelierit, aestimatio referenda erit ad tetum pretium fundi, quo potuit ante sepulturā aestimari. quare

quare si fuerit solitus, actionem adhuc ex testamēto propter locum alienatum durare, rationis est.

Res eadem in testamento & codicillis legata.

- 3 Eum qui ab uno ex heredibus, qui solus oneratus^a fuerat, ^{a testamento suo} litis aestimationem legatæ rei abstulit, postea codicillis aperi-^b tis, ab omnibus heredibus ciudem rei reliqtæ dixi dominum non querere. cum enim, qui pluribus speciebus iuris vteretur, non s̄apieus eandem rem eidem legare: sed loqui s̄apieus.

Legafo fundo quid debeatur legatio.

- 4 Fundo legato si vſusfructus alienus sit, nihilo minus pe- tendus est ab herede. vſusfructus enim eti in iure non in par- te consistit, emolumenntum tamen rei continet. enim uero fundo relicto,^b ob reliquas præstationes quæ legatum sequun-^b tur agetur. verbi gratia, si fundus^c pignori datus, vel aliena posseſſio sit. non idem placuit de ceteris seruitutibus. fin au- tem res mea legetur mihi, legatum propter^d istas causas non^d preter valebit. A municipib⁹ heredibus scriptis detraſto vſusfructu legari proprietas potest: quia non vtendo possunt vſumfructum amittere.

Delgato relicto uni ex familia quem heres elegit.

LXVII. IDEM libro nonodecimo Quætionum⁹

- V Num^e ex familia propter fideicommissum à se cum mo-^e si vnum reretur relictum, heres eligere debet. ei quem elegit, fru- stra testamēto suo legat quod posteaquam electus est, ex alio testamento petere potest. vtrum ergo non constitit quod da- tur, quasi creditori relictum: an quamdiu potest mutari vo- luntas, non recte creditori comparabitur? si Be tamen durat electio, fuisse videtur creditor: siue mutetur, ex neutro testa- mento petitio competit. Si Falcidia queratur, perinde o- f De Falcidia mnia seruabuntur, ac si nominatim ei qui postea electus est, primo testamento fideicommissum relictū fuisse. non enim facultas necessaria electionis propriæ liberalitatis beneficium est, quid est enim quod de suo videatur relinquisse, qui quod relinquit, omnimodo reddere debuit? Itaque si cum forte tres ex familia essent eius qui fideicommissum reliquit, eodem, vel dispari gradu: satis erit vni reliquisse. nam postquam paritum est voluntati, ceteri condicione deficiunt.^g Sed si uno ex fa- g deficiuntur. milia herede instituto, ille fundus extraneo relictus est: perinde fideicommissum ex illo testamento petetur, ac si nemo de familia heredi heres existisset, verum is qui heres scriptus est, ratione dolii exceptionis ceteris fideicommissum petenti- bus facere partem intellegitur. nam quæ ratio ceteros admit- tit, eadem tacitam inducit pensationem. Si duos de familia non æquis portionibus heredes scriberit, & partem, forte quartam, exterō eiusdem fundi legauerit: pro his quidem

a non magis petetur, quām
 b alia
 c heredum virilem
 portionem compensationem.
 d fideicommissi
 felicitet vel fideicommissum ab extra-
 nec
 e si praeferat tandem ei reliquum
 esset, quod fundi premium efficeret.
 f & siquidem
 g nefundus

portionibus, quas iure hereditario retinent, fideicommissum non petetur, non magis quām si alteri fundum prælegasset. pro altera verò parte quæ in exterum collata est, virilem, qui sunt de familia, petent: admissa propter heredes virilium portionum pensatione. Sed & si fundum heres vni ex familia reliquerit, eiusque fidei commiserit, ut eum extero restituat: quælibet est an hoc fideicommissum peti possit. dixi ita de-
 dum peti posse, si fundi præmium efficiat. sed si quidem ille prior testator ita fideicommissum reliquist, **R O G O F V N D V M C V I V O L E S A V T Q V I B V S V O L E S E X F A M I L I A R E L I N Q V A S :** rem in expedito fore. quod si talia verba fuissent, **P E T O N O N E F V N D V S D E F A M I L I A E X E A T :** heredis heredem propter sequens fideicommissum, quod in exterum collatum est, oneratum intellegi. petituris deinceps ceteris ex primo testamento fideicommissum, post mortem videlicet eius qui primo electus est. & ideo si electo uno fideicommissum in exterum non conferatur, non aliis ei qui electus est, fideicommissum præstandum erit, quām interpositis cautionibus, **F V N D V M , C V M M O R I E T V R , S E N O N I N F A M I L I A C V M E F F E C T V R E L I N Q V E R E T V R , R E S T I T V I .**

In suis cūm morietur eligere, potest donec viuit eligere: & ante nullus admittetur, se lēo non eligente, omnes.

R O G O F V N D V M , C V M M O R I E R I S , R E S T I T V A S 5
E X L I B E R T I S C V I V O L E S : quod ad Berba attinet, ipsius erit electio. nec petere quisquam poterit, quamdiu præferri alius potest. defuncto eo prius quam eligat, petent omnes. itaq; eueniet, vt quod vni datum est, viuis pluribus vnuus petere non possit: sed omnes petant quod non omnibus datum est. & ita demum petere possit vnuus, si solus moriente eo superfluit.

Si testator legat rem heredis ut suam, valet legatum.

Si rem tuam, quam existimabam meam, te herede instituto, fitio legem: non est Neratij Prisci sententiæ nec constitutioni locus, qua cauetur, non cogendum præstatare legatum heredem. nam succursum est heredibus, ne cogarentur redimere quod testator suum existimans reliquit. sunt enim magis in legandis suis rebus, quam in alienis comparandis, & onerandis heredibus faciliores voluntates. quod in hac specie non euenit, cum dominium rei sit apud heredem.

Quibus verbis fideicommissum relinquatur.

Si omissa fideicommissi verba sint, & cetera quæ leguntur, cum his quæ scribi debuerant congruant: recte datum, & minus scriptum, exemplo institutionis legatorumq; intellectu legetur. quam sententiam optimus quoque imperator noster Seuerus

h nec hoc

i facili testatores
reputate.

8 Seuerus secutus est. Item Marcus imperator rescripsit, verba, quibus testator ita cauerat, non dubitare se quodcumque vxor eius cepisset, liberis suis reddituram: pro fideicommissio accipienda. quod rescriptum summam habet utilitatem.^a

ne scilicet honor bene transacti matrimonij,^b fides etiam communium liberorum decipiat patrem qui melius de matre præsumperat. & ideo^c princeps prouidentissimus, & iuris religiosissimus cum fideicommissi vixba cessare animadueteret, eum sermonem pro fideicommissio rescripsit accipiendum.

^a exequitatem.^b & fides^c idem

LXVII. PAVLVS libro vndeclimo Quæstionum!

Sequens quæstio est, an etiam quæ viuus per donationem in uxorem contulit, in fideicommissi petitionem veniant. respondi, ea extra causam bonorum defuncti computari debere. & propterea fideicommissio non contineri, quia ea habitura esset etiam alio herede exsistente. plane nominatim maritus uxoris fidei committere potest, ut & ea restituat.

Verba fideicommissi.

LXVIII. PAPINIANVS libro nonodeclimo

Quæstionum

PETO^d LVCI TITI^e C O N T E N T V S S I S C E N T V M A V R E I S . fideicommissum valere placuit: idque rescriptum est. quid ergo si cum heredem ex parte instituisset, ita locutus est? **P**ETO PRO PARTE TVA C O N T E N T V S S I S L V C I T I T I C E N T V M A V R E I S . potere poterunt coheredes partem hereditatis, retinente filie recipientes quo contentum esse voluit defunctus. sine dubio facilius est hoc probare, quam probari potuit illud: cum ibi fideicommissum petatur ab his^f cum quibus testator non est locutus. Idem dicemus, si cū ex alio scripsisset herede: eius gratia, qui legitimus heres futurus esset, ita loquatur, **P**ETO PRO HEREDITATE Q V A M T I B I R E L I Q V I , Q V A E^h AD h quaque FRATREM MEVM IVRE L E G I T I M O R E D I R E T , C O N T E N T V S S I S C E N T V M A V R E I S .

^d Coniungel. 67. ad fin. super. evt contentus^f eo retinente g pricipiente id,

Res prohibita potest alienari ex causa necessitatis.

1 Prædium, quod nomine familiæ relinquitur, si non voluntaria facta sit alienatio, sed bona heredis veneant: tamdiu emptor retinere debet, quamdiu debitor haberet bonis non venditis. post mortem eius non habiturus quod exter heres præstatore cogeretur.

Relicta à tutore evidetur relicta à pupillo: & ideo valet, licet tutoris datio non fortius effectum.

2 Mater filio impubere herede instituto tutorem eidem adscripsit. eiusq; fidei commisit, ut si filius sis intra quattuordecim annos dececessisset, restitueret hereditatem Sempronio.

m scripta.

non ideo minus fideicommissum recte datum intellegi debet, quia tutorem dare mater non potuit. nam etsi pater non iure facto testamento tutoris fidei commiserit, aequè præstabitur, quemadmodum si iure testamentum factum fuisset. sufficit enim, ut ab impubere datum fideicommissum videatur, ab eo dari, quem is qui dabat, tutorem dederat. vel etiam tutorem fore arbitrabatur. Idem in curatore impuberis, vel minoris annis debet probari. nec interest, tutor recte datus viuo patre moriatur, vel aliquo priuilegio excusetur, vel tutor esse non possit propter ætatem, cui tutor fuerat datus. quibus certè causibus fideicommissum non intercidit, quod à pupillo datum videtur. hac deniq; ratione placuit, à tutori qui nihil accepit, fideicommissum pupillo relinquiri non posse: quoniam quod ab eo relinquitur extero, non ipsis proprio, sed pupilli iure debeatur.

De prohibita alienatione.

Fratre herede instituto petit, ne domus alienaretur: sed vt in familia relinqueretur. si non paruerit heres voluntati, sed domum alienauerit, vel extero herede instituto decesserit: omnes fideicommissum petent qui in familia fuerunt. quid ergo si non sint eiusdem gradus? ita res temperari debet, vt proximus quisque primo loco videatur inquitatus. nec tamē ideo sequentium causa propter superiores in posterum laedi debet: sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus sit cauere, se familie domum restituturum. quod si cautio non fuerit ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata: nulla quidem eo nomine nascetur condicō. sed si domus ad exterum quandoque peruererit, fideicommissi petitio familie cōpetit. cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto iustè desiderari: quāuis nemo alijs ulterior ex familia superstis. Si quidam sint postea emancipati, tractari potest, an hi quoque recte fideicommissum petat. & puto recte petituros. quoniam familie appellatione personæ quoque hæ demonstratæ intelleguntur.

Cessio actionum.

LXX. IDEM libro vicensimo Quæstionum

I Mperator Antoninus rescripsit, legatarium, si nihil ex legato accepit, ei cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere: nec id cogendum soluere. quid ergo si non totum, sed partem legati reliqui restituere rogatus, abstinuit eo? vtrum actionibus suis in totum cogetur cedere, an vero non nisi ad eam quantitatem, quæ fideicommissio continetur? quod ratio suadet. sed & si legatum perceperit, non amplius ex causa fideicommissi cogendus erit soluere, quam recepit.^b

percepit.

Qua-

Quatenus potest quis onerari fideicomisso.

- 1 **S**i centum legatis duplum restituere rogatus fit, ad summam legati videbitur constituisse. ^a si autem post tempus fideicomissum relictum sit, usurarum dumtaxat additamentum admittetur. nec mutanda sententia erit, quod fortè legato percepto magnum emolumenntum ex aliquo negotio consecutus est, aut pœnam stipulationis imminentem evasit: hec ita, si quantitas cum quantitate conferatur, enim uero si pecunia accepta rogatus fit rem propriam, quamquam maioris ^b pretij est, restituere: non est audiendus legatarius, legato percepto si velit cōputare. nō enim æquitas hoc probare patitur, si quod legatorum nomine perceperit legatarius offerat. ^c et quid
- 2 **C**um quidā filio suo ex parte herede ^d instituto patruū eius coheredem ei dedisset, & ab eo petisset, vt filium suum pro virili portione filiis suis coheredem faceret: si quidem minus esset in virili portione, quam fratri hereditas habuit: nihil amplius peti posse. quod si plus, etiam fructuum quos patruū percepit, vel cū percipere potuerit, dolo non cepit, ^e habēdam ^f esse rationem responsum est, non secus quam si centum milibus legatis rogetur post tempus maiore quātitatem restituere. cum autem rogatus quidquid ex hereditate supererit post mortem suam restituere, de pretio rerum venditarū alias comparat, ^f diminuisse quæ vendidit non videtur. ^g et comparatio

LXXI. IDEM libro octauo Responorum.

Sed quod inde comparatum est, vice permutati dominij restitueretur. ^g

LXXXII. IDEM libro vicesimo Quæstionum.

IDem seruandum erit & si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit, non enim absumitur quod in corpore matrimonij retinetur.

Partum dicitur quis habere eo titulo, quo habet matrem.

LXXXIII. IDEM libro vicesimo tertio Quæstionum.

Si quod ex Pamphila nascetur, legatum mihi fuerit, & ego Pamphilam emam, eaq; apud me sit enixa: ratione summa responsum est, non ex causa lucrativa partum intellegi meum factum. ideoq; petendum ex testamento: ^h tamquam istum est testamento totū missum. vt scilicet pretij contributione facta consequar tantum ⁱ quanto puerum deducta matris æstimatione constitisse mihi, iudex in causa legati datus æstimatorerit.

De vulgari clausula qua dies prorogatur.

LXXXIV. IDEM libro vicesimo sc̄ptimo Quæstionum.

TITIO⁴ CENTVM AVREOS HERES PRAESEN⁵ T^k bato. deinde protulit diem legatorum. non est verum quod Alfenus rettulit, cētum præsenti deberi: quia diem proprium habuerunt.

ⁱ Coniunge p. libet homo tib. q. decima de verb. sibi k præsentis

Verba fideicommissi.

LXXV. IDEM libro sexto Responsorum¹

a Contrafge l. 43. de
manu sc. 4.

M^ulles² ad sororem epistulam, quam post mortem suam a-
periri mandauit, talescriptū: *S C I R E T E V O L O*
D O N A R E M E T I B I A V R E O S O C T I N G E N T O S. fidei-
commisum debet sorori constitit. nec aliud probandum
in cuiuslibet suprema voluntate. placet enim constere fidei-
commisum. ac^b si defunctus cuni eo loquatur, quem pre-
cario remuneratur.^c

De legato præceptionis.

Pro parte heres institutus, cui præceptiones erant relictæ,
post diem legatorum cedentem, ante aditam hereditatem, vi-
ta decevit. partem hereditatis ad coheredes substitutos perti-
nere placuit. præceptionum autem portiones, quæ pro parte
coheredum constiterunt, ad heredes eius transmitti.

De testamento pro parte rescisso.

LXXVI. IDEM libro septimo Responsorum¹

d prout dicitur,
e item

f prætabitur.
g at

h quæ eī

C^um filius diuisis tribunalibus actionem in officio si testa-
menti matris pertulisset, ^datque ita^e variæ sententiae iudi-
cum exsticissent, heredem qui filiū vicerat, pro partibus quas
aliis coheredibus abstulit filius, nō habiturum præceptiones
sibi datas, non magis quām ceteros legatarios actiones, consti-
tit. sed libertatē ex testamento competere placuit, cum pro
parte filius de testamento matris litigasset. quod non erit tra-
hendum ad seruitutes, quæ pro parte minui non possunt. pla-
nè petetur integras s. ruitus ab eo qui filium vicit. partis autem
æstimatio prætituitur. ^faut^g si paratus erit filius pretio acce-
pto seruitutem prævere, doli summo debitur exceptione le-
gatarius, si non offerat partis æstimationem. exemplos cilicet
legis Falcidiæ.

De hereditate legata.

LVCIO SEMPRONIO LEGO OMNEM HEREDI-
TATEM PVBLII MAEVII. Sempronius ea demum one-
ra suscipiet, quæ Maeuianæ hereditatis fuerunt, & in diem
mortis eius, qui heres Maeuij exsticxit, perseuerauerunt. sicut vi-
ce mutua præstabuntur actiones quæ^h præstari potuerunt.

Fundo legato an debitum est heres præstare vsum suum.

Dominus herede fructuario scripto fundum sub cōdicio-
ne legavit. voluntatis ratio non patitur, vt heres ex causa fru-
ctus emolumen tum retineat. diuersum inceteris prædiiorum
seruitutibus, quas heres habuit, responsum est. quoniam fru-
ctus portionis instar optinet.

Ex istam debitum quid dicatur.

HERES MEVS TITIO DATO QVOD EX TESTA-
MENTO

MENTO SEMPRONII DEBETVR MIHI. cum iure nouationis, quā legatarius idemque testator ante fecerat, legatum ex testamento non debeatur, placuit falsam demōstrationem legatario nō obesse. nec in totum falsum videri quođ veritatis primordio adiuuaretur.

Legatum relictum seno inutiliter.

- 4 Seruus purē manumissus, cui libertas propter impedimentum iuri post aditam hereditatem non cōpetit, quōd status eius extrinsecus suspēditur, ^a fortē propter adulterij quæstionem, ex eodem testamento neque legata neq; fideicommissa purē data sperare potest: quia dies inutiliter cedit.

Deo qui iubet plus vni restituī quam aliis.

- 5 Pater cum filia pro semīscē herede instituta sic testamento locutus fuerat: PETO CVM MORIERIS, LICET ALIOS QVOQUE FILIOS SVSCPERIS, SEMPRONIO NEPOTI MEO PLVS TRIBVAS IN HONOREM NOMINIS MEI. necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes, præcedere videbatur, sed moderanda portionis, quam maiorem in vnius nepotis personam conferri voluit, arbitrium filiae ^b datum.

*Hinc apparet, for-
te fūrūm, ut libe-
rile fiat, nec penitus
existat in utili ma-
nūfīcī, quod ex
verbā illā, data spe-
rare, innauic. Vigil.
ad rit. de here. infia-
ges et autem. Infia-*

^b filia datur.

Conditio.

- 6 Non iure tutori dato mater legauit, si consentiat vt decreto prætoris consimmetur, &c pretor non idoneum existimet: actio legati non denegabitur.

De cautione Mutiana.

- 7 Qui Mucianam cautionem alicuius non faciendi causa interposuit, si postea fecerit: fructus quoque legatorum, quos principio promitti necesse est, restituere debet.

Actionum electio.

- 8 Variis actionibus legatorum simul legatarius vti non potest, quia legatum datum in partes diuidi non potest. nō enim ea mēte datum est legatariis pluribus actionibus vti: sed vt laxior eis agendi facultas sit, ex vna interim quæ fueratelecta legatum petere.

Legati soluti repetitio.

- 9 Repetendorum legatorum facultas ex eo testamento solutorum danda est, quod irritum esse post defuncti memoriam damnatam apparuit. modo si tā legatis solutis crimen per- + iam duellionis illatum est.

LXXVII. IDEM Libro octauo Responsorum

CVm pater filios, eoruinque matrem heredes instituisset,
Citascipit: PETO A TE FILIA, VT ACCEPТИSH
HEREDITATE MEA IN PORTIONEM TVAM CEN
TVM AVREIS ET PRAEDIO TVSCVLANO, PAR-
TEM HEREDITATIS RESTITVAS MATRI TVAE.
respon-

respondi, prædium quidem hereditarium iudicio diuisionis de communifiliam habituram pecuniam autem de partea sua retenturam.

De donatione causa mortis.

Eorum quibus mortis causa donatum est, fidei committi quoquo tempore potest. quod fideicommissum heredes ^a salua Falcidiæ ratione, quam in his quoq; donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, præstabunt. Si pars donationis fideicommissio teneatur, ^b fideicommissum quoque munere Falcidiæ fungetur. Si tamen alimēta præstari voluit, collationis totum onus in residuo donationis esse respondendum erit ex defuncti voluntate, qui de maiore pecunia præstari non dubiè Boluit integra.

Dos viro legata.

Mater filii suis vulgo conceptis dotem suam mortis causa donando stipulari permisit. cum aliis heredibus institutis pesset à filiis, viro dotem restitui: totum viro fideicommissum dotis deberi, si Falcidiæ ratio non interuenerit. ideo retentionē dotis virum habere placuit. alioquin Falcidiæ partem heredibus à filiis ex stipulatu cum viro agentibus, ex dote esse per in factum actioneni reddendam.

De legati acquisitione.

Surdo & muto, qui legatum accipit, ut cum morietur restituat, rectè mandatur. nam & ignorantibus adstringuntur fideicommissio, quibus ignorantibus emolumenū ex testamento quæritur.

Quæ sit vis, & effectus deportationis.

Hereditatem ^c filius cū moreretur, filii suis, vel cui ex his voluisset, restituere fuerat rogatus. quo interea in insulam deportato, eligendi facultatem non esse poena peremptā placuit. nec fideicommissi condicionem ante mortem filij heredis existere. viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint cū de aliis eligendi potestas non fuerit.

Pretium rei dotalis legatum uxori.

Quidotale prædium contra legem Iuliam vendidit, uxori legatum dedit, & emptoris fidei cōmisit, ut amplius ei pretiu restituat. emptorem fideicommissi ^d non teneri constabat. si tamen accepto legato mulier venditionē irritam faceret, ^e eam oblato pretio doli placuit exceptione summoueri.

Mandatum morte mandantis revocatum.

Mævio de Vitoi suo reus stipulandi mandauit vt Titio, cui mortis causa donabat, pecuniam de Vitam solueret. cum sciens dominum vita decessisse Mævius pecuniā dedisset, non esse liberationem securam constituit. nec si Mævius soluendo non esset, in Titium actionem solidi, vel iure Falcidiæ dandā esse:

^a Heredi scilicet filia

^b continetur,

^c Videl. ex sa. 5.
^d si quis regatus. 2. ad
SC. Trebell.

^e fideicommissio
e facere vellat,

esse: quia mortis causa cepisse nō videretur. diuersum probandum fūret, ^{a fore} **si Mæuius ignorans dominum vita decelsisse, pe-** cuniam errore laBsus dedisset. tuncenim portio iure Falcidiae reuocaretur.

*Portio deficiens defatur à substitutis & cohære-
dibus cum onere suo.*

**7 Cum pater fideicommissum prædiorum ex testamēto ma-
tris filiæ deberet, eandem pro parte ita heredē instituit, vt he-
reditatem fideicōmissō coNpensaret. eadē inq; prædia filio ex-
heredato dari voluit. quamquam filia patris hereditatem sus-
cipere noluisset, fideicommissum tamen ab heredibus esse fi-
lio præstandum, ad quos hereditatis portio, quā accepit filia,
redierat, placuit. quod si alium filiæ substituisset, ^b cum opor-
tere filio ^c fideicommissum reddere.**

Euitio rei prel: gate.

**8 Euictis prædiis quæ pater, qui se dominum esse crediderit,
verbis fideicōmissi filio reliquit, nulla cū fratribus & cohære-
dibus a&ctio erit. si tamē int̄r filios diuisionē fecit, arbiter cōie-
ctura voluntatis non patietur cum partes coheredibus præle-
gatas restituere: nisi parati fuerint & ipsi patris iudicium fra-
tri conseruari.** ^d *conseruare.*

*Cum testator vult filium stipulari dotem filiæ datam, id,
quam vim habeat, docet.*

**9 Pater certam pecuniām exheredatæ ^e filiæ verbis fideicom-
missi reliquit. eamque nupturæ dotis nomine dari ^f voluit,
filio dotem stipulante. cū filius minorem dotem dedisset, su-
perfluum esse filiæ reddendum constabat. Diuortio quoque
secuto fideicommissum filiam recte petituram, vt actio stipu-
lationis sibi prestaretur: quoniam verisimile non erat, patrem
interponi stipulationē voluisse, quo filia post primas nuptias
indotata cōstitueretur. ceterum si postea nuberet, ad secundas
nuptias cautionem extendi non oportere.**

*Cui committitur electio persona, cum moreretur, non potest
ante tempus cum effectu eligere.*

**10 A filia pater petierat, vt cui vellet ex liberis suis prædia cum
moreretur restitueret. vni ex liberis prædia fideicommissi viua
donauit. non esse electionem propter incertum diem fidei-
commissi certæ donationis videbatur. nā in ^g eum destinatio
dirigi potest, qui fideicommissum inter ceteros habiturus est,
remota matris elec̄tione.** <sup>g nam in vnum
etiamnum destinatio-
rio dirigi potuit.</sup>

*Manumisisti ex causa fideicommissi inter defuncti
libertos numerantur.*

**11 FIDEI HEREDVM MEORVM COMMITTO, NE
PVNDVM TYSCLVANVM ALIENENT, ET NE DE
FAMILIA NOMINIS MEI EXEAT, secundum volun-
tatem**

tatem eos quoque inuitatos intellegendum est, quibus heredes extranei fideicommissam libertatem reddiderunt.

*Interpretatio horum verborum, quidquid ad te
peruenierit, &c.*

a Ali lib. q. diffusa.
et. 1.

FIDEI² TVAE COMMITTO Vxor, * Vt DES* 12
VT RESTITVAS FILIAE MEAE, CVM MORIE-
RIS, QVID QVID AD TE QVO QVO NOMINE DI-
BONIS MEIS PERVENERIT. etiam ea quæ poste a co-
dicillis vxori dedit, fideicommisso continebuntur. nam or-
do scripturæ non impedit causam iuris ac voluntatis. sed dos
prælegata^b retinebitur. quoniam redi potius videtur, quam
dari.

Interpretatio voluntatis.

b relegata
c partem eius

VOLO PRAEDIA DARI LIBERTIS MEIS. 13
QVOD SI QVIS EORVM SINE LIBERIS VITA
DECESSERIT, PARTES^c EORVM AD RELIQVOS
PERTINERE VOLO. collibertum patris eundemque fi-
lium, ex voluntate substitutionem excludere placuit. Cu-
ratoris sui frustra fidei commississe videbatur, ^d vt heredifra-
tri negotiorum gestorum rationem redderet. quamquam igit-
tur testamento cautum esset, vt cum ad statum suum frater
peruenisset, ei demum solueretur: tamen sub curatore alio fra-
trem agentem recte placuit actionem inferre. cum illis ver-
bis fratri potius consultum videretur, quam solutio quæ iu-
stè fieri potuit dilata. Ab instituto extraneo prædia liber-
tis, cum moreretur, verbis fideicommissi relinqueraat, & pe-
tierat ne ex nomine familie alienarentur. substitutum ea præ-
dia debere ex defuncti voluntate respondi. sed utrum confe-
stim, an sub eadem condicione, voluntatis esse quæstionē. sed
conjectura ex voluntate testatoris capienda, mors^e instituti
exspectanda^f est.

e mortem
f expediandam.

Mensæ negotium suscipiens tenetur, etiam si damnum sit.

Mensæ negotium ex causa fideicommissi cum incertitate 16
hereditum per cautionem susceptum, emptioni simile videtur.
& ideo non erit querendum, an plus in ære alieno sit, quam
in quæstu.

Dos legata filiæ.

Pater filiæ mancipia, quæ nubenti dedit, verbis fideicom-
missi præstari voluit. partus susceptos, ctfi matres ante testa-
mentum mortuæ fuissent, ex causa fideicommissi præstados
respondi. nec aliud in vxore confirmatis donationibus pridē
obseruatum est.

*Divisio facta à coheredibus rogatis partem suam resti-
tuere post mortem suam.*

Hereditatem post mortem suam rogati restituere, nominū 18
peri-

periculo, quæ per diuisionem optigerunt, inter coheredes interpositis delegationibus non adstringuntur: non^a magis quā prædiorum, cum permutatio rerum discernens communionē interueniet. ^a **FILIA MEA PRAE CIPHIAT, SIBI QVE HABEAT VOLO REM MATERIS SVAE.** fructus quos medio tempore pater percipiet, nec in separato habuit, sed absumpsit, vel^b in suum patrimonium conuertit: non videntur filiæ relicti. ^{c & inservi}

Coniectura voluntatis ex ratione quæ expressa est à testatore.

DVL CISSIMIS FRATRIBVS MEIS AB VNCVLIS AVTEM TVIS, QVAE CVM QVE MIHI SVPERSVNT IN PAMPHILIA, LUCIA, VEL VBI CVM QVE, DE MATERNIS BONIS, CONCEDI VOLO, NE QVAM CVM HIS CONTROVERSIAM HABEAS. OMNIA CORPORA MATERNÆ HEREDITATIS, QUÆ IN EADEM CAUSA DOMINI MANSERUNT, AD VOLUNTATEM FIDEICOMMISSI PERTINENT. ex iisdem igitur facultatibus percepta pecunia, & in corpus proprij patrimonij versa: item iure diuisionis res propriæ factæ non praestabuntur. cum discordiis propinquorum sedandis prospexit, quas materia^c communionis solet excitare.

Claves cum annulo tradite causa custodie tantum.

^c In hanc sententiam multa præclarè Ari-
fors lib.2. Pel. cap.3.
et Vale. Maxi. li.7.
cap.9.

21 Pater pluribus filiis heredibus institutis moriens claves & anulum custodiæ causa maiori natu filiæ tradidit: & libertū eidem filiæ, qui præsens erat, res quas sub cura sua habuit, designare iussit. commune filiorum negotium gestum intellegebatur. nec ob eam rem apud arbitrum diuisionis precipuam causam filiæ fore.

Interpretatio verborum.

22 Cum iNperfecta scriptura inuenitur, ita demum Berbum legati vel fideicommisi, quod præcedit vel sequitur, ad communionem adsumitur, si dicto scriptum congruat.

Fideicommisum etiam ab intestato præstandum propter iurisurandi religionem.

23 Filius matrem heredem scriperat, & fideicommissa tabulis data cum iurisurandi religione præstari rogauerat, cum testamentum nullo iure factum esset. nihilo minus matrem legitimam heredem cogendam præstare fideicommissa respondi. nam enixa voluntatis preces ad omnem successionis specie porrectæ videbantur.

Interpretatio voluntatis.

24 **MANDO FILIAE MEAE PRO SALVTE SOLlicitus ipsius, ut quo ad liberos tollat testamentum non faciat.** ita enim poterit sine periculo vivere. fideicommissam hereditatem sorori coheredi non videri relicta apparuit. quod

quod non de pecunia sua testari: sed obtentu consilij derogare iuri, testamentum fieri prohibendo,³ voluit.

Electio commissa heredi.

RO GO FILIA, BONA TVA QVANDO QVE DIS-²⁵
TRIBVAS LIBERIS TVIS, VT QVIS QVE DE
TE MERVERIT. videtur omnibus liberis, et si non æqua-
liter promeruerint, fideicommissum relictum. quibus matris
electione cessante sufficiet si non offendent. eos autem quos
mater elegerit, fore potiores, si soli promeruerintur, existima-
ui. quod si neminem elegerit, eos solos non admitti, qui offend-
erunt.

Verba fideicommissi.

Donationis prædiorum epistulam ignorantे filio mater ²⁶
in æde sacra verbis fideicommissi non subnixam depositus, &
litteras tales ad ædituum misit, INSTRUMENTVM VO-
LVNTATIS MEAE POST MORTEM MEAM FILIO
MEO TRADI VOLO. cum pluribus heredibus intestato
diem suum obiisset, intellegi fideicommissum filio relictum
respondi. nō enim queri oportet, cū quo de sup̄emis* quis*
loquatur: sed in quem voluntatis intentio dirigetur.

Alienatio prohibita:

Libertis prædium reliquit, ac petit ne id alienarent: vtq; ^b ²⁷
in familialibertorum retinerent. si excepto uno ceteri partes
suas vendiderint: qui non vendidit, ceterorum partes, quibus
non dedit alienandi voluntatem, integras petet. eos enim ad
fideicommissum videtur inuitasse, qui iudicio paruerunt. alio-
quin perabsurdum erit vice mutua petitionem induci. scilicet
vt ab altero partem alienatā quis petat, cum partem suā alie-
nando perdiderit. sed hoc ita procedere potest, si pariter alie-
nauerint. ceterum prout quisque prior alienauerit, parte po-
sterioribus ^c non faciet. qui verò tardius vendidit, ei qui non
vendidit, in superiorum partibus fecisse partem intellegitur.
at si nemo vendiderit, & nouissimus sine liberis vita decesse-
rit: fideicommissi petitio non supererit. Cum inter libe-²⁸
tos ad prædij legatum liberta quoque fuisset admissa, quod
patronus petit, vt de nomine familiae non exiret: heredem li-
bertæ filium partem prædij, quam mater accepit, retinere vi-
sum est.

*Species, in quæ legata ab uno herede relicta pra-
flantur ab omnibus.*

Cum existimaret ad solam consobrinam suam bona per-²⁹
uentura, codicillis ^f ab ea factis, pluribus fideicommissa reli-
querat. iure successionis ad duos eiusdem gradus postlesione
deboluta, rationibus laequitatis & perpetui edicti exemplo
pro

^b aquae

^c posteriori

^f ad eas

pro parte dimidia mulierem reueandam respondi. sed libertates ab ea p̄estandas, quas intercidere damni causa durum videbatur.

Aestimatio patrimonij facta à testatore, quam vim habeat.

30 Pater qui filio semissem dederat, & sororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: **FILI CONTENTVS ERIS PRO TVO SEMISSE AVREIS DVCENTIS, ET VOS FILIAE PRO VESTRIS QVADRANTIBVS CENTENIS AVREIS.** vice mutualis liberis fideicommissum hereditatis relinquisse non videbatur, sed aestimationem, ut à parentibus frugifieri solet, patrimonij sui fecisse. nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei rationes quandoque præscriptione demonstratae quantitatis exclusurum.

Dolo non facit, qui fraudem excludit.

31 Titio fratri suo Mæuius hereditatem Seij, à quo heres institutus erat, post mortem suā restituere rogatus, eodem Titio herede scripto, perit ut moriens Titius tam suā quām Seij hereditatem Sempronio restitueret. cum ex fructibus medio tempore perceptis fideicommissi debitam quātitatem Titius perceperisset, æris alieni loco non esse deducendum fideicommissum respondi. quoniam ratione compensationis percepsisse debitum videbatur. planè si ea lege Mæuius Titium heredem instituat, ne fideicommissum ex testamento Seij retineat: *Falciā compēnsationi sufficere. sed iniquitate bō occurere. prudētius autem fecerit, si ex testamento fratri hereditatem repudiauerit, & intestati possessionem acceperit. nec videbitur dolo fecisse, cum fraudem excluderit.*

a Falciā quidem
b iniquitatem

Interpretatio voluntatis contra vim particula disunctiue.

32 **A TE PETO MARITE, SI Q VID' LIBERORVM c quos liberos HABVERIS, ILLIS PRAEDIA RELINQVAS. VEL SI NON HABVERIS, TVIS SIVE MEIS PROPINQVIS, AVT ETIAM LIBERTIS NOSTRIS. non esse datam electionem, sed ordinem d scripturæ factum substi-**

d ordine scripture
factum substitutionis
nem

33 tutioni, respondi. Vicos ciuitati relictos, qui proprios fines habebant, ex causa fideicommissi non ideo minus deberi placuit, quod testator fines eorum significaturum, & certaininis formam quam celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte prævenitus non fecit.

Quando mōra facta intelligatur.

LXXXVIII. IDEM libro nono Responsorum⁹

Quis solidum fideicommissum frustra petebat herede Falciā ob liqueficiē, si partem interim solui si vi desiderauerit, neque acceperit; in eam^c mōram paſſus intellegitur.

Pars v.

S P

Legatario

*Legatario debetur afflimatorio ipsius rei vel partis,
que ad heredem loco rei peruenit.*

Cum post mortem emptoris venditionem reipublicæ prædiorum optimus maximus que princeps noster Seuerus Augustus rescindi, heredibus pretio rei fituto, iussisset: de pecunia legatario, cui præmium emperor ex ea possessione legauerat, conjectura voluntatis, pro modo æffimationis, partem soluendam esse respondi.

Vt si fideicommissi post moram.

a post mortem fi-
deicommissus

Etiam respublica fideicommissi^a post moram usuras præstare cogitur, sed damnum si quod ex ea refuerit secutum, ab his sarcendum erit, qui post dictam sententiam iudicatum soluere supersederunt. nec aliud seruabitur in lictis sumptibus, si ratio litigandi non fuit, ignaviam etenim prætententes audi-
ti non oportere.^b quod in tutoribus quoque probatur.

Alienatio prohibita.

b exportes

Præmium pater de familia liberorum^c alienari verbis fideicommissi prohibuit. supremus ex liberis, qui fideicommissum petere potuit, non idcirco minus actionem in bonis suis relinquens visus est, quod heredem extrarium sine liberis de-
cedens habuit. Si creditor ab eo qui testamentum fecit, do-
mum acceptam iure pignoris vendidit: contra emptorem fideicommissi causa, tamē voluntatem defuncti non ignorauit, nihil decernetur.

*Qui per ignorantiam iuri patitur alium utire sibi
debita, non ideo iuris suum amittit.*

LXXXVIII. IDEM libro undecimo Responsorum^d

*Q*uæ fideicomissa moriēs libertis viri debuit, corundem prædiorum suis quoque libertis fructum reliquit. iuris ignoratione lapsi, qui petere prædia ex mariti testamento de-
buerunt, secundum fideicommissum inter ceteros longo tem-
pore percepérunt. non ideo peremptam videri petitionē prioris fideicommissi constituit.

Acquisitio legitimi.

LXXX. IDEM libro primo Definitionum^e

*L*egatum ita dominium relegatarij facit, vt hereditas he-
redis res singulas, quod eo pertinet, vt si purè res redicta
sit, & legatarius non repudiavit defuncti voluntatem: recta
via dominium quod hereditatis fuit, ad legatariū transeat,
numquam factum heredis.

*Scripti hærcdes, si succedant ab intestato,
non debent legata.*

LXXXI. PAVLVS libro nono Questionum

*S*i quis testamento facto, à filiis suis quos heredes institui-
set, fideicomissa relinquisset non vt à legitimis heredibus,
se. t

d ignorantia

e factio

f reliquias

Sed ut à scriptis,² & testamentum aliquo casu irritum factum sit: filii ab intestato venientes fideicomissa ex testamento praestare compelli non possunt.

*Si pecunia debita legatur creditori à debitore,
an sit utile legatum.*

LXXXI. ID E M^{IL}LIBRO DECIMO Questionum

Debitor decem lega. it creditoris; quæ^b ei post annū sub pīgnore debebat, nō, vt quidā putant, medij temporis tantum commodū ex testamento debetur. sed tota decem peti possunt: nec tollitur petitio si interim annus superuererit. nam sufficit quod utiliter dies cessit. quod si viuo testatore annus superueniat, dicendū erit inutile effici legatum: quamquā considererit ab initio. sic & in dote prælegata^c responsum est, totā cā ex testamento peti posse, alioquin secundū illā sententiā si interius urū tantum est in legato, quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus? nā nec pecunia peti potest, quæ nō est legata: nec pars fundi facile inueniretur, quæ possit pro commido peti. Si Primo & Secundo & Tertio hereditibus institutis, sic legata dentur, s i M I H I P R I M V S H E R E S N O N E R I T , S E C V N D V S T I T I O D E C E M D A T O : s i S E C V N D V S M I H I H E R E S N O N E R I T , P R I M V S S E I O P V N D V M t v s c v l a n v m d a t o : v t r i s q ; omittētibus hereditatē Primo & Secundo: quærebatur substituti, quo's eis dederat, an, & cui legata prestare debet. ab vtroq; substituto legata debetur.

Legatum si tu alieno, ex cuius persona unius capiat.

Seruo alieno posse rem domini legari Valens scribit. item id quod domino eius pure debetur. cū enim seruo alieno aliquid in testamento damus, domini persona ad hoc tantum inspicitur, vt sit cum eo testamenti factio. ceterum ex persona serui constitit legatum. & ideo rectissimè Julianus definit, id demū seruo alieno legari posse, quod ipse liber factus capera posset. calumniosa est enī illa adnotatio, posse legari seruo & quamdiu seruiat, nam & hoc legatum ex persona serui vires accipit. alioquin & illud adnotaremus, esse quosdam seruos, quilibet libertatem consequi non possint, attamen legatum & hereditatem possunt adquirere dominio. ex illo igitur precepto, quod dicimus serui inspici personam in testamento, dictum est seruo herediario legiri posse. ita non mirum si res domini, & quod ei debetur, seruo eius pure legari possit: quamuis domino eius non possent hæc utiliter legari.

Condicio adiecta fideicomisso intelligitur repetita in substitutione facta circa idem de eadem persona.

LXXXII. ID E M^{IL}LIBRO UNDECIMO Questionum

Latinus Largus: proximè ex facto incidit species talis. libertinus patronū ex semiste heredē instituit, & filiā suā

a restitueret suum
semifissum

ex alio semifisse. fidei commisit filiae. vt quibusdam ancillis patrōni restitueret cum hae manumissæ essent. & si eadem filia heres non esset. substituit ei easdem ancillas. quoniam filia non voluit heres existere. ancille iussu domini id est patroni adie runt defuncti hereditatem. post aliquantum temporis ab eo manumissæ quærebant. an fideicommissum petere ab eodem patrono possint. rogo ergo quid. de hoc existimes. rescribas. respondi. nec repetitū videri in hunc casum fideicommissum. sed alterutrum datum. vel fideicommissum. vel ipsam hereditatem. melius autem dici. in eundem casum substitutas vide ri. in quem casum fideicommissum meruerūt. & ideo ad substitutionem eas vocari. cum enim seruo alieno fideicommissum ab uno ex heredibus sub condicione libertatis fuerit datum. idemque seruus ei heredi substituatur. licet pure substitutio facta sit. tamen sub eadem condicione substitui videtur. sub qua fideicommissum meruit.

*Si libertas per fideicommissum debita retardetur.
nihilominus ipsa, & fideicommissum
pecuniarium debebitur.*

LXXXIIII. IDEM libro vicefimo primo Quæ-
stionum¹

Si quis seruo suo fideicommissam libertatē reliquit. & aliud quid adscriptit. quidam dicūt. quia placebat ab herede eum manumitti debere. futurum esse. vt non admittatur ad fideicommissum. sed hoc iniquum est. in huiusmodi enim persona vtriusque quodammodo dies cessit. & libertatis. & pecunia perefidæ. adeo vt putem. si mora fiat præstandæ libertati. etiam fideicommissio moram videri facta: & usuraru onus accedere. nam & cetera quæ medio tempore adquisiit domino. dum moratur prestare libertatem. eidem restitu oportere rectissimè responsū est.

LXXXV. IDEM libro quarto Responsorum¹

b Coniunge l. s. cui,
§. fin. de cùligata &
attio.

Creditorem^b. cui res pignoris iure obligata à debitore legata esset. non prohiberi pecuniam creditam petere. si voluntas testatoris compensare volentis euidenter non ostenderetur.

*His verbis. quæ ibi sunt. non continentur
nomina debitorum.*

LXXXVI. IDEM libro tertiodecimo Responsorum¹

GAIVS SEIVS PRONEPPOS MEVS HERES MI-
GH ESTO EX SEMISSE BONORVM MEORVM
EXCEPTA DOMY MEA. ET PATERNA. IN QVI-
BVS HABITO. CVM OMNIBVS QVAE IBI SYNT.
QVAE OMNIA SCIAS AD PORTIONEM HER-
EDITATIS. QVAM TIBI DEDI. NON PERTINERE.
quato,

quærō; cum sit in his domib⁹ argentum, nomina debitorū, suppellex, mancipia: an hæc omnia, quæ illic inueniuntur, ad alios heredes institutos debeant pertinere. Paulus: respondi non in debitorum non contineri: sed omnium esse^a commu- ^{a esse hæc}nia: in ceteris vero nullum pronepotι locum esse.

Diversi gratia vbiioris culture diuersos
fundos non facit.

Titius cum fratri filio fundos & urbana prædia legaret, in his & fundū Seianū legauit, quem ipse pater familias quo ad viueret, vno quidem nomine vniuersum habuit: sed quo facilius conditum totum inueniret, per duas partes loca. Vt ita ut ex qualitate loci superiorem partem Seianum superiorem, inferiorem autem patrem Seianum in inferiorem appellaret. quæro an is fundus totus ad fratri filium pertineat. Paulus respondit, si testator fundum Seianum vno nomine vniuersum posse dicit: quamvis eundem diuisis^b partibus locauerat, vniuersum ^{b diuersis} eum ex causa fideicommissi præstari oportere: nisi si heres, de qua parte testator senserit, evidentius probauerit.

In legato quantitatis hon habet locum regula de
duabus causis lucrativis.

LXXXVIII. IDEM libro quartodecimo Respon- sorum.

TItia Seio testorū frumentariam comparari voluit post diem trigesimum à morte ipsius. quæro, cum Seius vita testatrixe testorū frumentaria ex causa lucrativa habere coepit, nec possit id quod habet, petere: an ei actio competit. Paulus respondit, ei de quo queritur, pretium testorū præstandum. quoniam tale fideicommissum magis in quantitate quam in corpore consistit.

Vñrē ex mora.

Vñrā fideicommissi post impletos annos vigintiquinque pueri, ex quo mora facta est, deberi respondi. quamvis enim constitutum sit, vt minoribus vigintiquinq; annis vñræ omnimodo prætentur: tamen non pro mora hoc habendū est. quam sufficit semel interuenisse, vt perpetuo debeantur.

Fideicommissum relatum ab uno ex heredibus, qui ultimus de-
cessit, facit videri heredes inuicem substitutos.

Seia liberitis suis fundum legauit, fideique eorum ita com- <sup>c Vigl. ad Titu. de
misit. FIDEI AVTEM VESTRAE VERE ET SAPI-
DE COMMITTO, NE EVM FVNDEM VENDATIS:
EVMQUE QVI EX VOBIS ULTIMVS DECE-
SERIT, CVM MORIETVR, RESTITVAT SYM-
PHORO LIBERTO NEO ET SVCCESSORI, ET
BERYLLO, ET SAPIDO, QVOS INTRA MANU-
MISI, QVIVE EX HIS TUNC SVPERVIVENT.</sup>

5 p iii] quæro,

¶ Secunda autem

quæro; cum nec in prima parte testamenti, qua fundum prælegauit, eos substituit: in secunda tamen adiecerit verō, QVI VLTIMVS DECESSERIT: an pars vnius defuncti ad alterum pertineret. Paulus respondit, testatricem videri in eo fideicommisso, de quo quæritur, duos gradus substitutionis fecisse: vnum, ut is qui ex duobus prior morietur, alteri restitueret: alterum, ut nouissimus his restitueret, quos nominatim postea enumerauit.

In officiosa donatio renovata.

Imperator Alexander Augustus Claudiopolitano præfecto urbi. Si liquet tibi Iuliane carissime auiam interuentendæ in officiosis querellæ patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinanuisse: ratio depositus, id quod donatum est, pro dimidia parte reuocari. Lucius Titius cum haberet quinque liberos, vniuersos emancipauit, & in vnum filium Gaium Seium amplissimas facultates donationibus contulit, & modicum si vi residuum seruauit, & vniuersos liberos cum uxore scripti heredes: in eodem testamentoq; duas possessiones quas retinuerat, eidem Gaio Seio prælegauit: & ab eo petit, ut ex redditibus prædiorum quæ viuuus ei donauerat, Maeuia filie tot aureos daret, ite alteri fratri alios rotundos, conuentus à Maeuia sorore sua, legem Falcidiā implorat. quæro, cum sanctissimus Imperator, ut supra scriptum est, contra voluntatem donantis ea quæ donata sunt reuocari præcepit: an Gaius Seius compellendus sit secundum voluntatem patris ex donationibus fideicommissum præstare heredi sororis. Paulus respondit, post litteras Imperatoris nostri dubitari non oportere, quin in hac quoque specie de qua quæruntur, subuenienter vnum sit liberis, quorum portio in vnum filium donationibus collatis immunita est, præsertim cum Imperator noster contra voluntatem patris subvenierit, in proposita autem causa etiam voluntas patris pro his qui fideicommissum petunt, intercedit. sed si Falcidia lex intercederet, fideicommissa in solidum esse præstanda propter immodicatum donationum rationem.

His verbis generalibus continetur pecunia connexa iurationes.

patris, & deinde in nome filii redacta.

LXXXVIII. SCAEVOLA libro tertio Responsum.

¶ cuiquam

¶ percipiat,

¶ **L**VCIUS TITIUS TESTAMENTO ITA CAUIT, SI QVI D. C. V. V. LIBERORVM MEORVM DEDI AUT DONAVI AUT IN USVM CONCESSI, AUT SIBI AD QVISSIIT, AUT EI AB ALIQVO DATUM AUT RELICTVM EST: ID SIEI PRAECIPIT, SVMAT, HABEAT. filij nomine kalendarium fecerat. postea sententia dicta

dicta est, & placuit id quod sub nomine ipsius filij in Kalendario remanserat, ei deberet: non etiam id quod exactum in rationes suas pater conuerteret. quero si id quod exegisset pater ex nominibus filij ante testamento factum, iterum post testamentum factum in nomen filij conuertitur: an ad filium secundum sententiam pertineret. respondi, id quod ex eadem^a ea causa causa exactum, in eandem causam redisset, deberet.

Nudus minister nullum commodum sentire debet.

- 2 **A^b TE PETO TITI, FIDEIQ^cUE TVAE COMMIT^b PETO A^b TO, VTI CVRAM CONDENDI CORPORIS MEI SVSCIPIAS: ET PRO HOC TOT^c AVREOS E MEDI^c DECEM PRAECIPITO.** quero an si Lucius Titius minus quam decem aureos erogauerit, reliqua summa heredibus proficiat. respondi, secundum ea quae proponerentur, heredum commode proficere.

Cum iniunguntur onera pieterita, & futura, intelligitur de oneribus nondum solutis.

- 2 **Quæ marito heres ex literat, ita testamento cauit: MAE VI ET SEMPRONI FILII DVLGISSIMI PRAECIPITOTE OMNE QVID QVID EX HEREDITATE BONISVE TITII DOMINI MEI PATRIS VESTRI AD ME PERVENIT MORTIS EIVS TEMPORE: ITA TAMEN, VT OMNE ONVS EIVSDEM HEREDITATIS TAM IN PRAETERITVM QVAM IN FUTVRVM, NEC NON ETIAM SI QVID POST MORTEM TITII DOMINI MEI^d, ADGNOSCATIS. quo dñe si huius ro an si quid soluisset post mortem mariti, cum ipsa fructus cepisset, dedisset, ad onus eorum pertinet. ret. respondi, secundum ea quæ proponerentur, ea dum taxat onera legatariis impo- suisse, quæ superessent.**

Legatum sub modo relictum debetur, si non stet per legatum, &c.

- 3 **QVIS QVIS MIHI HERES HEREDES VNVNT, HOC AMPLIUS LVCIVS EYTYCHVS, QVAM QVOD EVM HEREDEM INSTITVI, E MEDIA HEREDITATE SVMITO, SIBI QVE HABETO VNA CVM PAMPHILO, QVEM LIBERVVM ESSE IVBEO, INSTRUMENTVM TABERNÆ FERRARIAE, ITA UT NEGOTIVM EXERCETATIS^e.** Lucius Etychus viua testatrix decepit, pars hereditatis eius ad coheredem pertinuit. quero an Pamphilus eodem testamento manumissus, ad petitionem partis instrumenti admitti possit: licet taberna ut volui Testatrix exerceri non possit. respondi admitti.

*Qui factum hereditis impugnat, non testamentum,
non est indignus legato.*

Sempronia substituta heredi instituto, legata accepit si heres non esset. mouit contra institutum actionem, quod dolo eius factum esse dicebat, quo minus testatrix volens primo loco scribere eam heredem, testamentum mutaret: nec optimuit. quæro an legati persæcutionem saluam haberet. respondi, secundum ea quæ proponerentur, saluam habere.

*Heres qui quedam legata soluit ante diem, cetera
nihilominus integra debet.*

Testator legata ante quinquennium vetuit peti præstari, que: sed heres quædam sua sponte ante quinquennium soluit. quæstitum est an eius, quod ante diem existenter solutum est, representatione in reliqua solutione legati reputare possit. respondi, non propterea minus reliquum videri, quod aliquid ante diem sit solutum. Lucius Titius testamento ita cavit, *PRAEDIOLVM MEVM DARI BOLO LIBERTIS LIBERTABVS QVE MEIS, ET QVOS HOC TESTAMENTO MANVMISI, ET SEIAE ALVMNAE MEAE; ITA NE DE NOMINE FAMILAE MEAE EXEAT, DONEC AD VNVM PROPRIETAS PERVENIAT.* quæro an Seia in communione cum libertis habeat portionem. an verò sibi partem diuidiam eius prædioli vindicare possit. respondi perspicuam esse testantis voluntatem, omnes ad viriles partes vocantis.

Dæplicatio legatorum trahitur ad legata, quæ consistunt in quantitate, non ad ea quæ consistunt in specie.

Impuberem filium heredem inituit: vxori dotē prælegavit, item ornamenta, & seruos, & aureos decem: & si Nubbes dece sit, substituit: à quibus ita legauit: *QVAE CVMQUE PRIMIS TABYLIS DEDI, EADEM OMNIA AB HEREDIBVS QVOQVE HEREDIS MEI INDIVPLVM DARI VOLO.* quæritur, an ex substitutione, impubere mortuo, dos quoque iterum débeatur. respondi, non videri de dotis legato duplicando testatore sensisse. Item quæro, cum corpora legata etiam nunc ex lucratucaus si possideantur, an à substitutis peti possint. respodi, non posse.

*Si legatur nomen debitoris, heres liberatur
cedendo actionem.*

CIVIBVS MEIS DO LEGO CHIROGRAPHVM
GAI'S EI: pollea codicillis vetuit, à Seio exigi. & ab herede petit, vt ex aliis riuis debitoris debito, quem codicillis nominavit, eandem suminam t'ipublice daret. quæstitum est, si posterior idoneus non esset, an integrum quantitatem heredes præstare

a repudiare. Melior
et Flor.
† deberi.

brelegauit,

c nominauerit.

præstare debeant respondi, heredes reipublicæ aduersus eum dum taxat debitorē, qui nouissimis codicillis, vt proponitur, designatus est, actionem præstare debere.

*Relictum in defectum institutorum videtur relinqu
à venientibus ab intestato.*

- 9 Filiam ex asse instituit heredem, eique substituit nepotem suum, & ita cauit: s i, Q V O D A B O M I N O R, N E Q V E F I L I A M E A N E Q V E N E P O S M E V S H E R E D E S M E I E R V N T: T V N C P O R T I O N E M M E A M P A R T I S D I M I D I A E F V N D I I L L I V S A D L I B E R T O S M E O S P E R T I N E R E V O L O. quæritur, cum ante testatorem & filia & nepos deceperunt, & intellecti ^a bona pertinere nuerunt ad pronepotem eius: an fideicommissum ad libertos pertineret. respondi, secundum ea quæ proponerentur, si nullus alias heres institutus, substitusque esset, quam filia & nepos: videri legitimorum fidei commissum esse, vt præstarentur.

Confessio debitifalsa vim habet fideicommissi.

- 10 Q V I S Q V I S M I H I H E R E S E R I T, S C I A T D E B E R E M E D E M E T R I O P A T R V O ^b M E O D E N A - b patrone R I A C T R I A, E T D E P O S I T A A P V D M E A S E L E V - c devarium, tria CO P A T R V O M E O D E N A R I A T R I A, Q V A E E T I A M P R O T I N V S R E D D I E T S O L V I E I S ^d l V - d solanei B E O. quæsitum est an si non deberentur, actio esset. respondi, si non deberentur, nullam quasi ex debito actionem esse, sed ex fideicommisso.

Verba generalia restringuntur ex conjectura voluntatis.

- 11 Lucius Titius Damasi & Pamphilum libertos suos ante biennium mortis suæ de domo dimisit: & ciVaria quæ dabant, præstare desijt; mox facto testamento ita legauit: Q V I S Q V I S M I H I H E R E S E R I T, O M N I B V S L I B E R T I S M E I S, Q V O S H O C T E S T A M E N T O M A N V M I S S I, E T Q V O S A N T E H A B V I, Q V O S Q V E V T M A N V M I T T A N T Y R, P E T I I: A L I M E N T O R V M N O M I N E I N M E N S E S S I N G V L O S C E R T A M P E C V N I A M D A T O. quæsitum est, an Damæ & Pamphilo fideicommissum debeatur, respondi, secundum ea quæ proponerentur, ita deberi, si hi qui petent^e, manifestè docerent eo animo circa se patrōnum, cum testamentum faceret, esse cœpisse, vt his quoque legatum dari vellet. alioquin nihil ipfis præstetur.

Filiorum appellatione etiam naturales continentur.

- 12 Damæ & Pamphilo quos testamento manumiserat, fundum dedit, ita vt post mortem suam filiis suis restituerent^f. restitueretur. eodem testamento petit ab heredibus suis, vt Pamphilā ma-

numitterent, quæ Pamphila filia naturalis erat Pamphili, idem Pamphilus post diem legati sui cedentem testamento heredem institui: Maxium^a, eiusq; fidei commisit, ut hereditatem suam, id est fundi supra scripti partē dimidiam quam solam in bonis ex testamento patronæ suæ habebat, Pamphila & filia sue cum primū libera fuisset restitueret. quo Pamphili manumisſa, vtrum ex testamento superiorē patris sui patronæ eam partem petere posset: an verò ex testamento patris naturalis ex causa fideicommissi, habita ratione legis Falcidiae. respondi, ex his quæ proponerentur, probari Pamphilam dumtaxat ex testamento superiorē fideicommissum petere posse, Claudio**s**: quia creditur appellatione filiorum, & naturales liberos id est in seruitute susceptos contineri.

b *Claudius notatus*
♀ vel anserine

Cum omnis fideicommissi iniungitur legatario, sed iniuntur, que sit vis legati.

Sæuola: codicillis Gaio Seio centum legauit, eiusq; fidei ¹³ cōmisit, ut ancillæ testatoris ea daret. quæro an vtile fideicom missum sit, quod legatarius ancillæ testatoris dare iussus est. respondi, non esse. Item si vtile non est, an legatarius heredi, cuius ancilla est, restituere compellatur. respondi, non compelli. sed nec ipsum Legatarium legatum petere posse.

Res alienari prohibita.

Insulam libertis vtriusque sexus legauit, ita ut ex redditu eius masculi duplum, feminæ simplum percipient. quamque alienari vetuit. ex consensu omnium ab herede numero data est. quæro, an & ex pretio insule duplum mares, simplum caperent feminæ. respondi, ob pretium nullam fideicommissi persecutionem esse: nisi ea mente venditioni consenserunt, ut similiter ex pretio mares quidem duplum, feminæ autem simplu consequatur. Instituto filio herede, & ex eo nepotibus emancipatis, testator ita caBit: οὐδομάτε τας εμας οικιας μη πολιτισθαι ύπο τὸν καὶ ρονομὸν μού, μηδὲ δανείζεσθαι κατ αγρὸν, αλλα μένειν αγτας ἀκέραιας αυτοις καὶ γιοις καὶ εκτονοις εἰς τὸν απάντα χρόνον. εὰν δε τις πονηθῇ αυτὸν πράνται τὸ μέρος αὐτοῦ, η δανείζασθαι κατ αυτού, επούσιαν ἐχετο πράνται τῷ συγκαρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ δανείζεσθαι παρ αυτού. εὰν δε τις παρα ταυτα ποιηε, δεσται τοιχηματιζομένον αχρητον και ακυρον, queritur cum filius defuncti mutuam pecuniam à Flavia Dionysia accepere, & locatis ædibus pro parte sua pensiones sibi debitas redi-

creditoris delegauerit, an condicio testamenti existisset videatur, ut filii suis fideicommissi nomine teneatur, respondi, secundum ea quae proponerentur, non existisset.

Interpretatio voluntatis pro fideicommisso.

16 Matre & vxore heredibus institutis, ita cavit: A TE VXOR CARISSIMA PETO, NE QVID POST MORTEM TVAM FRATRIEVS TVIS RELINQVAS. HABES FILIOS SORORVM TVARVM, QVIBVS RELINQVAS. SCIS VNVM FRATREM. TVVM FILIVM NOSTRVM OCCIDISSE, DVM EI RAPINAM^a FACIT. SED ET ALIUS MIHI DETERIORA FERIT. quare cum vxor intestata decepsit, & legitima eius hereditas ad fratrem pertineat: an scoris filii fideicommissum ab eo petere possunt, respondi, posse defendi fideicommissum deberi.

Relicta testamento non iure facta debentur ex causa fideicommissi e voluntate testatoris.

17 LVCIVS^b TITIVS HOC MEVM TESTAMENTUM SCRIPSI SINE ULLO IURIS PERITO, RATIONEM ANIMI MEI POTIVS SECUTVS, QVAM NIMIAM ET MISERAM DILIGENTIAM. ET SI MINVS ALIQUID LEGITIME MINVSVE PERITE FECERO, PRO IURE LEGITIMO HABERI DEbet HOMINIS SANI VOLUNTAS. deinde heredes instituit, quae situm est, intestati eius bonorum possessione petit, an portiones adscriptae ex causa fideicommissi peti possunt, respondi, secundum ea quae proponerentur, posse.

Epistola scripta a testatore quam vim habeat.

XXXVIII. IDEM LIBRO QUARTO RESPONSI^c RUM.
Estamento filium & uxorem suam heredes instituit; postea^d testator scripsit epistulam significauit, qua & quidquid in pecunio habuit filius, ei donauit, & adiecit^e principia haec eum, sui que iuris, & post mortem sicut habere velle. quare cum testamento significauerit, si quid ob signatum receperisset, id vice codicillorum valeret^f; epistula autem non sic ob signata; evalere an quae epistula continentur, ad filium pertineant, respondi, si fides epistulae reliqua constaret, deberi quae in eam dare se dari velle significauit.

*Generalia verba ad tempus testamenti relata ob*conjecturam voluntatis**

1 Qui indivisa cum fratre suorum habebat filias suas heredes instituit, & ita cavit: PROPTER. A.B.S. V.N.I.V.E.R.S.A.Y,
QVAK

a Id est, rapacioris, retinuum illius seruare non parvus. Cato, libro 2a, cap. 4, q. 2. re rufus. Ita interpretatio est varians, fulvis dotificissimus Pulacua in libello de rerum interpretatione, entries iam probata, ita enim augens facinus interfluvia, qui etiam de schenck merentem interficiuntur: tametsi non ignoramus quoque, enim in vesti, fidicamus, filium occisum esse ab eo qui rapinam ei faciebat, id est bona emera, pichat.

b Coniungit. Tisca de mappa festa.

QVAE MIHI CVM MILLO¹ FRATRE MEO PATRVS
VESTRO COMMUNES SVNT, QVAS AESTIMATI-
ONIS CONSTITERIT ESSE UNIVERSAS
DUO MILIVM AVREORVM, FIDEI VESTRAE
COMMITTO; VT PRO PORTIONE VESTRA
MILLE AVREOS A LVCRETIO PAGATO PATRVS
VESTRO AGGREGATIS. huic testamento quinquennio
superuixit, & abunde patrimonium reliquit. quæsum est,
an heredes Lueretij Pacati secundum verba superscripta offe-
rentes mille aureos, fideicommissum consequantur. respondi,
secundum ea quæ proponerentur, non facere voluntatem,
vt vniuersa datis millenis^a aureis restituerentur. sed aestima-
tionis, quæ mortis tempore in rebus fuerat, oblationem de-
bere fieri.

*Condicio apposita in persona unius, in persona alterius
comuneti non videtur repetita.*

Scio, quem heredi substituerat, ita legauit: SEIO, SI MI-
HI HERES NON ERIT, ET VXORI EIVS MAR-
CELLAE ARGENTI LIBRAS QVINDECIM DARI
VOL. O. quæro cum Seius heres existiterit, an Marcellæ legati
dimidia portio debeatur. respondi, secundum ea quæ propo-
nerentur, deberi.

Communicatio bonorum ex causa fideicommissi.

Lucius Titius intestato moritus, cum haberet vxorem, &
& ex ea filiam emancipatam, codicillis hæc verba inseruit:
PERTINENTIA VTEM^b HIC CODICILLI AD VXOREM ET FILIAM. PRIMUM VTEM^b ROGO SIG.
INTER VOS AGATIS, UT ME VIVO EGISTIS.
ITA QVE ROGO UT QVIDQVIB AVT EGO RE-
LINQVERIO, VTF^b QVOD VOS IPSAE HABETIS,
COMMUNE VOBIS SIT, filia intestati patris bonorum
possessionem accepit. quæritur, an aliqua pars hereditatis Lu-
cij Titij ex causa fideicommissi à filia matri deberetur, &
quota respondi, secundum ea quæ proponerentur, dimidiam
partem deberi; si modo vxor parata sit in commune bona sua
conferre.

b: Quatuor filios æquis partibus instituit, & fundum per
præceptiohem singulis legauit. filii cum vniuersa bona patris
obligata essent, mutua accepta pecunia hereditario credito-
ri soluerunt, & posteriori obligauerint. qui cum ei debitum
non solueretur, prædia vniuersa lege pignoris vni ex heredi-
bus vendidit. quæritur an cum iste filius ex causa emptionis
ea possideat, fratibus & coheredibus fideicommissi petitio
esset; an verba pøempta esset, cum communiter vniuersa se-
quuntur creditori obligauerint. respondi, actionem quidem fi-
deicom-
savo

• mille

• aut vos ipsi

c minuam accepta
pecuniam

deicommisſi in personam competentem omnibus inuicē manere. non autem fideicommissum restituendū est ^a, nisi prius ^a esse, debitum ab eis emptori, eidemque coheredi persolueretur.

Dos onerata fideicommissio.

- 5 Filiae fidei commisit in hæc verba: PETO A TE FILIA MEA, VT DOTALEM CAVTIONEM POST MORTEM MEAM MVTES, ET ITA RENOVES, VT FRATRES TVI DOTEM STIPVLARENTVR HOC CASV, VT SI SINE LIBERIS VNO PLVRIBVS VE IN MATRIMONIO MORIERIS, DOS AD EOS PERVENIAT. post mortem patris deceſſit maritus antequā renouaretur cautio dotalis: & poſteca alij nupta deceſſit nullus liberorum relictus, viuo adhuc Titio vno ex fratribus. quæſitū est, an Titius petitionē haberet rerum quæ in dotē ^b fuerant. b dote respondi, poſſe fideicommissum ab heredibus sororis peti, ſi per eam ſtetit quo minus dotem frater stipularetur.

Pluribus poſt eorum mortem ſimul rogatis, uno mortuo, aliis ſuperſtitibus ſlatim competit fideicommissi petitio.

- 6 Filiū & filiam heredes instituit, & libertis legata dedit, eorumque fidei commisit in hæc verba: A VOBIS PETO, VT QVID VOBIS LEGAVI^c, CONTENTI d eo contenti ſITIS VIVENTES, VT POST VOS FILIIS MEIS RESTITVATIS. defuncta testatricis filia Mæuia, libertus deceſſit, herede inſtituto patronæ ^d filio ex parte debita, ex altera extraneo. quæſitum est, an adita hereditate patronæ filius à coherede ſuo partem eorum, quæ ex testamento matris ad Mæuium libertum peruererant, petere potest. respondi, eius quod ei deberetur ſi hereditatem non adiſſet, partem à coherede petere poſſe.

Iusta ignorantia facit, ut valeat alienatio rei per fideicommissum relictæ.

- 7 Maritus vxorem ex aſſe heredem inſtituit, cuius poſt mortem codicillos aperiri testator præcepit. predium hereditariū vxor, infructuosum rationi ſuae exiſtimans, vendidit. emptor querit, an retractari hæc venditio poſſit poſt mortem mulieris ab his quibus codicillis per fideicommissum hereditas data deprehenderetur: an vero ſolum quantitas pretij ab herede vxoris fideicommissariis debeatur. respondi, propter iustum ignorantiam tam mulieris quam emptoris, heredem mulieris, ut fundus apud cōptorem remaneat, fideicommissario premium dare debere.

L I B E R

LIBER TRIGESI-

M V S S E C V N D V S.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

Quis possit fideicommissum relinquere.

V L P I A N U S libro primo. Fideicommissio-
rum¹

SI N C E R T V S ² Q V I S S I T , captiuus sit, tanā latiunculis obsecus ³: testamen-
tum facere non potest. sed & si sui iuris signa-
rus, putatque se per errorem, quia à latronibus
captus est, seruum esse velut hoitiū: vel lega-
tus ⁴, qui nihil se à captiō differte putat: non posse fidei-
committere certum est. quia nec testari potest, qui an liceat fi-
bi testari dubitat. Sed ⁵ si filius familias vel seruus fideicom-
missum reliquerit, non valet. si tamen manumissi decessisse
proponantur, constanter dicemus, fideicommissum reli-
etum videri, quasi nunc datum, cum mors ei contingit. yide-
licet si durauerit voluntas post manumissionem. h.e.c vtique
nemo credit in testamentis nos esse probaturos: quia nihil in
testamento valet, quotiens ipsum testamentum non valet:
sed ⁶ si alias fideicommissum quis reliquerit. Hi quibus ²
aqua & igni interdictum est, item deportati fideicommissum reli-
quere non possunt. quia nec testamenti faciendi ius
habent, cum sint ⁷ A N O A I A E Z ⁸. Deportatos autem eos ac-
cipere debemus, quibus princeps ⁹ insulas adnotauit, vel de
quibus deportandis scriptit. ceterum prius quām factū prae-
fidis comprobet, nondum amississe quis ciuitatem videtur,
proinde si ante decessisset, cuius decessisse videtur: & fideicom-
missum, quod ante reliquerat quām sententiam pateretur,
valebit. sed & si post sententiam, ante quam Imperator ¹⁰ co-
mprobet: valebit quod factum est. quia certum statum usq; ad-
huc habuit, à prefectis vero prætorio, vel eo qui vice prefecti
ex mandatis principis cognoscet, item à prefecto urbis depor-
tatos, quia ei quoque epistula Diui Seueri & Imperato-
ris nostri ius deportandi datum est, statim amittete ciuitatem.
& ideo nec testamenti faciendi ius, nec fideicommittendi
constat habere. Si quis plane in insulam deportatus codi-
cillos ibi fecerit, & indulgentia Imperatoris restitus isdem
codicillis durantibus decesserit: potest defendi fideicommissum
valere, si modo in eadem voluntate durauit.

Quia

^a Coniugis lib. 1. leg. 1.

^b obsecus sive

^c relegatus.

^d sed ex

^e sed valet fideicom-
missum, & si alias
quis reliquerit.

^f In hunc locū Alex.
ab Alexan. lib. 3.
cap. 5. C. L. Rhedi.
Lc. an. 11. lib. 14. c. 48.
^g Quos in insulac
e pereundos in aīa
funerarii respe-
rendi. & a perscribu-
dos curavit. Dicit &
disput. cap. 8.

^h Imperator no-
tes

Quis fideicommissum onerari posset.

- 4 **S**ciendum est autem eorum fidei committi {quem} posse, ad quos aliquid peruenturum est morte eius: vel dum eis datur, vel dum eis non acimitur. nec tantum proximi Venerum possessoris, verum inferioris quoque fidei committere possumus, sed & eius qui nondum natus est, fidei committi posse si modò natus nobis successurus sit. Illud certè indubitate dicitur, si quis intestatus decebat ab eo qui primo gradu eis succedere potuit, fideicommissum reliquerit: si illo repudiante ad sequentem gradum deoluta sit successio: eum fideicommissum non debere. & ita Imperator nosser rescripsit. Sed & si à patrino sit relictum, & aliquis ex liberis eius mortuo administrus sit ad bonorum possessionem: idem erit dicendum.

Non valet fideicommissum quod relinquitur a præterito.

II. GAIUS libro primo Fideicommissorum

EX filio præterito, licet saus heres erit, fideicommissum ^{a filio} relinqui non potest.

III. VLPIANVS libro primo Fideicommissorum

SI mulier dotem stipulata fuerit, & accepto tulit marito in hoc dotem, ut fideicommissum debet dicendum est fideicommissum deberi. percepisse enim aliquid à muliere videtur. hæc ita, si mortis causa donatura mulier marito fecit acceptum. Sed & si mortis causa auxerit marito dotem, vel in matrimonium eius mortis causa redierit: potest dici fideicommissum ab eo deberi. Julianus ^d scribit, si seruus mihi legatus fit, cumq; manumittere rogatus sim, fideicommissum à me relinqui non possem: scilicet si purè roget. nam si sub condicione, vel in diem: propter fructum mediij temporis posse me obligari, nec Julianus dubitaret. Si rem quis debeat ex stipulatu ei

2 **Q**ui rem legauerit, fidei committere eius non poterit: licet ex legato commodum sentire videatur, quod dominium nanciscitur statim, nec exspectat ex stipulatu actione fortassis quis dicat & sumptum lictis, quem sustineret si ex stipulatione litigaret, eum lucrari. sed nequaquam dicendum est huius fidei

3 committit posse. Sed & in habenti tibi proprietatem, vsum fructum mortis causa cesseret: potest dici fideicommittere me posse, nec queinquam moueat, quod vsusfructus solet morte extingui. nā mediij potius temporis, quo viuat qui donavit, commodum cogitemus. si autem pignus debitoris ^b li Vero uero mortis causa, & eius fidei commisero: non potest valere fideicommissum.

IV. PAULVS libro quarto SENTIENS

APatrem vel domino relictum fideicommissum, si hereditas ei nō queratur, ab emancipato filio vel seruo manumisso

^c fidei committit
re me

^b cogitamus.
^a debitoris

vti-

^a A quibus plena missum, vel levissimum, vel intermedium, vel iniquum, hic agitur. Qui leprosa etiam dixerit que ad l. 1. 19. hic. gr. iis. de leg. 1. 19. 2. 19. que ad 1000.

^b mortuo ee

^d Hec fideles efficiat. I. pl. 2. 94. §. v. 1. de leg. a sup. e Roger Despenser et filii eius.

^e eius, cui

vt libibus actionibus postulatur. penes eos enim quæstæ hereditatis emolumentum remanet.

v. V L P I A N V S libro primo Fideicommissorum¹

Si fuerit municipio legatum relictum ab his qui rem publicam gerunt, fideicommissum dari potest. Si quis non ab herede vel legatario, sed ab heredis vel legatarii herede fideicommissum reliquerit: hoc valere benignum est.

vi. P A V L V S libro primo Fideicommissorum¹

Sed et si sic fideicommissum dedero ab herede meo, ^{TE R O-}
^{G O L V C I T I T I , V F A B H E R E D E T V O P E T A S}
dari Marvio de cem avreos, vtile erit fideicommissum: scilicet ut mortuo Titio ab herede eius peti possit. idque & Iulianus respondit. Sicut autem fideicommissum dari non poterit, si stichus seii factus iussus eius hereditatem adierit, ^{R O G O D H T .} quoniam quis fortuito, non iudicio testatoris consequitur hereditatem vel legatum, non debet onerari. nec recipiendum fuisse, vt cui nihil^a dederis, eum rogando obliges.

vii. V L P I A N V S libro primo Fideicommissorum¹

Si deportati seruo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere dicendum est. nisi si eum deportatus viuo testatore alienauerit, vel fuerit restitutus, tunc enim ad ipsum debebit pertinere. Si miles deportato fideicommissum reliquerit, verius est quod & Marcellus probat, capere^b eum posse.

Si quis creditori suo legauerit id quod debet, fideicomitti eius non poterit, nisi^c commodum aliquod ex legato consequatur. forte exceptionis timore^d, vel si quod^e in diem debitum fuit, vel sub conditionem^f.

viii. P A V L V S libro primo Fideicommissorum¹

Si legatarius, a quo fideicommissum datum est, petierit legatum: id tantum, quod per iudicem exegerit, præstare fideicommissario cogetur. vel si non exegerit, actione^g cedere. ad eum enim litis periculum spectare iniquum est, si non culpa legatarii lis perierit. Seruo heredis fideicommissum vtiliter non relinquitur: nisi fidelius commiserit ut seruum manumittat. Cum ita petisset testator, ut quidquid ex bonis ad patrem peruenisset, filiae suæ ita restitueret, ut eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset: Diuus Pius rescripsit, manifestum esse de eo tempore sensibile testatorem, quod post mortem patris futurum esset.

Heredes ab intestato succedentes verbis generalibus
onerati fideicommisso.

ix. M A E C I A N V S libro primo Fideicommissorum¹

Si ita fuerit fideicommissum relictum, ad quem cum
quæ ex testamento meo vel ab intestato,

† est
ve qui nihil

b. carere: mea do sum
est carere, ut apparet
ex l. 13. §. 1. sup. i.e.
mit. illam. e.
c. nisi si
d. timore leuatus,
e. quid
f. conditione.

g. actionem

TATO, velita, ad quemcumque quodcumque iure bona mea perveniant: hac oratione & eius qui postea natus erit, invenit familiam venerit, & eius qui postea cognatus esse cooperit, fidei commissum videtur. eius quoque quae nondum nupta erit, sed postea, eo casu quo ex edicto ad uxorem bona mariti intestati solent pertinere.

x. VALEN^s libro secundo Fideicommissorum[¶]

Si tibi & ei qui ex tribus liberis meis in funus meū venerit, centum aureos legauero: non minuitur in tua persona legatum, si nemo venit.

Quibus verbis fideicommissum relinquatur.

xi. VLPIANVS libro secundo Fideicommissorum

Fideicomissa quocumque sermone relinqui possunt: non solum Latina vel Græca, sed etiam Punica vel Gallicana vel alterius cuiuscumque gentis^b. Quotiens quis exemplū testamenti præparat, & prius decedat quam testetur^c: non valent quasi ex codicillis quæ in exemplo scripta sunt: licet verba fideicommissi scriptura^d habeant. & ita Diuum Pium decre uisse Mæcianus scribit. Si ita qui scriperit, ILLVM TUTI COMMENDO: Diuus Pius rescripsit fideicommissum non deberi. aliud est enim personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare. Cum esset quis rogatus restituere portionem accepta certa quantitate, responsum est, utro petere ipsum fideicommissum ab herede posse. sed utrum si volet, præcipiet^e, restituatque portionem: an verò & si noluerit, cogatur accepta quātitate portionem restituere, propria est deliberationis. & sanè cū quis rogatur accepta certa quantitate portionem restituere, duplex est fideicommissum: unum, ut possit petere quantitatē paratus portione cedere: aliud, ut et si non petet, tamen cogatur fideicommissario restituere parato præstare quantitatē. Si quis ita scriperit, SVFICIVNT TIBI VINEAE, VEL FUNDVS: fideicommissum est, quoniā & illud fideicommissum esse arbitramur, CONTENTVS ESTOILLA RE.

Fideicommissum collatum in voluntatem aut arbitrium heredis.

Sic fideicommissum relictū, NISI HERES MEVS NOVERIT, ILLI DECIMARIBVS VOLVO: quasi condicionale fideicommissum est: & primam voluntatem exigit. ideoque post primam voluntatem non erit arbitrium heredis^h dicendi noluisseⁱ. hoc autem * legatum * CVM VOLVERIT tractum habet; quamdiu viuat is à quo fideicommissum relictū est. verū si antequam dederit decesserit, heres eius prestat. sed & si fideicommissarius antequā heres constitutus, decesserit: ad heredē suū nihil transtulisse videtur.

Pars v.

§ q

condic-

g dare

li heredi
i voluisse. Sequerē
Floren.

condicione enim esse legatum, nemini dubium est: & pendente condicione legati videri decessisse fideicommissarium.

^a Coniunge l. 24 de
leg. 2.

Quamquam^a autem fideicommissum ita relictum non debatur, si volveris: tamen si ita adscriptum fuerit, si

FVERIS ARBITRATVSS, SI PVTABERIS, SI AESTI-

MAVERIS^b, SI VTIKE TIUI FVERIT VISVM, vel

VIDEUITVR: debebitur. non enim plenum arbitrium voluntatis heredi dedit, sed quasi viro bono cōmissum^c relictū:

Proinde si ita sit fideicommissum relictū, si L I S I T E^d

M E R V E R I T : omnimodo fideicommissum debebitur. si modo

fmeritum, quasi apud virum bonum, collocare fideicommissarius potuit. & si ita sit, si TE NON OFFENDERIT:

æque debebitur. nec poterit heres causari non esse meritum, si

alius vir Vonus & non infestus meritum potuit admittere.

Verba fideicommissi.

Hæc verba TE FILI ROGO VT PRAEDIA QVAE^e
AD TE PERVENERINT, PRO TVA DILIGENTIA^f
DILIGAS, ET CVRAM EORVM AGAS, VT POS-
SINT AD FILIOS TVOS PERVENIRE, licet nō satis
exprimunt fideicommissum, sed magis consilium quām ne-
cessitatē relinquēdi: tamen ea prædia in nepotibus post mor-
tem patris eorum vim fideicommissi videntur continere.

Fideicommissum filio relictum.

Si filio à patre herede instituto fideicommissum relictum fuerit: et si Berbis non sit ita relictum, cum pater moreretur, sed intellequi hoc possit: puta quia sic relictum est, vt relinquit filio, vel VOLO EVUM HABERE, vel VOLO AD EVUM PERTINERE: defendetur in id tempus fideicommissum relictum, quo sui iuris filius efficitur. Si cui ita fuerit fideicommissum relictū, si MORTE PATRIS SVI IV-
RIS FVERIT EFFECTVS, & emäicipatione sui iuris fa-
ctus sit: non videris defecisse condicione, sed & cum mors patri contingat, quasi exstante cōdicatione, ad fideicommissum admittetur.

De ademptione legati.

^g non videtur de-
fecisse conditio.

Si rem suam testator legauerit, eamque necessitate vrguēte^h
alienauerit: fideicommissum peti posse, nisi probetur adime-
re ei testatorem voluisse. probationem autē* mutatae* volun-
tateis ab heredibus exigendam. Ergo & si nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommissum reliquit: non tamen
hoc animo, quasi vellet extinguere fideicommissum: poterit
dici deberi, nisi fortè inter hæc interest. hic enim extinguitur
ipsa constantia debiti: ibi res durat tametsi alienata sit. cū
tamen quidam nomen debitoris exegisset, & pro deposito
pecuniam habuisset: putauit fideicommissi petitionem super-
esse.

i substantia

^h Marianus putat
fideicommissum

esse. maximè quia non ipse exegerat, sed debitor vltro pecuniam optulerat: quam offerente ipso non potuit (non) accipere. paulatim igitur admittemus, et si ex hac parte pecuniae rem comparauerit, quam non hoc animo exegit, vt fideicommissarium priuaret fideicommissio: posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

Quid legari posse.

12 Si quis illicite ædificasset, id est hoc quod dirui constitutiones iubent: an fideicommissum relinquere ex eo quis possit, videamus. & puto posse, cum enim dirui necesse sit, nulla dū Vitatio est, quin senatus consultum impedimento non sit.

13 Si heres rogatus sit certam summam viuris certis fænori dare: vtile est fideicommissum. sed Mæcianus putat, non aliás cogendum credere, quām idonei cœvatur. sed ego procli-

14 uior sum, vt putem cautionem non exigendam. Si seruo alieno militia relinquatur, an domino quæratur legatum, queritur. & aut scit seruum esse, & dico æstimatione deberi, aut ignorauit, & denegari fideicommissi persecutio debet. quia si scisset seruum, non relinquisset^a. ex his apparet, cum per fideicommissum aliquid relinquitur: ipsum præstandū quod relictum est. cum verò ipsum præstari non potest, æstimationem esse præstandam.

Voluntatis interpretatio pro herede.

15 Si quis decem alicui per fideicommissum reliquerit, & si perdidisset id quod testamento relictum est, rursus ei reliquerit: quærebatur an sequens fideicommissum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem, salua fore decem, ne cogatur ad præstationem. & an si sæpius perdidisset, sæpius ei sarciretur fideicommissum. Diuus Pius rescriptit neque cautionem exigendam, & non amplius quām semiē postquam perdidisset præstandum. non enim onerandus est heres, vt in infinitum quotiens perdiderit, restituere ei tantundem debeat: sed vt per fideicommissum posterius duplicata eius^b legata videantur, nec amplius ad periculum heredis pertineant^c, si quid postea^c is consumperit, exsoluto & posteriore fideicommissio.

Spectanda voluntas in fideicommissis.

16 Item si quis certam quantitatem cui reliquerit, & addiderit, facilius hanc summam posse compensari, cum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Gaij Seij: nec velit ille hereditatem adire Gaij Seij, sed petat fideicommissum: Imperator noster contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum rescriptit. cum in fideicommissis præcipue spectanda seruandaque sit testatoris voluntas. Plerumq; euenit, multorū interessē id quod relinquitur: verūm testatorem vni voluisse honorem habitum, & est hanc sententia Marcelli

^a Non enim est idoneus habende militie seruum, lab omni, infid, de re milit.

a sic enim

verissimā. sic^a eu enit vt interdum , si pluribus testator hono-
rem habere voluit, & de pluribus sensit: quamuis vnum lega-
tum sit, tamen ad persecutionem eius plures admittantur. vt
puta si decem fuerunt eiusdem rei stipulandi , & heres vel fi-
deicōmissarius rogatus est , vt eis solueret. hic enim si omniū
interest, & de omnibus sensit testator : fideicommissum reli-
ctum omnes petere potuerunt^b, sed vtrum in partem agēt, an
in solidum, videamus. & credo, prout cuiusque interest, con-
sequentur. vnu s igitur qui occupat, agendo totū consequitur,
ita vt caueat, defensu iri aduersus ceteros fideicommissarios
eum qui soluit: siue socij sunt , siue non. Interdum alterius 18
nomen scribitur in testamento, alteri verò fideicommissi peti-
tio vel legati competit. vtputa si fidei heredis committatur, vt
ipse publicum^c pro Titio præstet. fideicommissum hoc vel le-
gatum non publicanus petit, licet ei sit adscriptum. sed ipse pe-
tere poterit, pro quo legatum relictū est. multū autem inter-
esse arbitror, cui^d volet prospectum, cuiusque contemplatio-
ne testator fecerit. plerumque autem intellegendū est priuati
causa hoc fecisse, licet emolumētum publicano quæratur.

Si in opere ciuitatis faciendo aliquid relictum fit . vnum-
quemque heredem in solidū teneri Diuus Marcus & Lucius
Verus Proculæ rescriperunt. tempus tamen coheredi præsti-
tuerunt, intra quod mittat ad opus faciendum: post quod so-
lam Proculam voluerunt facere, imputaturā coheredi sum-
ptum pro parte eius. ergo & in statua, & in seruitute, ceteris
que quæ diuisionem non recipiunt, idem Diuus Marcus re-
scriptit. Si quis opus facere iussus, paratus sit pecuniam da-
re reipublicæ, vt ipsa faciat, cum testator per ipsum id fieri vo-
luerit: non audietur. & ita Diuus Marcus rescriptit. 20

Incerte voluntatis declaratio.

xii. VALENS^d libro primo Fideicom-
missorum^e

STICHVS LIBER ESTO, ET VT EVM HERES
ARTIFICIVM DOCEAT, VNDE SE TVERI POS-
SIT, PETO. Pegasus inutile fideicommissum esse ait: quia
genus artificij adiectū non esset. sed prætor aut arbiter ex vo-
luntate defuncti & ætate & cōdicione & natura ingenioque
eius cui relictum erit, statuet quod potissimum artificium he-
res docere eum sumptibus suis debeat.

xiii. MAECIANVS^f libro secundo Fideicom-
missorum^g

SI sic locutus erit testator, HERES MEVS ILLI FVN-
DVM DATO: SEIO HOC AMPLIUS DECEMI: non
erit dubitandum, quin Seius & fundi partem & decem ex te-
stamento perciperet debeat.

b poterunt.

c publicano

† voluit

d Paulus, vel,
Caius.

X I V I . G A I V S libro primo Fideicommissorum!

NON duVium est, quin si vxori legatum sit, si non nups erit, idque alij restituere rogata sit: cogenda est si nupserit restituere. Heres quoque, cui iuris iurandi condicio remittitur, legatum & fideicommissum debet. Sed si^a a sed ei cui legatum relictum est, ut alienam rem redimat, vel prestat: si redimere non possit, quod dominus non vendat, vel immo-
dico pretio vendat: iustum aestimationem inferat^b.

X V . M A E C I A N V S libro secundo Fideicom-
missorum!

HAEC res testatoris legatae, quae in profundo esse dicuntur, e Heres testatoris legata,
quandoque apparuerint, præstantur^d.

X VI . P O M P O N I V S libro primo Fideicom-
missorum!

SAEPE legatum plenius restituitur fideicommissario, quam
est relictum, veluti si alluvione ager auctus esset, vel etiā duabus dilitionibus,
insulae natæ.

X VII . M A E C I A N V S libro secundo Fideicom-
missorum!

ETIAM ea quæ futura sunt, legari possunt: ut insula vel in mari, ut in insula
mare vel in fluminibus enata. Seruitus quoque seruo præ-
dium habenti rectè legatur.

Quo modo fideicommissum reuocetur.

X VIII . P O M P O N I V S libro primo Fideicommissorum!

SI iure testamento factō fideicommissum tibi relinquiero,
deinde postea aliud fecero non iure, in quo fideicommissum
relietur tibi, vel aliud quam quod priore testamento, vel o-
mnino non sit relictum: videndum est, h[ab]ens mea h[ab]et
facientis postea testamentum, ut nolim ratumⁱ tibi sit priore i ratum esse priore
testamento relictum: quia nuda voluntate fideicommissa in-
firmarentur. sed vix id optinere potest. fortassis ideo, quod ita
deum à priore testamento velini recedi^k, si posterius valitu-
rum sit. & nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei
non debetur, etiam si Idem heredes vtroque testamento insti-
tuti ex priori existiterunt.

^j qui ex priore

Modus legato adiectus.

X X I I I . V A L E N S libro quinto Fideicommissorum!

SIT tibi legatum est vel fideicommissum relictum, ut quid
facias: etiam si non interest heredis id fieri, negandam tibi
actionem, si non caueas heredi futurum quod defunctus vo-
luit, Nerua & Atilicinus rectè putauerunt.

Eadem res duobus in solidum legata.

X X . V L P I A N V S libro sexto Fideicommissorum!

SI res mihi per fideicommissum relicta, eadem tibi legata
vel per fideicommissum relicta sit, non comunicandianimo,

^b inferet.

^c Heres testatoris legata.

^d præstat. Inepit

hic adnotarunt meū

desim esse Flor. dum

non cogitare initio

legatum esse, hec res,

non vnde.

^e De insularum na-

scientiis ratione Plu-

lib. 2. c. 87. & seqq.

^f reliquam tibi,

^g mens mea h[ab]et

^h an mens

ⁱ ratum esse priore

testamento tibi re-

latum:

^k recedere,

a. ipsa re
b. ramus

sed utriusque in solidum: ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum nullū quidem ius in ipsam rem habere, sed actionem de pretio integrum cum^b habere.

x x i . P A V L V s libro quarto Sententiarum^l

NVtu etiam relinquitur fideicommissum: dummodo is nūtu relinquat, qui & loqui potest, nisi superuenies moribus ei impedimento sit. Fideicommissum relictū, & apud eum cui relictum est, ex causa lucrativa inuentum extingui placuit: nisi defunctus aestimationem quoque eius praestari voluit. Columnis ædium vel tignis per fideicommissum relictis, ea tantummodo amplissimus ordo præstari voluit, nulla aestimationis facta mentione, quæ sine domus iniuria auferri possunt.

Semper suprema voluntas potior est, modo certa
sit, ac specialiter expressa.

x x i i . H E R M O G E N I A N V s libro quarto iuris

Epitomarum^l

SI quis in principio testamēti adscripserit, c v i b i s L E G A V E R O , S E M E L D E B E R I V O L O , postea codem testamēto vel codicillis sciens sāpe eidem legauerit: suprema voluntas potior habetur. nemo enim eam sibi potest legem dicere, vt à priore^d ei recedere non licet. Sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit prioris voluntatis si Vi^e pænituisse, & voluisse vt legatarius plura legata accipiat. Miles, in eum ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente eo in ipsa sententia qui damnauit, sicut testamenti faciendi, ita fideicommissi relinquendi potestatem consequitur. Mortis damnū per fideicommissum serui relicti, antequā mora fiat, fideicommissarius solus patitur: licet alienus relinquatur.

x x i i i . P A V L V s libro quinto Sententiarum^l

EX imperfecto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare, inuercundum^g est. decet enim tantæ maiestati, eas seruare leges, quibus^h ipse solitus esse videtur.

x x i i i i . N E R A T I V S libro secundo Responsorum^l

Creditori ita potest legari, ne indebitum ab eo repetetur.

x x v . P A V L V s libro primo ad Neratium^l

ILLE AVTⁱ ILLE HERES^j SEI O C E N T V M D A T O . potest Seius ab vtro velit petere. Cum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quæstio.

x x vi . I D E M libro secundo ad Neratium^l

IS qui fideicommissum debet, post moram non tantum frustatus, sed etiam omne damnum quo adfectus est fideicommissarius, præstare cogitur.

c Hermogenes

d priore voluntate
e se pænituisse.

f Couturge l. v. de
testam. l. pœn. de ha-
red. insti.

g Impudens non au-
sen valde circun-
dum, ut notat. Accur.

Quidam legunt ve-
recundum, que le-
tio quaque conuenit.

Aug. li. i. emend. ca. 3.

h Vnde Claudia-
nus. In commune in-
bes si quid, censere

tenendū. Primum ius
fa subi, tunc abfer-
runtio, equi fit ipsi-

pulus: nec ferre re-
sat, tū videtur ipsum

Auctiō parere sibi.
i ipsa fulita

k Terentius
l hæres esto, &
Seio

Legatum

Legatum filie in testamento non reuocatur per legatum factum patri in codicillis.

xxxvii. IDEM libro secundo Decretorum¹

Paula^a Callinico ex parte herede instituto, filia eiusdem Iu**b**entianæ, cum in familia nupsisset, decem testamento legauit. deinde post tempus codicillis factis, centum eidem Callinico reliquerat, nō adiecto **HOC AMPLIUS.** pronuntiauit utramque summam deberi, maximè cum in codicillis filiae Callinici nihil legatum fuisset.

Benigna ademptionis interpretatio.

- 1 Pompeius** **b Hermippus** filium Hermippum ex dodrante, filiam Titianam ex quadrante heredes instituerat, & prædia certa singulis prælegauerat. præterea si sine liberis Hermippus moreretur, aliam possessionem filiae dari iusserat, post testamentum factis codicillis filiae certa prædia dederat: eamque his contentam esse voluit pro omni hereditate & his quæ in testamento relinqueraut. Hermippi bona ad fiscum peruererant. Titiana soror fideicommissum petebat. quærebaratur, utrum pro hereditate tantum, an & pro his quæ post mortem frater rogatus erat restituere, pater eam voluisse accipere ea quæ codicillis relinqueraut. mihi ab omni voluntate recefsum videbatur. placuit^c humanius interpretari, ea sola quæ viuente fratre acceptura erat, adempta videri: non etiam quæ post mortem eius relinqueraut, si sine liberis decederet^d. & ita decederet: pronuntiauit.

b Pemponius

c placuit autem

Fidei commissum ipse heres debet, non debitor: quamvis testator voluerit ex pecunia debita solui.

- 2 Julianus** **e Seuerus** decedens, iustitutis quibusdam herebus, alumno suo quinquaginta legauerat: eaque^f Iulio Mauro colono suo ex pensionibus fundi debitibus ab eo præstari voluerat: eidemque^g Mauro quedam legauerat, cum de hereditate fisco quæstionem mouisset iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco soluerat. postea heres scriptus optimuerat fiscum^h. alumno autem mortuo heres eius fideicommissum ab herede Mauri petebat. placuit Imperatori non videri eius fidei commissum, sed demonstratus unde accipere posset. & ideo heres **i** **Seueri** hæc præstare debet^k.

e Iulius

f eaque à Iulio
Non recte commissum
est, d. in Fls. c. quod
amphibologiam mag-
nam hinc tellit.

g itemque

h aduersus fiscum.

i heredem
k debere.

xxxviii. IDEM libro singulari ad Senatusconsulum Tertullianum¹

Si fidei meæ committatur, ut quod mihi relictum fuerit super quod capere possum, alij restituam: posse me id capere **l** quæ constat.

Interpretatio verborum.

^a Tabolenus libro
secundo ex poste-
rioribus Labeonis.

X X V I I I . L A B E O ^a libro secundo Posteriorum à
Iauoleno epitomatorum

Q Vi concubinam habebat, ei vestem prioris concubinae
vtendam dederat. deinde ita legauit, **V E S T E M Q VAE**
E I V S C A V S A E M P T A , P A R A T A E S S E T . Cascel-
lius, Trebatius negant ei deberi prioris concubinæ causa pa-
rata, quia alia condicio esset in vxore. Labeo id non probat;
quia in eiusmodi legato non ius vxorium ^b sequendum; sed
verborum interpretatio esset facienda. idemque vel in filia
vel in qualibet alia persona iuris esset. Labeonis sententia ve-
ra est.

^b vxoris^c tantulumd Seio
et tabulas suas*In dubio sequimur quod minus est.*

Cum ita legatum esset, ut Titia vxor mea tantandum ^c par-
tem habeat, quantulum unus heres: si non æquales partes es-
sent heredum, Quintus Mucius & Gallus putabant maxi-
mam partem legatam esse: quia in maiore minor quoq; ines-
set. Seruius, Ofilius, minimam: quia cum heres darel damna-
tus esset, in potestate eius esset, quam partē daret. Labeo hoc
probat. idque verum est.

Verbum, peruenisse, intelligitur cum effectu.

Cum ita legatum esset, **Q V A N T A P E C V N I A E X H E -** ^d
R E D I T A T E T I T I I . A D . M E P E R V E N I T , T A N T A M .
P E C V N I A M H E R E S M E V S S E I A E D D A T O : id lega-
tum putat Labeo, quod acceptum in tabulis ^e suis ex ea he-
reditate testator retulisset. ceterum negat cauendum heredi-
à legatario, si quid forte postea eius hereditatis nomine heres
damnatus esset. ego contra puto: quia non potest videri per-
uenisse ad heredem, quod eius hereditatis nomine præstatu-
rus esset. idem Alfenus Varus Serujo placuisse scribit. quod
& verum est.

An heres teneatur, enicla re legata.

Si heres tibi, seruo generaliter legato, Stichum tradiderit, ^f
isque à te euictus fuisset: posse te ex testamento agere Labeo
scribit. quia non videtur heres dedisse quod ita dederat, ut ha-
bere non possis. & hoc verum puto. sed hoc amplius ait, de-
bere te prius quam iudicium accipiatur, denuntiare heredi-
nam si aliter feceris, agenti ex testamento opponetur tibi dol-
mali exceptio.

Oratio pluralis resolutur in singularem.

S I S T I C H V S E T D A M A S E R V I M E I , I N P O - ⁴
T E S T A T E M E A E R V N T C V M M O R I A R , T V M S T I -
C H V S E T D A M A L I B E R I S V N T O , E T F V N D V M
I L L V M S I B I H A B E N T O . si alterum ex his post testa-
mentum factum dominus alienasset, vel manumississet: neu-
trum

trum liberum futurum Labeo putat. sed Tuberio eum qui remansisset in potestate, liberum futurum, & legatum habitum putat. Tuberonis sententiam voluntati defuncti magis puto conuenire.

Quæstio ex ambiguo.

xxx. IDEM libro secundo Posteriorum à Iauoleno epitomatorum

Qui quatuor pocula oleaginea habebat, ita legauit: **P O C V L A Q U E A G I N E A^a P A R I A D V O.** respondi **v** o **oleagineum** par legatū esse: quia non ita esset, **B I N A P A R I A;** neque ita, **P O C V L Q R V M P A R I A D V O.** idem & Trebatius.

Fructibus legatis fundi conducti, quid debeantur.

1 Qui hortos publicos à republica conductos habebat, eorum hortorum fructus vsque ad lustrum quo conducti essent, Auditio legauerat: & heredem eam conductionem^b eorum hortorum ei dare damnauerat, sinereq; uti eum & frui. respondi, heredem teneri sinere frui. hoc amplius heredem mercedem

2 quoq; hortorum reipublicæ præstaturum. Cum testamento scriptum esset, **S T I C H O S E R V O M E O. H E R E S Q V I N Q V E D A T O.** et si **S T I C H V S H E R E D I M E O C B I E N N I V M S E R V I E R I T,** liber esto: ^c per biennium post biennium legatum deberi existimo. quia in id tempus & libertas & legatū referri deberet^d. quod & Trebatius respon dabant.

3 dit. Si fundum mihi vendere certo pretio dānatus es, nullum fructum eius rei ea venditione excipere tibi liberum erit. recipere quia id pretium ad totam causam fundi pertinet.

Interpretatio pro herede.

4 Qui fundum mandatu meo in societate^e mihi & sibi emerat, deinde eum finibus diuiserat, & prius quam mihi tradaret, ita eum tibi legauerat: **F V N D V M M E V M. I G L I D O.** negauit amplius partem^f deberi: quia verisimile non esset, ita g parte illi deberis: tellatum esse patrem familiæ, vt mandati heres eius damnatur.

Interpretatio pro herorum.

5 **V X O R Y M E A B D V M C V M F I L I O M E O C A P V A E B R I T,** HERES MEVS D V C E N T A D A R O, filius à matre migrauit. si ambo Capuae habitassent, legatum matri debitu iri putauit: quamvis vna non habitassent. si autem in aliud municipium transissent, vnius anni tantummodo debitu iri, quo vna habitassent quantolibet tempore, Trebatius ait. videamus, an his verbis. **D V M C V M F I L I O C A P V A E E R I T** non condicio significetur, sed ea scriptura, pro superua Quod^h debet haberi. quod non probbo, si autem per mulierem mora non est, quo minus cum filio habitetⁱ: legata ei debet factum non k habitare.

De re aliena legata.

Sædes alienas ut dares damnatus sis, neque eas vlla condicione emere possis, æstimare iudicem oportere Ateius scribit, quanti aedes sint, ut pretio soluto heres liberetur, idemque iuris est, et si potuisse emere, non emeres.

Aedibus legatis quid debeatur.

x x x i . IDEM libro primo Pithanorum à Paulo epitomatorum

Si cui aedes legatae sint, is omne habebit id ædificium, quod^b solum earum ædium erit. Paulus: hoc tunc demum falsum est, cum dominus ædium binarum aliquid conlaue, quod^d supra concamarationem alterarum ædium esset, in usum alterarum conuertit, atque ita his usus fuerit, namque eo modo alteris ædibus id accedit, alteris decedet.

Pralegata non veniunt in substitutione vulgari.

x x x i i . S C A E V O L A libro quartodecimo Digestorum^{ll}

Sextiam filiam ex quadrante, ex reliquis Seium & Marciuum sororis filios scripsit heredes. Sextiam substituit Marcio, & Marciuum Sextiae dedit autem per præceptionem Marcio certas species. Marcius partem hereditatis, ex qua scriptus erat, omisit. & eo intestato defuncto bona eius ad fratrem legitimum Seium de Boluta sunt. quæsitum est, an Sextia ex substitutione etiam hæc quæ prælegata Marcius erant, iure substitutionis à legitimo herede defuncti sibi vindicare possit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, Sextiam in legatis quæ Marcius data sunt substitutam non esse.

Questio facti: ad quam non videtur Scuola respondere.

x x x i i i . IDEM libro quintodecimo Digestorum^{ll}

Vixori sua inter cetera ita legauit, ET DOMVS EAM PARTEM, QVA MORARI CONSUEBIMVS. quæsum est, cum tam testamenti faciundi tempore quam mortis totam domum in usu habuerit. nec quicquam ex ea locatum: an ea tatummodo videtur legasse cubicula, in quibus dormire consueuerat^b. respondit, eam omnem partem, in qua morari cum familia sua consueuisset.

Interpretatio verborum.

Vxori sua inter cetera ita legauit, Vxor meae quid quidem vivus dedi, donavi, usibus eius donaravi; concessi voluntate: quero, an quod post testamentum factum ei donatum est, id quoque concessum videatur. respondit verba, quæ proponerentur, nihil profuturo tempore significare.

Cum Seius pro vxore centum aureos creditoris soluerit, &
ornata-

a sefi cùm

b super scuolam

c aliquod
d quod & supra
concamerationem

e Sexilius
& Marcius

g respondit,

h consueuerat?

ornamentum pignori positum luerit, postea autem testamentofacto vxori suæ legauit quidquid ad eum, inue stipulatum eius concecisit, & hoc amplius vicenos aureos annuos. quæsum est, an hos centum aureos heredes viri ab uxore, vel lab heredibus eius repeatant. respondit, si donationis causa creditoris soluisset: teneri heredes ex causa fideicommissi, si repeatant: atque etiam petentes exceptione summoueri. quod præsumptum^a esse debet, nisi contrarium ab herede^b approbetur.

^a id esse
^b hæredibus pro-
betur.

Nomine legato continentur etiam usurae.

XXXIIII. IDEM libro sextodecimo Digestorum¹

Nomen debitoris in haec verba legauit, TITIO HOC AMPLIUS DARI VOLO DECEM AVREOS, QVOS MIHI HEREDES GAI SEII DEBENT, ADVERSVS QVOS EI ACTIONEM MANDARI VOLO, EI QVE EORUND EM PIGNORA TRADI. quæro utrum heredes tantum decem dare debeat, an in omne debitum, hoc est in usuras debeat mandare. respondit, videri uniuersam eius nominis obligationem legatam. Item quæro cum ignorantem matrefamilias, actores in prouincia adiectis sorti usuris, decem stipulati sint: an ex causa fideicommissi superscripsi etiam incrementum huius debiti ad Titum pertineat. respondit, pertinere.

Species, in qua spectatur tempus testamenti propter fraudem legatarij.

Filio ex parte herede scripto præceptionem dedit inter cetera his verbis. TITIO FILIO MEO NOMINA EX KALENDARIO, QVAE ELEGERIT FILIUS MEVS SIBI, VIGINTI DARE DAMNAS SVNTO SINE DOLO MALO. eidem filio viuis omnium rerum suarum administrationem permisit. qui post testamentum factum ante mortem patris annos^d decem, quibus procurabat patri, contra veterem consuetudinem patris, qua calendarium exercebatur, nouos debitores ampliarum pecuniarum fecit. & in priores, quos patre exiguarum fortunarum habebat, maius creditum contulit, ad hoc, ut viginti nominibus propè omnis substantia Kalendarij esset. quæsum est, an huic filio eorum nominum, quæ ipse fecit, præceptio permittenda est. respondit, ex his electionem habere, quæ testamenti tempore testator in Kalendario habuit.

Is, cui legata est hereditas, onus subit eris alieni: quatenus id testator voluit.

Vni ex heredibus per præceptionem reliquit ea quæ ex patrimonio viri sui Aretonis ei supererant. eiusque fideicommissum, haec eadem restituere pronepoti, cum erit annis sedecim, in quibus

^c Sans qui putens
verba filius meus
glossare esse, id quæ
ex Accuris scriptis
ad hanc locum lique-
re, fortasse in Acto
curiano Codice defi-
derabantur.
^d annis.

bus hæc verba adiecit. ITEM ROGO VTI RELIQVM
AES ALIENVM, QVOD EX BONIS ARETONIS
DEBETVR, OMNIBVS CREDITORIBVS EX RE-
DITIBVS EORVM BONORVM SOLVAS, REDDAS,
SATISQUE FACIAS. quæsitum est, an si probauerit he-
res non sufficere redditum bonorum ad totius debiti exsolu-
tionem, nihilo minus tamen ipse debet adgnoscere onus æris
alieni. respondit manifeste proponi, ex redditibus bonorū eorū
iussum æs alienum exsoluere, non de proprio.

*Quod de mutuo dictum est, pertinet ad omne æs alienum propter
voluntatem testatoris.*

Pater filio & filia heredibus institutis, cum singulis certa
prædia & Kalendaria prælegasset, ita cauit, A TE AVTEM
FILI CARISSIME PETO, QVE CVM QVE LEGA-
VI, PRAESTARI VOLO. ET SI QVID EVENERIT
AERIS ALIENI, SI QVOD IN TEMPUS PRO
MVTVO ACCEPERAM, ET DEBVERO, A TE
SOLVI VOLO: VT QVOD SORORI TVAE RELI-
QVI, INTEGRVM AD EAM PRETINEAT. quæsitum
est an quod ex quacumque causa debuit pater, à filio sit præ-
standum. respondit, posse filiam ex fideicommisso confequi
vt libaretur^a, quo magis integrum, quod testator dedisset, ad
eam peruenisset^b.

*Rei legate, quæ desit posse præstari post moram heredis, debetur
estimatio cum accessionibus.*

XXXV. IDEM libro septuaginta decimo Digesto- rum

*e Tribum enim, ut &
in libram dicabant,
diminutio in tribum
vel miliium a quo
decreta resipueatur. c.
7.11. & v. C. de pro-
x. sacri serua & Cen-
fli. novella. 57. & 91.
Vide quoque Ali-
lib. i parv. c. 16.*
P Atronus liberto statim tribum^c emi petierat. libertus diu
morā ab herede patroni passus est, & decedens heredē reli-
quit clarissimum virum. quasirum est, an tribus. æstimatione he-
redi eius debeatur. respondit deberi. Idem quæsitus an & com-
moda & principales liberalitates, quas libertus ex eadem tri-
bu vsq; in diem mortis suæ consecuturus fuisset, si ei ea tribus
secundum voluntatem patronis sui tunc comparata esset: an ve-
rò usuræ æstimationis heredi eius debeantur. respondi, quid-
quid ipse consecuturus esset, id ad heredem suum transimit-
tere.

Falsa demonstratio non nocet legato.

Sempronio ita legauit, SEMPRONIVS d SVMIT O
PRAEDIA EA OMNIA, QVAE SVNT VSQUE AD
PRAE DI V M QVOD VOCATVR GAAS, f FINIBVS
GALATIAE SUB CVRA VILICI^g PRIMI, ITA VT
HAE C. OMNIA INSTRVCTA SVNT. quæsitum est, cū
in eodem confinio prædiorum vnum sit præmium non^h Ga-
latiæ, sed Cappadocia finibus, sub cura tamen eiusdem vilici:
an

d Semproni
e mea
fin finibus
g villici

h in Galatia

an etiam id prædium cum cæteris ad Sempronium pertineat.
2 respondit, & hoc deberi. Libertis quos nominauerat, ita legauit, **FVN DVM TREBATICVM, QVI EST IN RE-**
GIONE ATELLATA^a: ITEM **FVN DVM SATRI-**
NVM^b, QVI EST IN REGIONE NIPHANA CVM
TABERNA DARI VOLO. quæsitum est, cum inter fundos,
quo Supra legauit, sit quidem fundus vocabulo Satrianus, in regione tamen Niphana nō sit: an ex causa fideicommissi libertis debeatur. respondit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana, & de eo sensisse testatorem certum sit, qui alibi esset: nō idcirco minus deberi, quia ^c in regione designanda lapsus esset.

Legato usu balnei videntur legata omnia necessaria
ad balneum.

3 Codicillis confirmatis ita cauit: **TIB VRTIBVS MYNI-**
CIPIBVS MEIS, AMANTISSIMIS QVE^d: SCITIS ^{quos scitis. sequere}
BALINEVM IULIANVM IVNCTVM DOMVI MEAE, ^{Fler. In alijs, quod}
ITAVT PUBLICE SVMPTV HEREDVM MEORVM ^{scitis balneum, &c.} legisur.
ET DILIGENTIA DECEM MENSIBVS TOTIVS
ANNI PRAEBEATVR GRATIS. quæsitum est, an &
 sumptus refectionibus necessarios heredes præstare debeant.
 respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri testatorē ^e & super
 super calefactionis & præbitionis onus, de his quoque sensisse, qui ad cottidianam tutelam pertineant, quibus balnea aut instruuntur, aut denique inter solitas cestationum vices parari purgarique, ut habiles ad laBandum fierent, fint solitae.

XXXVI. Apud **S C A E V O L A** libro octauodecimo
Digestorum **CLAVDIVS** notat

Nec fideicommissa ab intestato data debentur ab eo, cuius de inofficio testamento cōstitisset. quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse. ideoque nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia valet.

Qui mihi rem meam legat, frustà me onerat fidei-
commissio.

XXXVII. **S C A E V O L A** libro octauodecimo Dige-
storum[¶]

CVm quis decedens Seiæ matri fundum, qui proprius ma-
 tris erat, legauerat, ab ea petierat, vt eundem cum more- ^f ^{eo. Relata est Flor.}
 retur, Flauia Albinæ coniugi suæ restitueret. post mortem
 testatoris mater apud magistratum professa est, nihil se aduer-
 sus voluntatem filij sui facturam: paratam quæ se fundū Flas- ^{g esse fundum}
 uiæ Alvinæ tradere, si sibi annua bina præstarentur redditum
 nomine. sed neque possessionem tradidit, neque annua bina
 accepit. quæsitum est, an iure fundum alij vendere possit.
 respon-

respondit, si de legati iure fideique commissi quereretur: secundum ea quae proponerentur, nec valuisse quod matri suu legaVatur^a: neque onus fideicomisi processisse, si modò nihil præterea^b mater cepisset.

Ademptio legati.

^c Glauce Tychæ,
Elpi.ire
^d se restituturum.

^e non possit: sive
aliam sive de raha
negationem, eadē si
bentia remaneat.

^f ligeras

Qui testamento heredem scriperat, Maeuio ducenta legavit, & fidei eius commisit ut centum daret Glauce^c Tyche, Elpidi autem quinquaginta. postea Maeuius volenter testatore litteras emisit ad eas, secundum voluntatem testatoris^d restituturu. postea testator fecit codicillos, quibus & hoc præcepit, ut præter hos codicillos si quid aliud prolatum esset, no valeat. quæsum est, an Meuius qui ducenta accepit, quia mutauit voluntatem de ea epistula testator, à mulieribus conueniri ex causa fideicommissi^e possit. respondit, secundum ea quae proponuntur, frustra Maeuium conueniri, siue ducenta sive prædium pro his accepit. Seiam & Maeuium libertos suos æquis partibus heredes scripsit. Maeuio substituit Sempronium pupillum suum. deinde codicillos per fideicommissum confirmauit, quibus ita caBit: L V C I V S T I T I V S S E-
I A E H E R E D I S V A E , Q V A M P R O P A R T E D I M I D I A
I N S T I T U I , S A L V T E M . M A E V I V M L I B E R T V M M E-
V M , Q V E M I N T E S T A M E N T O P R O P A R T E D I M I-
D I A H E R E D E M I N S T I T U I , E A M P A R T E M H E-
R E D I T A T I S V E T O A C C I P E R E , C V I V S I N L O-
C V M P A R T E M V E E I V S P V B L I V M S E M P R O-
N I V M D O M I N V M M E V M H E R E D E M E S S E V O-
L O : & Maeuio, ad quem hereditatis portionem noluit peruenire, cum hoc elogio fideicommissum reliquit. M A E V I O
L I B E R T O M E O D E M E N I H I L M E R I T O D A R I
V O L O L A G Y N O S^f V I N I V E T V S T I C E N T V M
Q V I N Q V A G I N T A . quæsum est, cum voluntas testatoris haec fuerit, ut omnimodo perueniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum: an fideicommissum ex verbis superscriptis valere intellegatur. & à quo Sempronius petere pessit, cū ad certam personam codicillo Scripserit. respondit, posse fideicommissum à Maeuio peti.

*Donatario obligato potest imponi onus fideicommissi,
tanquam debitori.*

Pater emancipato filio bona sua vniuersa exceptis duobus serBis non mortis causa donauit, & stipulatus est à filio in hæc verba: Q V A E T I U I M A N C I P I A , Q V A E Q V E P R A E-
D I A D O N A T I O N I S C A V S A T R A D I D I , C E S S I ,
P E R T E N I C I P I A D O L O V E L M A L O , N E Q V E
P E R E V M A D Q V E M E A R E S P E R T I N E B I T , Q V O
M I N V S

MINVS EA MANSPIA, QVAE QVE EX HIS AD-
GNATA ERVNT, EAQVE PRAEDIA CVM INSTRU-
MENTO, CVM EGO VOLAM, VEL CVM MORIE-
RIS, QVAE QVE EORVM EXSTABVNT, NEQVE
DOLO MALO AVT. BRAVDE FACTO VRE TVO,
EIVS QVE AD QVEM EA RES PERTINEBIT, ^{a itala} IN
RERVM NATVRA, AVT IN POTESTATE ESSERE
DESISSENT: SI VIVAM, MIHI, AVT CV I EGO VOLAM,
REDDANTVR, RESTITVANTVR. STIPVLAT-
TVS EST LVCIVS TITIVS PATER, SPOPONDIT
LVCIVS TITIVS FILIVS. Idem paterdecedens, epistu-
lam fideicommissariam ad filium suum scripsit in hæc verba:
LVCIO TITIO FILIO SVO SALVTEM. CERTVS
DE TVA PIETATE FIDEI TVAE COMMITTO, VT
IDES PRAESTES ILLI ET ILLI CERTAM PECV-
NIAM. ET LVCRIONEM ^b SERVVM MEVM LIBE-
RVM ESSE VOLO. quæsum est, cū filius patris nec bonorum possessionem acceperit, nec ei heres exstiterit: an ex epistula fideicomissa & libertatem præstare debeat. respōdit, et si neque hereditatem adisset, neque bonorum possessionem petit, & nihil ex hereditate possideret: tamen nihil ^c minus & ex stipulatu ab heredibus patris, & fideicomisso ab his quorum interest, quasi debitorem conueniri posse. maximè post constitutionem Diui Pii, quæ hoc induxit.

*Qui stipulatur dorem sibi reddi mandato mulieris, potest
onera fideicomisso.*

- 4 Nuptura, duobus filiis suis quo ex priore marito habe-
bat, mandauit vt viginti, quæ doti dabat, stipularentur in om-
nem casum quo solui posset matrimonium. vt etiam alterutri
ex his tota dos soluatur. constante matrimonio uno ex filiis
mortuo, vxor per epistulam petit à superstite filio, vti quan-
doque partem dimidiam dumtaxat dotis exigeret, & ea con-
tentus erit^d. alteram autem partem apud maritum eius rema-
nere concedat. quæsum est, postea in matrimonio muliere
defuncta, an maritus, si de tota dote conueniatur à filio, dol-
mali exceptione se tueri possit. & an vltro ^e ex causa fideicom-
missi actio ei competit, vt de parte obligationis accepto ei fer-
ratur. respondit, & exceptionem vtilem fore, & vltro ex fidei-
comisso peti posse. Idem querit, an de reliqua dimidia par-
te mandati actio vtilis sit heredibus mulieris aduersus filium
eius. respondit, secundū ea quæ proponerentur, maximè post
litteras ad filium scriptas, non fore vtilem. Claudius: quoniā
in his expressit, vt contentus esset partis ^f dimidiae dotis, qui-
bus verbis satis fideicommissum filio relinqui placuit.

^b Lustriacum.

^c nihilominus

^d eat.

^e ultra, id est, infra-
per: pereft tunc ac-
cipi vltro, ut in leg.
de condic. cauda, si-
pria, quod qui, non
ridernus, muserunt
vltro in vltro.

^f parte dimidia.

Con..

Confessio debiti facta in testamento, si testator iuravit vel iurasse se dicit, probationem inducit.

• Alc.Lib.4. diffus. cap.12.

b παρὰ καταθή-
κην τὴν δύνα-
εις ἀποδῶ: καὶ γί-
γνεται

d habeant,

e credendum esse
scripturæ.

f in negotiis

g Alc.Lib. 2.
gratianiss.

Codicillis⁵ ita scripsit, ΒΟΥΛΑΟΜΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΥΠΟ-
ΤΕΤΑΓΜΕΝΑ ΚΥΡΙΑ ΕΙΝΑΙ. ΜΑΣΙΜΩ ΤΩ ΚΥ-
ΡΙΩ ΜΟΥ ΔΗΝΑΡΙΑ ΜΥΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΙΣΧΙΑΙΑ, Α-
ΤΙΝΑ ΕΛΛΑΒΩΝ ΠΑΡΑΚΑΤΑΘΗΚΗΝ^b ΠΑΡΑ ΤΟΥ
ΘΕΙΟΥ ΑΥΤΟΥ ΙΟΥΔΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ, ΙΝΑ ΑΥΤΩ
ΑΝΔΡΩΘΕΝΤΙ ΑΠΟΔΩΣΩ^c: ΑΓΙΝΟΝΤΑΙ ΣΥΝ-
ΤΟΚΩ ΤΡΙΣ ΜΥΡΙΑ, ΑΠΟΔΟΘΗΝΑΙ ΑΥΤΩ ΒΟΥ-
ΛΑΟΜΑΙ. ΟΥΤΩ ΓΑΡ ΤΩ ΘΕΙΩ, ΑΥΤΟΥ ΩΜΟΣΑ.
quæsitum est, an ad depositam pecuniam pétendam sufficient
verba codicillorum, cuim hanc solam nec aliam ullam proba-
tionem habeat^d. respondi, ex his quæ proponerentur, scilicet
cum iusurandum dedisse super hoc testator adfirmāuit, cre-
denda^e est scriptura.

Confessio facta in fraudem legis non valeat.

Titia honestissima femina cum^f negotiis suis opera Calli- 6
machis semper vteretur, qui ex testamento capere nō poterat,
testamēto facto manū sua ita cauit: ΤΙΤΙΑ^g ΔΙΕΘΕΜΗΝ
ΚΑΙ ΒΟΥΛΑΟΜΑΙ ΔΟΘΗΝΑΙ ΚΑΛΛΙΜΑΧΩ ΜΙΣ-
ΘΟΥ ΧΑΡΙΝ ΔΗΝΑΡΙΑ ΜΥΡΙΑ. quæro an hec pecunia
ex causa mercedis ab heredibus Titiae exigi possit. respondi,
non idcirco quodd scriptum est, exigi posse in fraudē legis reli-
ctum.

*Dictio, siue, non inducit restrictionem: simile de
dictione, seu.*

h suas omnes

Ex his verbis testamēti, OMNIBVS QVOS QVASVE 7
MANVMISI MANVMISERAM SIVE HIS TABU-
LLIS SIVE QVIBVS CVMQVE ALIIS, FILIOS FI-
LIASVE SYOS^h OMNES CONCEDI VOLO: quæsi-
tum est, an his quos viuus manumisisset, debeatur filij respon-
dit, his quoque, quos quásve ante testamentum factum ma-
numisisset, filios filiásve ex causa fideicomissi præstari opor-
tere.

Alienatio prohibita.

xxxviii. IDEM || libro nonodecimo Dige-
storū^l

i instituerat, &

Pater filium heredemⁱ prædia alienare seu pignori ponere
prohibuerat: sed conferuari liberis ex iustis nuptiis, & ce-
teris cognatis fideicomiserat. filius prædia, quæ pater obli-
gata reliquerat, dimisso hereditario creditore nummis noui
creditoris, à priore in sequentū creditorē pignoris hypotheca
né nomine transtulit. quæsitum est, an pignus rectè cōtra-
ctum esset. respondit, secundum ea quæ proponerentur, rectè
contractum. Idem quæsiti, cum filius prædia hæreditaria, vt
dimit-

dimitteret hereditarios creditores, distraxisset: an emptores, qui fideicommissum ignorauerūt; bene emerint. respondi, se-
 cundum ea quæ proponerentur, rectè contractum, si non erat
 1 aliud in hereditate vnde debitum exsoluisse^a. Duobus^b li-
 bertis Sticho & Erote heredibus institutis ita cauit, FVN-
 DVM CORNELIANVM DE NOMINE MEORVM C
 EXIRE VETO. virus ex heredibus Stichus ancillam^c Are-
 scusam testamento liberam esse iussit, eiisque^d partem suā fundi
 legauit. quero an Eros & ceteri conliberti Stichi ex causa fi-
 deicōmissie eius fundi partē ab herede Stichi petere possint.
 2 respondit, non contineri. Filiam suā heredem scripserat, &
 ita cauerat, VETO AVTEM AEDIFICIVM DE NO-
 MINĒ MEO EXIRE: SED AD VERNAS MEO^e,
 QVOS HOC TESTAMENTO NOMINAVI, PERTI-
 NERE VOLO. quæsitum est, defuncta herede & legatariis
 vernis, an ad ynum libertum qui remansit, totum fideicom-
 missum pertineret. respondit, ad eum qui ex vernis superesset,
 secundum ea quæ proponerentur, virilem partem pertinere.
 3 Fundum^f à filio, quoad vixerit, vetuit venūdari, donari, pi-
 gnerari, & hēc verba adiecit: QVOD SI ADVERSUS VO-
 LVN-^g TEM: MEAM FACERE VOLVERIT, FVN-
 DVM TITIANVM AD FISCVUM PERTINERE. ITA
 ENIM FIET, VT FVNDS TITIANVS DE NOMI-
 NE VESTR^g NVM QVAM EXEAT. queſitū est, cū viuus
 filius eum fundū secundum voluntatem patris retinuerit: an
 defuncto eo, non ad heredes scriptos à filio, sed ad eos qui de
 familia sunt pertineat. respondit, hoc ex voluntate defuncti
 colligi posse, filiū quoad viBeret, alienare vel pignorare non
 posse. testamenti autem factiōnē & in eo fundo in extra-
 4 neos etiam heredes habiturum. Iulius Agrippa primipila-
 ris testamento suo cauit, ne vlo modo reliquias eius, & pre-
 dium suburbanum, aut domum maiorem heres eius pigne-
 raret^h, aut vlo modo alienaret. filia eius heres scripta heredēⁱ pignoraret;
 reliquit filiā suā neptem primipilaris, que easdem res diu pos-
 sedit, & decadens extraneos instituit heredes. queſitū est, an
 ea prædia extraneus heres haberet: an vero ad Iuliā dominā^j, i dominā
 que habuit patruū maiorem Iulium Agrippam, pertinet. k effici
 respondi, cum hoc pudū præceptum est^k: nihil proponi con-
 tra voluntatem defuncti factum, quo minus ad heredes per-
 tinerent. Quindecim libertis quos nomina Berat prædiolum
 cum taberna legauerat, & adiecerat hæc verba: si ui*q* ve
 EOS HABERE POSSIDERE VOLO EA LEGE ET
 CONDI^lONE, NE QVIS FORVM PARTEM SVAM
 VENDERE, DONARE VE, ALIVD VE QVID FACE-
 RE ALII VELIT. QVOD SI ADVERSUS EA QVID

^a exoluaret.^b Contingit l. 107.^c de condicione demiss.^d meo^e (scilicet Areſcu-^f sam)^g eidemque^h eidemque

FACTVM ERIT, TUNC EAS PORTIONES PRAE-DIVM V CVM TABERNA AD REMPVBLICAM TVSCVLANOVM PERTINERE VOLO. quidam ex his libertis vendiderunt partes suas duobus conlibertis suis ex eodem corpore. emptores autem defuncti Gaium Seium extraneum heredem reliquerunt. quæsitum est, partes quæ ve-nierunt, vtrum ad Gaium Seium, an ad superstites colli-Ver-tos suos, qui partes suas non vendiderunt, pertinerent. re-spondit, secundum ea quæ proponerentur, ad Gaium Seium pertinere. Idem quæsitus, an partes venditæ ad rempublicam Tusculanorum pertinerent. respondi, non pertinere. Clau-dius: quia non possidentis persona; qui nunc extraneus est, re-spicienda est: sed emptorum, quis secundum voluntatē defunctæ ex illis fuerunt, quibus permiserat testatrix veniūdari. nec condicio existit dati fideicommissiⁱ Tusculanis.

a republice Tu-sculanorum

b Tusculanus fi-dei eius, cui duo milia solidorum legaverat, commi-
lit in hæc verba.
c huius

d pater
e adiecerat:

f caueant.

Fideicommissum deficiens remanet penes legatarium.

Fidei^b commissit eius, cui duo milia legavit, in hæc verba: 6
A TE PETRONI PETO, VTI EA DVO MILIA SOLIDORVM REDDAS COLLEGIO CVIVS DAMCTEM PLI. quæsitum est, cum id collegium postea dissolutum sit, vtrum legatum ad Petronium pertineat: an vero apud here-dem remanere debeat. respondit Petroniū iure petere. vtique si per eum non stetit, parere defuncti voluntati.

Quibus verbis fideicommissum relinquatur.

Mater^d filios heredes scriperat, & adiecit: PRAEDIA 7
QVAE AD EOS EX BONIS MEIS PERVENTURA SVNT, NVLLA EX CAUSA ABALIENT, SED CONSERVENT SVCCESIONI SVAE, DE QVÆ EA RE INVICEM SIUI CAVERENT^f. ex his verbis quæsitum est, an prædia per fideicommissum relicta videantur. respondit, nihil de fideicommisso proponi. Ex parte di-
vidia heredi instituto per præceptionem fundum legavit, & abeo ita petit: PETO VTI VELIS COHEREDEM TIBI RECIPERE IN FVNDO FVLIANO MEO, QVEM HOC AMPLIVS TE PRAECIPERE IVSSI, CLODIVM VERVM NEPOTEM MEVM COGNATVM TUVVM. quæsitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeatur. respondit deberi.

XXXVIII. IDEM libro vicesimo Digestorum^g

PAMPHILO LIBERTO HOC AMPLIVS QVAM CODICILLIS RELIQVI, DARI VOLO CEN-TVM. ^h SCIO OMNIA, QVAE TIUI PAMPHILE RELINQVO, AD FILIOS MEOS PERVENTURA: CVM AFFECTIONEM TVAM CIRCA EOS BENE PERSPECTAM HABEO^h. quero, an verbis suprascri-
ptis

g & scio

h habem.

ptis Pamphili^a fidei commisit, ut post mortem filii defuncti a Pamphilo centum restituat. respondit, secundum ea quæ proponeretur, sion videri quidem, quantum ad verba testatoris pertinet, fidei commissum Pamphili^b, vt centum restitueret. sed cum sen^b Pamphilo, tentiam defuncti à liberto decipi satis inhumanum est, centum ei reliquias^c filiis testatoris debere restitui. quia in simili c relida specie & Imperator noster Diuus Marcus hoc constituit.

Propositum est, non habentem liberos nec cognatos in discrimine viræ constitutum per infirmitatem, arcensitis^d amicis, Gaio Seio contubernali dixisse, quod vellet ei relinquere prædia quæ nominasset; eaque dicta in testationem Galium Seium redigisse, etiam ipso testatore interrogato an ea dixisset, & responso eius tali M A L I X T A^e inserto. quæsitum est, ab aliis prædia quæ destinata essent, ex causa fideicommissi ad Galium Seium pertinerent. respondit super hoc nec dubitandum esse, quin fideicommissum valet.

Reuocato legato videtur reuocatum onus legato appositum.

2 Duas filias æquis ex partibus heredes fecerat: alteri fundū prælegauerat, & ab ea petierat ut sorori suæ viginti daret. ab eadem filia petit, ut partem dimidiam fundi eidem sorori restitueret. quæsitum est, an yiginti præstari non deberent. respondi non esse præstanda.

Granatus præstare fideicommissum, tenetur ad illud in solidum: licet tam ipse quam alius cum eo succedat defuncto, alio iure quam defunctus crederet: sed in eadem portione.

x l. i d e m libro vicefimo primo Digestorum!

P Olt emancipationem patris suscepta, à patruo ut legitimo herede petierat, ut partem hereditatis a Bunculo suo daret, & agros duos. ad utrumque autem ut proximum cognatum successio eius pertinuit per bonorum possessionem. quæsitum est, cum in parte hereditatis fideicommissum non constiterit, quam suo iure per bonorum possessionem a Bunculus habiturus est: an nihilo minus in partem agrorum g parte consistat, ut Titius partes agrorum duas, id est unam quam suo iure per bonorum possessionem habeat, alteram vero partem ex causa fideicommissi petere debeat. respondit posse petere. Idem quæsitus, si ab eodem patruo fideicommissum^h aliis quoque dederit: utrum in solidum, an vero pro parte abeo præstanda sint. respondit, in solidum præstari. Seiam ex dodrante, Maeium ex quadrante instituit heredes. fidei Seiæ commisit in hac verba. A TE PETO, TVAE-
QUE FIDEI COMMITTO, k QVID QVID EX HE- k ut quicquid
REDITATE MEA AD TE PERVENERIT, RESTI-
TVAS FILIO TWO RETENTIS TIBI HORTIS
ME i.s. quæsitum est, cum generali capite fideicommississet;

§ r ij

quisquis

e r ei cùm verd di-
gio, pàdscia, omni-
no & aperte affir-
mativa non sit, que-
sitione causam dedit,
cuius rei ignoratio ne
surpiter hic hystor-
iis Lafon ad l'servio
supradicte loc. Ad.
l.3. cap. 4.

a prestaret quod- quisquis heres esset de omnibus ut praestarent quod cuique legasset, præstari fieri cū iussisset: an cum dōdrantem hereditatis restituerit, hortos in assēm vindicare Seia^b debet. respondit, etiam coheredis fidei commissum videri, ut quadrantem quem in his hortis haberet Seia redderet.

Interpretatio voluntatis.

XLI. IDEM libro vicesimo secundo Digestorum! **V**XOREM & filium communem heredes instituit, & vxoris fidei commisit in haec verba: PETO A TE DOMINA VXOR, NE EX FVNDO TITIANO PARTEM TIBI VINDICES, CVM SCIAS ME VNIVERSAM EMPTIONEM EIVS FVNDI FECISSE: SED BENEFICIO AFFECTIONIS ET PIETATIS QVAM TIBI DEBVI, EANDEM EMPTIONEM, CVN NVM MIS MEIS COMPARASSEM, TECVM COMMUNICASSE. quæstum est, an eum fundum in solidum tilijs esse voluerit. respondit, eum de quo quereretur, perinde ratione in fundo haberi voluisse, ac si vniuersus hereditarius esset: ut pro dimidia parte & vxor & filius agrum ut hereditarium habeant.

*Non est verisimile testatorem grauare heredem
voluisse duplii præstatione.*

In testamento ita scriptum fuit, DOMVM MEAM CVM HORTO APPLICITO LIBERTIS MEIS CONCEDI VOLO. & alio capite, FORTVNIO LIBERTO MEO EX DOMV MEA QVAM LIBERTIS^c DEDI, DIAETAM IN QVA HABITABAM, ITEM CELLARIVM IVNCTVM EIDEM DIAETA AB HEREDE MEO CONCEDI VOLO. quæstum est, an heres testatoris oneratus videatur in præstanto legato Fortunio, quamvis^d domus vniuersa libertis sit prelegata. respondit, non esse oneratum.

Coniectura voluntatis.

Codicillis confirmatis ita cauit, OMNIBVS AVTEM LIBERTIS MEIS, ET QVOS VIVVS ET QVOS HIS CODICILLIS MANVMISI, VEL POSTEA MANVMISERO: CONTUBERNALES SVAS ITEM FILIOS FILIAS LEGO, NISI SI QVOS QVAS VAD VXOREM MEAM TESTAMENTO PERTINERE VOLVI, VEL EI NOMINATIM LEGAVI, LEGAVERO. idem postea petiit ad heredibus suis, ut regionem Umbriæ, Tusciæ, Piceno^e coheredes^f vxori suæ restituerent cum omnibus quæ ibi erunt, & mancipiis rusticis vel urbanis, & a toribus, exceptis manuterris. quæstum est cum Eros & Stichus frui in dien: vita testatoris in Umbria in

c libertis meis

d cum

e postea epistola
f in Piceno
g cohæredi

in Piceno astum administraverint, sint autem Damæ, quem testator viuis manumiserat, filij naturales: utrum eidem Damæ ex verbis codicilli ab heredibus præstandi sint: an verò ad Seiam uxorem ex verbis epistulae pertineant. respondit, ex codicillis ad patrem eos naturalem pietatis intuitu pertinere.

Generi perspeciem derogatur.

3 Felicissimo & Felicissimæ, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legauit cum casa. & alio capite Titio filio, quem ex parte quarta heredem scripsérat, prælegauerat in hæc verba, **TITI FILI HOC AMPLIUS DE MEDIO SVMITO LEGATA MEA, QVAE MIHI TAM PATER TVVS PRAESENS, QVAM COELIVS^a IVSTVS^a Clælius FRATER PATRIS RELIQVERVNT.** quæstum est, cum fundus Gargilianus testitrici à marito eius, id est à patre Titij filij legatus sit^b, cui fundus ex causa fideicommissi debeat: utrum Titio filio tantum, an Felicissimo & Felicissimæ, an tribus. respondit, non esse verisimile eam quæ nihil aliud Felicissimo & Felicissimæ, nisi hæc quæspecialiter, legauit: ad filium, cui & hereditatis suæ partem reliquit, legatum generali sermone transferre voluisse.

Verba referuntur ad tempus testamenti.

4 Testamento pueros ita legauerat, **PUBLIO MAEVIO DOMINVLO MEO AB HEREDIBVS MEIS DARI VOLO PVEROS QVINQVE EX MEIS, DVMTAXAT INTRA ANNOS SEPTEM.** post annos complures quā in fecit testamentum, moritur. quæstum est, cuius ætatis Maevio mancipia debeat: utrumque mortis tempore intra septem annos fuerūt, an quæ mortis tempore intra eam ætatem inueniantur. respondit, eam videri aetate in designatam, quæ esset, cum à testatore relinquentur^d.

Filiorum appellatione continentur nepotes.

5 Concubinæ inter cetera his verbis legauerat, **FVN DVM IN APPIA CVM VILICO SVO ET CONIVBERNALIE^e EIVS ET FILIIS DARI VOLO.** quæstum est, an nepotes quoque vilici, & contubernialis eius testator ad concubinam pertinere Boluit. Respondit, nihil proponi cur non deberentur.

Interpretatio verborum.

6 Legauerat per fideicommissum Maevius ita, **ET QVID IN PATRIA GADIBVS POSSIDEO.** quæstum est, an si quam suburbanam adiacente in possessionem haberet, hæc quoque ex causa fideicommissi Maeviis debeat: respondit, posse ad hanc quoque verborum significationem extendi. Item quæstum est, calendarij, quod in patria sua vel intra

b & ita Titio quoque filio legatus videatur.

c Semper enim species generi derogat, & legatum speciale derivatis generis: non id est, cum unius seruum, a testamento seruorum legatur: hic enim opere possit que nuncque voluntarie, etiam cum qui aeterni nominis est legatus, si donata supra legatum.

d relinquetur.

e Augub. 3. em. 1. c. 2. ubi dicit quoque legendum est super codicillis contuberniales suis. non contuberniales suos.

fines eius defunctus exercuit, instrumenta in domo, quam in patria sua habebat, reliquit. an id quoque Kalendarii proprii verba supra scripta Mæuliis ex causa fideicommissi debetur. respondit, non deberi. Item quæsitum est, an pecunia quæ in arca domini Gadibus inueta esset; vel ex diueris nominibus exacta, & ibi deposita: ex fideicommissio debeatur. respondit, supra responsum.

Ex legatorenato, vel cui renuntiatum est, nihil petitur.

Testamento, quo filium & vxorem heredes instituerat, 7
filiae per fideicommissum centum, cum in familia nuberet, legauit; & adiecit ita. **FIDEI TVAE FILIA COMMITTO**, VT SVM^a IN FAMILIA NVBAS, ET QVOTIENS CVMQUE NVBES, PATIARIS EX DOTE TVA QVAM DABIS, PARTEM DIMIDIAM STIPVLARI FRATREM TVVM ET SEIAM MATREM TVAM PRO PARTIBVS DIMIDIIS DARI SIBI, SI IN MATRIMONIO RIVS, CVI NVBES, SIVE DIVORTIO FACTO, PRIVS QVAM DOS TVARE DATVR EOVE NOMINE SATISFACTVM ERIT, MORIERIS NVLLO FILIO FILIAVE EX EO RELICTO. pater virginem filiam nuptum collocavit, eiusque nomine dotem dedit: & post diuortium eandem recepit, & alij in matrimonium cum dote dedit, & stipulatus est ea dotem sibi aut filiae suæ reddi. maneat filia in matrimonio secundo mortuus est eodem testamento relicto. eiisque heredes extiterunt filius & vxor. postea marito defuncto puella dote recepta nupsit alij praesentibus & consentientibus fratre & matre, quæ^b etiam dotem eius auxit. & neuter eorum stipulati sunt dotem. mox matrī filius & filia heredes ex fliterunt, deinde in matrimonio filia decessit marito herede relicto: quæsitum est, cū puella non ex causa legati pecuniam in dote ab heredibus patris acceperat, sed mortuo secundo marito matrifamilias facta dotem recipera. Berat: an heres eius ex causa fideicommissi fratri defunctæ teneatur in ea pecuniam, quæ percipere posset, si dotem stipulatus esset. respondit, secundū ea quæ proponerentur, non teneri.

Nemo cogitur adoptare ex causa fideicommissi.

Eius heres, vel legatarius rogatus est ut quedam adoptet, 8
his verbis adiectis, si ALIAS^d FECERIT, EX HERES ESTO, vel PER DAT^e LEGATVM. quæsitum est, si non adoptauerit, an ei qui adoptatus non est actio quedam ex fideicommissio competit. respondit fideicommissum, quo quis rogatur ut adoptet, ratum non esse.

De facto quod divisionem recipit.

AGRI PLAGAM, QVAK EST IN REGIONE^g 9
ILLA^f

a cui

b quæ &

e defuncta

d si aliter
e perdito

ILLA, MAEVIIS PYELIU ET CAIO TRANSCRI-
UI VOLO, PRETIO FACTO VIRI UONI ARBI-
TRATV, ET HEREDITATI ILLATO, DVPLAE
EVICTIOME EXPROMISSA RELIQVIS HERE-
DIBVS, ITA VT SVB POENA CENTVM PRQMIT-
TANT EAM AGRI PLAGAM, PARTEMVE EIVS
AD SEIAM POSTEROSVE EIVS NON PERVEN-
TVRAM QVAQVA RATIONE. quæsitum est an legatum
valeat, cum Publius emere velit, Gaius nolit. respondit, eum,
qui fideicommissum præstari si Vivelit, posse partem dimi-
diām eius agri qui legatus est petere, quamuis alter persequi^a
nolit. Item quæsitum est, cautio quæ interponi debeat secun-
dum voluntatem, pro quota parte cuique heredum præstan-
da sit, respondit, pro ea portione quæ ex fideicommisso præ-
statur.

Partus rei legate.

- 10 Sorori legauit homines quos nominauit testamento, eiūs-
que fidei commisit, vt eadem mancipia filiis suis cum obiret
restitueret. quæsitum est, adgnata ex his an defuncti filij^b he-
reditibus restituēda sint post mortem legatariae, an remaneant
ad heredes eius. respondit, ea^c quæ postea adgnata es^dunt, + apud
verbis fideicommissi non continerēt.

Pater debitor filie quo animo dotem ei det, videndum est.

- 11 Pater naturalis filie suæ ex testamento mariti eius fidei-
commissi debitor, cum ea mulier alij nuberet, non mandatu
mulieris dotem marito eius dedit, & sibi reddi eam stipulatus
est, si sine liberis filia moreretur. mulier filiam suscepit. quæsi-
tum est an fideicommissum à patre exigere possit. respondit,
si nec ratam habuisset dotem datam, supereesse fideicommissi
petitionem. Idem^e quæsijt, an si pater accepto facere stipula-
tionem velit, mulieri persecutio fideicommissorum denegan-
da sit. respondit, supra responsum. eumque patrem, de quo
quareretur, si ita dedisset ut mulier ratum haberet, posse con-
dicere.

Restitutio fideicommissi facta ante diem, alij
non praividicat.

- 12 Seium^f maritum scripsit heredem, eiique substituit Appiam. e Seia Seiu
alumna^g, fideiq; heredis commisit, vt post mortem suam he-
reditatem eidem alumnae restitueret. aut si quid ante contigil-
set alumnae, tunc Valeriano fratri filio restitueret eandē here-
ditatem. quæsitum est, si Seius viuus, qui id quid ad eum ex he-
reditate peruenisset, alumnae restituisset: an secundum volun-
tatem defunctæ id fecisse videretur: præsertim cum hæc eidē^f f ex quæ substituta
substituta esset. respondit, si viuo Seio Appia decessisset: non
esse liberatum à fideicommisso Valeriano reliquo.

Rogatus restituere, cùm volet post mortem roga-
tus videtur.

Scauola respondit, cum heres scriptus rogatus esset, cum 13
esse compellendū volet, alij restituere hereditatem: interim non est^a compellen-
dus ad fideicommissum. Claudius: post mortem enim^b utique
creditur datum.

Fideicommissum statim praestandum.

Heredis scripti fidei commiserat, vt Seia vxori vniuersam 14
restitueret hereditatem. & vxoris fidei commisit in hęc verba:

A TE SEIA PETO, VT QVID QVID AD TE EX
HEREDITATE MEA PERVENERIT: EXCEPTIS
HIS^c SI QVA^b TIBI SVPRA LEGAVI, RELIQVM
OMNE REDDAS RESTITVAS MAEVIAE INFAN-
TI DVLCISSIMAE.^c A QVA SEIA SATIS EXIGI
VETO: CVM SCIAM, EAM POTIVS REM AVCTV-
RAM, QVAM DETRIMENTO FVTVRAM. quæ situm
est, an statim Maevia fideicommissum à Scia petere posse. re-
spondit, nihil proponi cur non possit.

*Is cui cura monumenti commititur, ad expensas in
solidum non tenetur.*

X L I I . I D E M libro trigesimo tertio Digestorum^d
Itius heredes instituit Seiam vxorem ex parte duodeci-
ma, Maeuiam ex reliquis partibus. & de montimento
quod sibi exstrui volebat, ita caBit: CORPVS M E V M
V X O R I M E A E V O L O T R A D I S E P E L I E N D V M I N
F V N D O I L L O, ET M O N V M E N T V M E X T R V I V S-
Q V E A D Q V A D R I G E N T O S A V R E O S. quero cum in
duodecima parte non amplius quam centum quinquaginta
aurei ex bonis mariti ad vxorem perueniant: an hac scriptura,
ab ea sola monumentum sibi testator exstrui voluerit. respon-
di, ab vtraque herede monumentum pro hereditariis portio-
nibus instruendum.

Arbitrium boni viri.

X L I I I . C E L S V S libro quintodecimo Digestorum^e
Si filiae pater dotem arbitratu tutorum dari iussisset, Tube-
stro perinde hoc habendum ait, ac si viri boni arbitratu lega-
tum fit. Labeo querit, quemadmodum apparet, quantam do-
tem cuiusque filiae boni viri arbitratu constitui oportet. ^f ait,
id non esse difficile ex dignitatē, ex facultatibus, ex numero
liberorum testamentum facientis estimare.

X L I I I I . P O M P O N I V S libro secundo ad Sabi-
num^g

Si fundus legatus sit cum his quæ ibi erunt: quæ ad tempus
Sibi sunt, non videtur legata. & ideo pecuniae quæ fæneran-
di causa ibi fuerunt, non sunt legatae.

Vxoris

d extreundum

e Coniungit. fiso-
cium. presatis.

f & ait,

g Huc periret. que
vobis supradictar. dor.

Vxoris causa paratum quid sit.

X L V . V L P I A N V S libro vicensimo secundo ad
Sabinum[¶]

HOC legatum vxoris causa parata generale est, & continet tam vestem quam argentum, aurum, ornamenti^a, ceteraque que vxoris gratia parantur. sed quae videtur deantur vxoris causa parari? Sabinus libris ad Vitellium ita scripsit: quod in vsu frequentissime versatur, ut in legatis vxoris adiciatur, quodd eius causa parata^b sint, hanc interpretationem optiminuit quod imagis vxoris causa^b, quam communis promiscuique viuis causa paratum foret. neque interesse visum est, ante ductam vxorem id patrifamilias parauisset, an postea. an etiam ex his rebus, quibus ipse vti soleret, vxori aliquid adsignauisset: dum id mulieris viibus propriè attributum esset.

X L V I . P A V L V S libro secundo ad Vitellium[¶]

EA^ctamen adiectione legatum alias exiguius alias plenius efficiat. augetur, cum sic scriptum est, QVAE QVE EIVS CAVSA PARATA SVNT. id enim significat, & si quid praeter ea que dicta sunt, eius causa paratum est. minuitur, detracta coniunctione^d: quia ex omnibus supra comprehensis easola definiuntur, quae eius causa parata sunt.

X L V I I . V L P I A N V S libro vicesimo secundo ad
Sabinum[¶]

SI quid earum rerum ante comparaBit, quam vxorem duxit, si id ei ut vteretur tradidit: perinde est, quasi postea parauisset. ex eo autem legato ea pertinent ad vxorem, quae eius causa empta, comparata^e, quaeque retenta sunt. in quibus etiam quam prioris vxoris, quaeque filiae, neptis, vel nurus fuerunt, continetur. Inter emptum & paratum quid interest, queritur. & responsum est, in empro paratum inesse. in parato non continuo emptum contineri. veluti si quis quam prioris vxoris causa emisset, posteriori vxori tradidisset, eas res eum posterioris vxoris causa parauisse, non emisse constat. ideoque quamuis maritus posterioris vxoris causa nihil emerit, tamen tradendo quae prior haberit^f, eius causa parata sunt: & si ei adsignata non sunt, legato cedunt. at quae prioris vxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur, si ei adsignata sint. quia non est ita de posteriore vxore cogitatum, cum compararentur^g.

^c Coniunctio. que fitur. B. S. cum viris infra. eo.
^d coniunctione QVE: quia
^e parata.
^f habuerit, eius causa parata videtur: que enim posterioris vxoris causa parata sunt, & si ei
^g parentur.

X L V I I I . P A V L V S libro quarto ad Sabinum[¶]

NAM ne id quidem quod traditum est, si postea ademptum sit, legato cedet.

X L V I I I I . V L P I A N V s libro vicesimo secundo ad
Sabinum!

I Tem legato continentur mancipia, puta lecticarij qui solam matrem familias portabant. item iumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones^a. item mancipia alia: puellæ fortassis, quas^b sibi comatas mulieres exornant. sed & si forte virilia ei quædam donauerit, quodammodo eius causa parata videbuntur. proinde & si quædam promiscui usus sint, solitus tamen fuerit ab ea quasi usum^c mutuari: dicendum erit, ipsius causa videri parata. Item interest, ipsius causa parata sint ei legata, an ipsius causa empta. paratis enim omnia continentur, quæ ipsius usibus fuerint destinata^d. empta vero ea sola, quæ propter eam empta fecit maritus. unde non continebuntur emptis solis legatis, quæ alia ratione paterfamilias adquisita ei destinauit. utroque autem legato, continebuntur & quæ maritus emi mandauerat, vel quæ emerat, necdum autem ei designauerat, adsignaturus si viuisset^e. Parui autem refert, uxori, an concubinae quis leget quæ eius causa empta parata sunt: sanè enim nisi dignitate nihil interest. Si uxori aurum quod eius causa paratum est legatum sit, & postea sit conflatum, materia tamen maneat: ea ei debetur. sed ut legatum valeat, mortis tempore uxorem esse debere Proculus scripsit: & verum est. separatio enim dissoluit legatum. Hoc legatum & filio & filiae relinqui potest QVAE EIVS GRATIA PARATA SVNT: & seruo seruaequa. & continebuntur quæ ipsi sunt adtributa vel destinata.

Interpretatio verborum.

L. IDEM libro vicesimo tertio ad Sabinum!

CVm filiofamilias ita legatur, cum sis in tutelam svam pervenierit: pubertatis tempus significatur. & sanè si impuberi filiofamilias legatum sit, plerumque sentiendum est quod Sabinus ait, ut non & paterfamilias fiat: sed ut pubes. ceterum si mater, quæ suspestat habuit mariti à quo diuorcerat vitam, filio suo quamvis impuberi leget: non videtur sensisse de eo tempore quo pubes^k est: sed^l eo quo & pubes & paterfamilias est. nam & si pubes fuit, multo magis dicemus de patrefamilias eam sensisse. ac *si* dixisset, IN SVAM TUTELAM ET INSVAM POTESTATEM. Quod si quis patrifamilias impuberi leget, cum suæ tutelæ sit: de pubertate sensit, interdum & devigintiquinque annis, si mens testantis appareat. nam si iam^m puberi, minori tamen vigintiquinq; annis legauit: procul duvio anni vigintiquinque erunt præstituti. Item si furioso vel prodigo vel ei cui prætor ex causa curatorem dedit, ita sit legatum: puto & de eo sensum casu quo curæⁿ & tutelæ liberetur.

Ex

a Burdones sunt, qui uxores & affines gigantur.
b quæ scilicet comitant mulieres, & exornant alij legant comatus.
c usum

d designata. emptis
vero
e eius fecit

f tamen
g vixisset.
h tutelam
i parative

k imubes
l de co quo

mita

q cura & tutela liberentur.

Ex his & huiusmodi appareat voluntatis quæstionem Sabinum interpretatum. & vtique non dubitaret, si puberi, & multo magis majori vigintiquinque annis ita sit legatum: de sua potestate testatorem sensisse. sic autem hæc scriptura variæ est, & voluntatis habet quæstionem: vt^a illa quoque, si ^ave & illa quis ita scriperit, CVM SVI IVRIS FVERIT FACTVS. nam aliter alias accipiatur. & plerumque potestatis^b libera- b potestas tionem continet, plerumque pubertatem, vel vicesimumquinto annum. ego quidem & si quis iam puberi, minori tamen vigintiquinque annis sic legauerit, CVM AD PVBERTATEM PERBENERIT: puto de^cætate cum sensisse, quæ ca- c deea- zet in integrum restitutione. Idem^d & si quis CVM SVAS ditem & si AETATIS FVERIT FACTVS, *vel LEGITIMAE AETATIS*: utrum de pubertate, an de vigintiquinq; annis sen- sum^e sit, disputari de voluntate potest. non minus quam si ita adscriperit^f, CVM IVSTAE AETATIS SIT FA- e scriperit, CTVS, vel CVM MATVRAE AETATIS^g, vel CVM AD O- f sit, vel LEVERIT.

L I. PAVLVs libro quarto ad Sabinum

Si filiæfamilias ita legatum sit, CVM IN TUTELAM SVAM PERVENERIT: tunc debetur, cum viripotens facta fuerit.

De libris legatis.

L II. VLPIANVSs libro vicesimo quarto ad Sabinum

Librorum appellatione continentur omnia volumina: siue in charta, siue in membrana sint, siue in quavis alia mate- ria. sed & si in philyra, aut in tilia, vt nonnulli conficiunt, aut in quo alio corio: idem erit dicendum. quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam e oreis, vel alterius materiæ, vel in ceratis codicillis: an debeantur videamus. & Gaius Cassius scribit deberi & membranas libris legatis. con sequenter igitur cetera quoque debebuntur, si non aduersatur voluntas testatoris. Si cui centum libri sint legati, centum volumina ei dabimus. non centum quæ quis ingenio suo mé- titus est. Qui^h ad libri scripturam sufficerent, vtputa cum ha- beret Homerum totum in uno volumine, non quadraginta oⁱto libros computamus. sed vñū^j Homeri volumē pro libro accipiendo est. Si Homeri corpus sit legatum, & nō sit plen- num: quantæcumque partes^k hodie inueniantur, debentur.

3 Libris autem legatis bibliothecas non contineri Sabinus scribit. idem & Cassius. ait enim membranas, quæ scriptæ sint, contineri^l. deinde adiecit neq; armaria neque scrinia ne- **4** que cetera, in quibus libri conduntur, deberi. Quod tamen Cassius de membranis^m puris scriptis, verum est. nam nec chartæ puræⁿ debentur libris legatis; nec chartis legatis libri debe

g In huc loco Alex-
ab Alex. lib. 2. Ge-
niadic. cap. 30.

h quæ magis ad
libri

i uniuersum
k Rhapsodiz. Ita re-
rd vocantur singuli
Homeri libri. Ita & r̄s
pōwteri ḡ & dñ.

l Ita autem hanc locū
emendat August. libo
4. mend. ca. 2. dis-
citor autem est Fluo.
l contineri legatis
libris.
m non pura.

debebuntur. nisi fortè & hic nos vrsur voluntas. vtputa si quis fortè chartas sic reliquerit, C H A R T A S M E A S V N I-
V E R S A S , qui nihil aliud quām liros habebat, studiosus fuit
dioso. nemo enim dubitat libros deberi. nam & in vsl ple-
riquo libros chartas appellant. Quid ergo , si quis chartas le-
gauerit puras membranæ non continebuntur. neque ceteræ
ad scribendum materiae. sed nec coepti scribi libri. Vnde nō 5

malè queritur si libri legati sint, an contineantur nondum
perscripti. & non puto contineri. non magis quām vestis ap-

s nondum dete-
xtam. sed

b Id est, iam ligari,
& puniatis: qui fer-
ni libri malleatis

tur, an reguam cōsu-
rentur, id quod videt-

mo nostro tempore fer-
ri malleatis dicen-

tur. Quid sequitur
Col. m. lib. 1. ca. 19.

Neruissim. in lexico
Turcicul.

c quid

d significare biblio-
thecam,

e & alias

f membro domus

g Dell. Biblio ver-
bo viriur Plin. libri.

37. nat. histo. cap. 1. &

Mart. lib. 11. de grā-
ma. de Carino lo-
quens.

h omnino
i fulerū
k loculis

apellatione nondum ¹ detexta continetur. sed perscripti libri
nondum malleatis vel ornati continebuntur. proinde & non
dum conglutinati, vel emendati continebuntur. sed & mem-
branæ nondum consutæ continebuntur. Chartis legatis, 6

neque papyrus ad chartas paratum, neque chartæ nondum
perfectæ continebuntur. Sed si bibliothecam legauerit, v- 7

trum armarium solūm vel armaria ¹ continebuntur. an verò
libri quoque contineantur, queritur. & eleganter Nerua ait,

int. resse ¹ id quod testator senserit. nam & locutum significari ⁴
bibliothecam eo, ¹ alias armarium, ¹ sicuti dicimus ebor. am
bibliothecam emit: ¹ alias libros, ¹ sicuti dicimus bibliothecam
emisse. ¹ Quod igitur scribit Sabinus , libros bibliothecam nō

sequi, non per omnia verum est. nam interdum armaria quo-
que debentur quæ plerique bibliothecas appellant. Planè si

mihi proponas adhærentia esse mēbrof armaria, vel ad Vixa:

fine dubio nō debebūtur, cum ædificij portio sint. Quod 8

in bibliotheca tractauimus , idem Pomponius libro sexto ex

Sabino in dactyliotheca ¹ legata tractat. & ait anulos quoque
contineri , non solūm thecam quæ anulorum causa parata

fit. hoc autem ex eo conjectat, quod ita proponitur quis le-

gasse , D A C T U L I O T H E C A M E A M , E T S I Q V O S

P R A E T E R A A N V L O S H A B E O . & ita Labeonem

quoq; existimasse ait. Sunt tamē quædam, quæ omnimo- 9

do ¹ legatum sequuntur. vt lectum legatum contineat & ful-

cta. ¹ & armariis & IVculis ¹ claustra & claves cedunt.

L I V I L . P A V L V S libro quarto ad Sabinum ¹

A Rgento legato constat arculas ad legatarium non perti-
nere. Item anulis legatis dactyliothecæ non cedunt.

Hoc amplius, quid significet.

L I V I L . P O M P O N I V S libro septimo ad Sabinum

S I purè tibi legauero , deinde postea scripsero ita, H O C

S A M P L I V S S I N A V I S E X A S I A V E N E R I T , H E-

R E S M E V S E I F V N D V M D A T O : verius est eo verbo

A M P L I V S superiora repeti. sicuti dicimus, L V C I V S T I-

T I V S

TIUS PLEUI QVINA MILIA DEDIT, HOC AMPLIVS SEIUS VIS CERATIONEM:^a quina quoq; milia Seium dedisse intellegimus. & TITIVS ACCEPIT QVINQUE, SEIUS HOC AMPLIVS FUNDVM: Seiū quinque quoque cepisse intellegimus.

De ligno legato.

LV. VLPIANVS libro viceclimo quinto ad Sabinum

Ligni appellatio nomen generale est. sed sic separatur, vt sit aliquid^b materia, aliquid^c lignum. materia est, quæ ad ædificandum, fulciendum necessaria est. lignum, quidquid conburendi causa paratum est. sed vtrum ita demuin, si concisum sit, an & si non sit? & Quiatus Mucius libro secundo refert, si cui ligna legata essent quæ in fundo erant: arbores quidem materiæ causa succisas non deberi. nec adiecit, si non comburendi^d gratia succisæ sunt, ad eum pertinere. sed sic intellegi consequens est. Ofilius quoque libro quinto iuris partiti ita scripsit, cui ligna legata sunt ad eum^e omnia ligna pertinere, quæ alio nomine non appellantur: veluti virgæ, carbones, nuclei olibarum, quibus ad nullam aliam rem nisi ad comburendum possit vti. sed & balani, vel si qui alij nuclei.

1 Idem libro secundo negat arbores nondū concisas, nisi quæ minutatim cōciduntur, videri ei legatas, cui ligna legata sunt. ego autem arbitror hoc quoque ligni appellatione contineri, quod nondum minutatim fuit concisum, si iam concidendo fuit destinatū. proinde si siluam huic rei habebat destinatam, silua quidem non cedet. deiectæ autem arbores lignorum appellatione cōtinebuntur: nisi aliud testator sensit.

2 Lignum autem legatis, quod conburendi causa paratum est continetur: siue ad balnei calefactionem, siue diutarum^f hypocastarum, siue ad calcem, vel^f ad aliam rem coquendam solebat vti Ofilius libro quinto iuris partiti scripsit, nec sarmenta ligni appellatione contineri. sed si voluntas non refragatur, & virgulae, & Gremia,^g & sarmenta, & superamenta materialium, & vitium stirpes atque radices continebuntur.

3 Lignorum appellatione in quibusdam regionibus, vt in Aegypto^h vbi arundine pro ligno vtuntur, & arundines & papyrum conburenturⁱ, & herbulæ quædam vel spinæ vel vespes continebuntur. quid mirum? cū^k ΣΥΛΟΝ HOC, & naues ΣΥΛΑΙΓΑΣ appellant, quæ hæc a πΟΤΩΝ ΣΑΛΩΝ deducunt, in quibus lā prouinciis & editu bubum^l ad hanc rem

4 vtuntur. Si lignū^m sit paratū ad carbones quoquendas, atque conficiendas: ait Ofilius libro quinto iuris partiti, carbonum appellatione huiusmodi materiæ non contineri. sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum, non enim ligno-

a De qua vide Aug. lib. 4. emen. c. 3. &c.
Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 7. male ergo hic legum Seiū: huiusmodi oratione. &c.

b aliud
c aliud
d Si non comburendi, rei si comburendi, utramque legatum interpetatur. Accur. his enim verbis ad eum demonstrari ait hæredē addita negatione, et dom revo de ralla legarum. Verū cum hæredis nulla omnino bic mentio facta sit, non vides quo modo hic intelligi posse? Crediderim autem negotiis effe rectitudinem, & alteri addendam, hoc modo, ad eū nō pertinere, quod sequentia indicant. e siue diutarum, & f siue hypocastarum, f siue ad

g Cremis. melica. Flor. l. 7. §. si fundū. fol. mat.

h Ate. li. 2. preterm. i comburunt.

k cum Græci & es ſūlae, & naues ſūlyas
l boum
m Coniunge ea. 167. de verb. signo.
n coquendos atque conficiendos,

a Lignorum collecti
meminisse Cal. Rhos.
dig. lib. 13. cap. 48.

b etiam

c Coniunge cap. 168.
de verb. signific.
et numerum
et continebuntur

d lignorum

e integris

f deinde is: al. deinde
de eius: al. deinde
quæreretur cum is

g mensim effe
h anniculis

i atque cum

k nam est
l vsum

lignorum gratia hæc testator habuit. sed & titiones, & alia ligna cocta^a nefumum faciat, utrum ligno, an carvoni, an suo generi ad numero^b Vimus? & magis est, ut proprium genus habeatur. sulphurata quoq; de ligno æquè eandem habebunt definitionem. ad faces quoq; parata non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi hæc fuit voluntas. de pinu autē^c integris strobili ligni appellatione continebuntur.

L VI. P A V L U S libro quarto ad Sabinum^d

PAli, **c** & perticæ in numero^d materiae redigēdi sunt, & ideo lignorum appellatione non continentur. **e**

Cui est legata materia, non est legatum materialium.

L VII. P O M P O N I V S libro trigensimo ad Sa-
binum^f

SEruius respondit, cui omnis materia legata sit, ei nec arcana, nec armarium legatum esse.

L VIII. V L P I A N U S libro quarto Disputationum^g

CVm vxori suæ quis ea quæ eius causa parata sunt, lega-
set, deinceps viuus purpuræ comparasset in prouincia, nec
dum tamen aduesisset: reascriptum est, ad mulierem purpuræ
pertinere.

Legato instrumentorum continentur nomina debitorum.

L VIII. I V L I A N U S libro trigesimo quarto Di-
gestorum^h

QVi chirographum legat, non tantum de tabulis cogitat;
sed etiam de actionibus quarum probatio tabulis conti-
netur. appellatione enim chirographi ut nos pro ipsis actioni-
bus, palam est: cum venditis chirographis intellegimus no-
men venisse. quin etiam si nomen quis legauerit, id quod in
actionibus est, legatum intellegitur.

L X. A L F E N V S libro secundo Digestorum à Paulo
Epitomatorum

CVm quæreretur agni legati quatenus viderentur, quidam
aciebant, agnum dumtaxat sex mensum. sed verius est
eos legatos esse, qui minores anniculiⁱ essent. Scuis & an-
cillis urbanis legatis, agasonem, mulionem legato non contineri
respondi. eos enim solos in eo numero haberi, quos paterfa-
milia circum se ipse sui cultus causa haberet. Lana, lino,
purpura vxori legatis, quæ eius causa parata essent, cum mul-
tam lanam & omnis generis reliquias: quærebatur, an om-
nis deberetur respondit, si nihil ex ea destinaret ad vsum vxo-
ris, sed omnis cōmixta esset: non dissimilem esse deliberatio-
nem cum penus legata esset, & multas res que penus essent,
reliquias, ex quibus paterfamilias vendere solitus esset.
nam^k si vina distudisset, habiturus visioni^l ipse, & heres eius:
tamen omne in penū existimari, sed cum probaretur eum, qui
testa-

testamentum fecisset, partem penus vendere solitum esse: constitutum esse, vt ex eo quod ad annum^a opus esset, heredes legato darent. sic mihi placet & in lana fieri: vt ex ea quod^b ad vsum annuum mulieri satis esset, ^c leal sumeret^c. non enim deducto eo quod ad viri vsum opus esset, reliquum vxori^d ledum videri vxoris^e gatum esset: sed quod vxoris causa paratum esset. Prædiis legatis, & quæ eorum prædiorum colendorum causa empta, parataque essent: neq; topiarium neque saltuarium legatum videri ait. topiarium enim ornandi, ^e saltuarium autem tuendi & custodiendi fundi magis quam colendi paratum esse. ^f animum machinarium legatum videri. item oues quæ stercorandi fundi causa pararentur. item vpilionē, ^f si eius generis oues^f opilionem, curaret.

LXI. IDEM libro octavo Digestorum à Paulo episcoporum^g

TEx toribus omnibus, qui sui essent cū moreretur, legatis: quæ situm est, an & is quem postea ex his ostiarium fecisset, legato contineretur. respondit contineri. nō enim ad aliud artificium, sed ad alium vsum transductum^g esse.

Masculinum continet femininum.

LXII. IULIANVS libro singulari de Ambiguitatibus^h

QVi duos mulos habebat, ita legavit, MULOS DVOS,
QUI MEI ERVNT CVM MORIAR, *SE LO*HE
RES DATO. idem nullos mulos, sed duas mulas reliquerat. respondit Seruius deberi legatum: quia mulorum appellatio-
ne etiam mulæ continentur^h. quemadmodum appellatione seruorum etiam seruæ plerumque continentur. Id autem eo
veniet, quod semper sexus masculinus etiam femininum se-
xumⁱ continet.

LXIII. IDEM libro primo ad Vrseum Ferocem^j

IN repetundis legatis hæc verba quæ ad Ici solent, ITEM
DARE DAMNAS ESTO: & ad cōdiciones & ad dies le-
gatorum easdemⁱ repetendas referri, Sabinus respondit.

Calendarium quid significet.

LXIV. AFRICANVS libro sexto Quæstionum^k

QVi filium & nepotem heredem instituerat, certa prædia,
quæque in his mortis tempore sua essent, nepoti per fi-
deicommissum dederat, excepto Kalendario. mortis tempore
in ea arca, in qua instrumenta & cautiones debitorum erant
pecunia numerata inuenta est. plerisque videbatur, vix vero-
simile esse, vt testator de pecunia numerata sensisset. ego autem
illud dignum animaduerlione existimabam: cum quis Kalen-
darium

a vsum annuum

b quantum

c sumeretur.

d videri vxoris^{le-}

gatum esse.

e Sub audiatur gra-
tia, vel causa. Augo-
lib. 2. cimen. cas.

g traductum

i cōdēre repetendos

a voluit.
darium præstari alicui voluerit, ^a utrumque nomina dumtaxat debitorum præstari voluisse intelligendus est, an vero etiam pecuniam, si qua ab his exacta, eidem tamen Kalendario determinata fuerit. & magis puto, quemadmodum si exactæ pecuniae, & rursus collocatae ^b essent, permutatio nominum non peremeret vel minueret fideicommissum: ita ipsæ ^c quoque pecuniae, si adhuc Kalendario, id est nominibus faciendis determinatae essent, eidem fideicommisso cederet debeat. ^d quin etiam illud quoque putemus defendi posse: ut non modò a debitoribus exactæ pecuniae, sed quacunque de causa redactæ, eidem tamen ratione fuerint delinatae, fideicommisso cedant.

Seruorum varia officia, artificia, & ministeria.

LXV. MARCIANVS libro septimo Institutiōnum^l

e Coniunge Litis qui:
210. de verbis suis.

f pificationibus
præposita essent.

g qui legatus est,

h scribit

i Vide apud Ciceronem
Cato maior Saluum
conuenient, qui si
quæstidic aliquid ad
difficilem sententiam fieri
sufficit.

j recipiat.

k Odyssea

m Ale. li. 2. preterm.

n Et sic

L Egatis seruis exceptis negotiatoribus, Labeo scripsit eos Legato exceptos videri, qui præpositi essent negotiorum exercendi causa. veluti qui ad emendum, locandum, conducendum præpositi essent. cubicularios autem, vel obsonatores, vel eos qui pescatoribus præpositi sunt, non videri negotiationis appellatione contineri. & puto veram esse Labeonis sententiā.

Si ex officio quis ad artificium transferit, quidam recte putant legatum extingui, quia officium artificio mutatur. non idem est contrario, cum lectorius cocus postea factus est. Si unus seruus plura articia sciat, & alij coi legati fuerunt, alij textores, alij lectori: ei cedere seruum dicendum est, cui legati sunt in quo artificio plerumque BersaVatur. Ornaticibus legatis, Celsus scripsit ^h eas quæ duos tantum menses apud magistrum fuerunt, legato non cedere: alij & has cedere: ne necesse sit nullam cedere. cum omnes adhuc discere possint: & ⁱ omne artificium incrementum recipit. ^k quod magis optinere debet: quia humanae naturæ congruum est. Pecoribus legatis Cassius scripsit quadrupedes contineri quæ gregatim pascuntur. & sues autem pecorum appellatione continentur: quia & huius gregatim pascuntur. sic denique & Homerius in Odussia ^l ait,

ΔΗΙΣ^m ΤΟΝΓΕ ΣΥΒΣΣΙ ΠΑΡΗΜΕΝΩΝ, ΑΙ-
ΔΕⁿ ΝΕΜΟΝΤΑΙ
ΠΑΡ ΚΟΡΑΚΟΣ ΠΕΤΡΗ: ΕΠΙ ΤΕ ΚΡΗΝΗ
ΑΡΕΘΟΥΣΗ.

Iumentis legatis boues non continentur: nec contra. equis ^o autem legatis & equæ continentur. OBibus legatis agni ⁶ non continentur. quamdui autem agnorum soco sunt ex usu cuiusque loci sumendum est. nam in quibusdam locis omnium numero esse videntur, cum ad tonsuram venerint.

LXVI. PAULVS libro tertio Sententiarum¹

AVibus legatis, anseres, phasiani, & gallinæ, & auaria debebuntur. phasianarij autem, & pastores anserum non continentur: nisi id testator expressit.

LXVII. MARCIANVS libro septimo Institu-
tionum¹

QVi saltum æstuum legauit, & hoc amplius etiam eas res legauerit quæ ibi esse solent, non videtur de illis pecoribus sensisse, quæ hieme in hibernis, aut æstate in æstuis esse solent. sed de illis sensit, quæ perpetuò ibi sunt.

Ius pignoris legatum.

LXVIII. VLPIANVS libro primo responsorum

Muniano respondit¹

TEstatorem ad Icendo PRAE DIVM SEIANVM OMNIS, eam quoque partem fundi supra scripti quasi ad se pertinentem videri per fideicommissum reliquisse, quam ex causa pignoris nactus est, salvo scilicet iure debitoris. Ex his verbis CV RATE AGROS ATTENDERE, ET ITA accedere: vel, at-
FIET, VT FILIVS MEVS FILIOS VESTROS VO- tent vendere: que
BIS CONDONET: fideicommissum peti non posse.
Acc. quoque notauit.

2 Seruos communes à Seia ita relictos, SIMEI ERVNT
3 CVM MORIAR: non deberi. si modò hoc sentit testatrix, ut ita deberentur, si in solidum eius fuissent. Prædiis cum his enthecis, quæ in ea possessione sunt, relictis, mancipia quoque prædiorum, cum illic testamenti facti tempore fuerunt, cedent. sed & quæ postea accesserūt: si modò hoc testator manifestè expressit.

*Quatenus propria verborum significatio
sit sequenda.*

LXIX. MARCELLVS libro singulari Re-
sponsorum¹

NOn aliter à significatione Berborū recedi oportet, quam cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Titius codicillis suis ita cauit, PVBLIO MAEVIO OMNES IUBENES, QVOS IN MINISTERIO HABEO, DARI VOLO, quero à qua ætate iuuenes, & in quam intellegi debeant. Marcellus respondit, quos verbis quæ proponerentur, demonstrare voluerit testator, ad notionem eius quid de ea recognitus esset pertinere. non enim in causa testatorum ad definitionem vtique descendendum est, cum plerumque abusiuè loquantur: nec propriis nominibus ac vocabulis semper vtantur. ceterum existimari posset iubenis is qui adolescentis excessit ætatem, quoad incipiat inter seniores numerari.

Pars V.

5 C.

De

De lana legata.

LXX. V L P I A N V S libro vicefimo secundo ad
Sabinum

a Est autem àu-
toφύτε, quod ita per-
se natum sit, & nulle
arie fucat. August.
lib.4.eten.1.16.

b subtegmen
c etiam
d quatenus

e etiam
f Alc.li.2.prater.

g quam Græci
h Quasi lanam ligno
decepit dicas. Lau-
go est, que ex pomo
fructis eiusdem apud
Arabas & eos
qui sub cysfuræ
sunt, depestitur, qui
inflata barba nucia,
aut modici cotonei
malie sive unde et non
nulli cotoneū vocant:
rectores rē Gosi-
pium. Alc.li.6. tra-
gip.ca.25.vel legitime
īp̄t̄vular, hoc er,
lignacan lanam ap-
pellant.

i contineri.

k De vericolori-
bus

l iis

m vericolorium
n habent,
o buceinum,

p siue ancillæ
q habuerit.

Sic cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum noti-
est, sed αΥΤΟΦΥΣ. siue autem facta est, siue infecta:
lanæ appellatione continetur. quæsum est, vtrum lanæ ap-
pellatione ea sola contineatur quæ netanom est: an & ea quæ
neta est. vtputa stamen & subtemen^b. & Sabinus &^c netam
contineri putat. cuius sententia vtimur. Lanæ appellatio-
nem eatenus extendi placet, quoad^d ad telam peruenisset. &
sciendum, scilicet ad quaque contineri, & lotam: si modò tin-
cta non sit. Lanæ appellatione tomentum non continebitur.
sed nec ea lana, ex qua quis quæsi vestimentum fecerit valetu-
dinis veldeliciarū grātia, continebitur. ne ea quidem quæ fo-
mentationis gratia parata sunt vel medicinæ, lanarum appelle-
tione continētur. sed &^e pelles lanatae contineantur? & hoc
lanæ cedere manifestum est. Lana legata, etiam leporinam 2
lanam & anserinam & caprinam credo cōtineri, & de ligno,
quam εΡΙΟΖΥΑΝ^h appellant. Linum autem lana le-
gata vtique non continebitur. lino autem legato tam factū
quam infectum contineatur, quodque netum, quodque in tela
est, quod est nondum detextum. ergo aliud in lino quam in
lana est. & quidem si tinctum linum fit, credo lino contine-
bitur. Vericoloribus^k videndum est. & constabat apud ve-
teres lanæ appellatione vericoloria non contineri. sed ^l ea o-
mnia videri legata, quæ tincta sunt & neta, quæ neque dete-
cta neque contexta sunt. proinde queritur, an purpura ap-
pellatione vericolorum^m contineatur. & ego arbitror ea quæ
tincta non sunt, vericoloribus non adnumerari. & ideo ne-
que album neque naturaliter nigrum contineri, nec alterius
coloris naturalis. purpūram autem & coccum, quoniā nihil
natiui coloris sunt, ⁿ contineri arbitror. nisi aliud sensit testa-
tor. Purpura autem appellatione omnis generis purpuram 5
contineri puto. sed coccum non continebitur. fucinum, &
ianthinum continebitur. Purpuræ appellatione etiam subte-
men factum contineri, nemo dubitat. lana tingendæ purpu-
ræ causa destinata non continebitur.

Suum quid dicatur.

LXXI. ID E Mth libro vicefimo ad Sabinum^l

C Vm siue ancillæ siue serui in testamento scribuntur, hi
designari videntur, quos pater familiæ suorum numero
habuit.^q

LXXII. P A V L V S libro quarto ad Sabinum^l

E Adem in omnibus rebus, quas suas quis legauerit, dicenda
sunt.

LXXXIII. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum[¶]

SVOS autem seruos vel ancillas eos accipimus, qui sunt ple-^a seruos
no iure testantis. inter quos fructuarij non continebuntur.
sed qui bona fide testatori seruunt, suorum appellatione ma-
gis est ut contineatur: si modò suorum appellatione eos, quos
suorum numero habuit, voluit contineri. Eos verò, quos
quis pignori hypothecae dedit, sine dubio inter suos legas-
se videbitur debitor: creditor nequaquam, proinde si quis fet-
Bos habuit proprios, sed quorum operas locabat, vel pisto-
rias, vel histrionicas, vel alias similes: an seruorū appellatione
etiam hos legasle videatur? quod & præsumi oportet: nisi con-
traria voluntas testatoris appareat. Eum qui venaliciariam
vitam^b exercebat^b, puto suorum numero non facilè cōtineri ^b exercebat.
velle eiusmodi mancipia: nisi euīdens voluntas fuit etiam de
his sentientis. nam quos quis ideo comparauit, vt illico distra
heret, mercis magis loco quam suorum habuisse credendus^c ^c credendum erat.
est. vicarios autem seruorum suorum numero non contineri
Pomponius libro quinto scribit.

LXXXIV. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum[¶]

SID quis suos seruos legauit, committentes quoque continetur.
& in quibus vsusfructus alienus fuit.

Coniectura voluntatis.

LXXXV. VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum[¶]

NVMINIS indistinctè legatis, hoc receptum est, vt exiguo-
res legati videantur, si neque ex consuetudine patrisfa-
miliae, neque ex regionis uide fuit, neque ex contextu testa-
menti poscit apparere.

LXXXVI. IDEM libro secundo ad Edictum[¶]

CHartis legatis, nemo dicet \neq scriptas & libros iam factos \neq scripturas
legato cedere, hoc idem & in tabulis est.

LXXXVII. IAVOLENVS libro primo ex Plautio

CVM in substitutione legata repetuntur, libertates etiā con-
tinentur.

Qui studiorum causa abest, abesse non videtur.

LXXXVIII. PAULVS libro secundo ad Vitellium[¶]

QVAESTITUM est, Stichum seruum ex eo fundo ante annum ^e mancipiū ex eo
mortis testatoris abductum; & disciplinæ traditum,
postea in eum fundum non reuersum: an deberetur. respon-
sum est, si studendi causa misisset, non quo de fundo eum
aliorsum transferret: deberi. ^f id aliorum

Coniectura voluntatis.

MAEVIS FILI, QVOD IAM TIBI MAXIMAM PAR-
TEM FACULTATIVM^g DEDERIM, CONTENTVS ^g facultatum
ESSE DEFES FVNDO SEMPRONIANO. CVM
SYIS INHABITANTIBVS, ID EST FAMILIA ET

a Eadem epistola
talem mutat.

QVAE IBI ERVNT. quæ situm est de nominibus debitotū & nummis. Eadem^a epistulam talem emisit, ARGENTVM OMNE ET SVPLECTILEM, QVOD CVM QVE HABEO, TIBI DONO, ET QVID QVID IN PRAEDIO SEMPRONIANO HABEO. an supellex, quæ in aliis prædiis vel domibus esset, ad Mæcium pertineret. & an serui, quos ex eo fundo aliis legauit. responsum est, nomina & nummos non videri deberi: nisi manifeste de his quoque legandis voluntas defunctæ adprobaretur. seruos ex isdem fundis aliis datos diminuisse filij legatum. de argento & suppellectili quæ alibi esset, cum cuius notio est, æstimaturum: ut id optineat, quod testatori placuisse à legatario adprobabitur. Prædia quidam reliquit adiectis* his* verbis, VTIA 2 ME POSSESSA SVNT, ET QVAE CVM QVE IBI ERVNT CVM MORIAR. quæ situm est de mancipiis, quæ in his prædiis morata fuerunt vel operis rustici causa vel alterius officij, ceterisque rebus, quæ ibi fuerunt in diem mortis: an ad legatarium pertinerent. respondite ea omnia, de quibus quereretur, legata videri. PETO VT FVN DVM 3 MEVM CAPANIANVM b GENESIAE ALVMNAE MEAE AD SCRIBATIS DVCENTORVM AVREORVM, ITA VT I EST. quæritur, an fundo & reliqua colonorum, & mancipia, si qua^c mortis tempore in eis fuerunt, debeantur. respondit, reliqua quidem colonorum non legata. cetera vero videri illis^d verbis ITA VT I EST data. Illud fortasse 4 quæsiturus sit aliquis, cur agenti appellatione etiam factum argentum comprehendetur^e: cum si marmor legatum esset^f, nihil preter rudem materiam demonstratū videri posse. cuius hæc ratio traditur. quippe ea quæ talis naturæ sint, ut sèpius in sua redigi possint initia, ea materiæ potentia victa, numquam vires eius effugiant. Coccum quod proprio nomine 5 appellatur, quin vericoloribus cederet, nemo dubitauit. quin minus porrò coracinum^g aut isiginum^h aut melinū suo nomine, quād coccum purpuravé designatur?

Vxoris causa parata quæ dicantur.

Cumⁱ vir ita legasset, QVAE VXORIS CAVSA PARATA SVNT, EI DO LEGO, lego^j apud prætorem fidicommisarium petebam: etiam res æstimatas, quartū pretium in dotem erant, nec optimi: quasi testator non sensisset de his rebus. arquin si in usum^k eius datæ sint, nihil interest, ab ipsa^l an ab alio comparatae sunt. postea apud Aburniū Valentem inueni ita relatum: muliercs æstimatas in dotem dederat, ac deinde maritus ei legauerat^m his verbis, QVAE EIVS CAVSA COMPARATA, EMPTAQVE ESSENT. dixit emptorum paratorumque appellatione non contineri

b Campanum.

c quæ.

d comprehenda-
tur:
e legatum est,

f erocinum, herba
dicta est à corce, quæ
Granum vocant: co-
racinū verò d. nigru.

Ad lib. 2. patens.
cap. 1.

g hyssimum

h Cinnaberg L. ed ta-
men. qd. fr. pr. eo.

i petebat

k vnu

l ab ipso

m legauerat do-
tem

contineri ea quæ in dotem data essent: nisi si maritus eas res posteaquam ipsius factæ essent, in vxoris vsum conuertislet.

7 Rebus, quæ in fundo sunt, legatis accedunt etiam ea quæ tunc non sunt, si esse solent^a, nec quæ casu ibi fuerunt, legata ^a solebant, existimantur.

LXXXVIII. CELSVS libro nono Digestorum

Si chorus aut familia legetur, ^b perinde est, quasi singuli ho- ^b legatur,
1 mines legati sint. His verbis, QVAE IBI MOUILIA
MEA ERVNT, DO LEGO, nummos ibi repositos vt mu-
tui darentur, non esse legatos Proculus ait. at eos quos præsi-
dij causa repositos habet, ^c vt quidam^d Vellis ciuilibus facti-
taffent, eos legato contineri. & ^e audiisse se rusticos senes ita
dicentes, pecuniam sine peculio frāgilem esse. peculum ap-
2 pellantes, quod præsidij causa seponeretur. Area legata si
in aedificata medio tempore fuerit, ac rursus area sit: quamquā
3 tunc peti non poterat, nunc tamen debetur. Seruus quoque
legatus si interim manumittatur, & postea seruus factus sit:
postea peti potest.

LXXX. IDEM libro trigesimo quinto Digestorum!

COniunctim heredes institui, aut coniunctim legari, hoc
est: totam hereditatem, & tota legata singulis data esse:
partes autem concursu fieri.

LXXXI. MODESTINVS libro nono Dif-
ferentiarum!

SEruius^b legatis, etiam ancillas quidam deberi recte putant: <sup>h Coniungel. tot. §.
vli. de verb. fca iſi.</sup>
Quasi commune nomen vtrumque sexum contineat. ancil-
lis verò legatis masculos non deberi nemo dubitat. sedⁱ pueris
legatis etiam puellæ debentur. id non æquè in puellis pueros
contineri dicendum est. Mulieribus verò legatis etiam vir-
gines debentur. sicuti viris legatis etiam pueros deberi re-
spondetur. Pecudibus autem legatis, & boues & cetera
iumenta continentur. Armento autem legato etiam boues
contineri conuenit. non etiam greges ouium, & capraturum.
Quibus legatis, neque agnos neque arietes contineri quidam
recte existimant. ouium verò grege legato, & arietes & agnos
deberi nemo dubitat.

LXXXII. IDEM libro nono Regularum!

SEruius, qui in fundo morari solitus erat, si fugerit, licet post
mortem testatoris adprehendatur: fundo legato vt instru-
ctus est, etiam ipse legato cedit.

LXXXIII. IDEM libro decimo Responsorum!

QUod his verbis relictum est, QVID QVID EX HERE-
DITATE BONIS VE MEIS AD TE PERVE-
NERIT, CVM MORIERIS RESTITVAS, fructus quos
heres viuus percepit, item quæ fructuī vice sunt, non venire
sunt. placuit-

a placuit

placuisse^a. nec enim quicquam proponi, ex quo de his quoq;
restituendis testatricem rogassem, probari poterit.

Appellatione posterorum continentur liberi, non liberti.

Idem testator, qui libertis fideicommissum relinquebat, substitutione inter eos facta expressit, ut post mortem extremi ad posteros eorum pertineret. quero, cum nemo alias sit, nisi libertus eius qui extremo mortuus est: an is ad fideicommissum admitti debeat. respondit, posterorum appellatione liberos tantummodo^b, non etiam libertos eorum quibus fideicommissum relictum est, fideicommissio contineri, nequaquam incertum est.

LXXXIII. IAVOLENVVS libro secundo ex

Cassio||

CVi quae Romae essent, legata sunt, ei etiam quae custodiae causa in horreis extra urbem deposita sunt, debentur.

Hæc dictio, meum, quam habeat significationem.

LXXXV. POMPONIVS libro secundo ad Quintum Mucium||

Nuper constitutum est à principe, vt & non adiecto hoc M E V M, si quis corpus alicui leget, & ita sentiat, vt ita demum præstetur, si suum sit: ita valere legatum vt appareat mægis sententiā legantis, non hoc verbum M E V M, respiciendum esse. & ideo elegans est illa distinctio, vt quotiens certum corpus legatur, ad præsens tempus adiectum hoc verbu Meum non faciat condicionem. si vero incertum corpus legetur, veluti ita, VINA M E A, VESTEM M E A: videatur pro conditione hoc verbum esse M E A: vt ea demum, quæ illius sint, videantur legata. quod non puto fortiter posse defendi. sed potius & hic vestem, vel vinum quod suorum numero habuerit, hoc legatum esse. sic enim responsum est, etiam quod coa-Quierit vini legato cedere, si id vini numero testator habuisset. Planè in mortis tempore collatum hunc sermonem, VESTEM QVAE M E A ERIT, sine dubio pro conditione accipiendum puto. sed & STICHV M QVI M E V S ERIT, puto pro conditione accipiendum. nec interesse vrum ita, QVI d virtubique enim M E V S ERIT, anita si M E V S ERIT. vtrubique^d conditionem eam esse^e. Labeo tamen scribit, etiam in futurū tempus collatum hunc^f sermonem QVI M E V S ERIT, pro demonstratione accipiendum. sed alio iure vtimur.

Interpretatio voluntatis.

LXXXVI. PROCVLVS libro quinto Epistularum||

SI ita legatum est, DOMVM QVAE QVE M E A IBI SERVNT CVM MORIAR: nummos ad diem exactos à debitoribus, vt aliis nominibus collocarentur, non puto legatos esse, & Labeonis distinctione valde probo, qui scripsit nec

b tantum, non

c & reliæm

d virtubique enim
e inesse
f hue

nec quod casu abesset, minus esse legatum: nec quod casu ibi sit, magis esse legatum.

LXXXVII. PAVLVS libro quarto ad Legem Iuliam & Papiam¹

ET fideicommissum & mortis causa donatio appellatione Legati continetur.^b

^b continentur.

LXXXVIII. IDEM libro quinto ad Legem Iuliam & Papiam¹

ANALEGATA, vel tem quæ ex ea facta sit, deberi non placet. sed & materia legata, nauis, armariūmve ex ea factū non vindicetur. naue autem legata dissoluta, neque materia neque nauis debetur. massa autem legata, scyphi ex ea facti exi-^cgi possint.

^c vindicentur.

Qui sunt coniuncti tam quam verbis: &
quibus preferantur.

LXXXIX. IDEM libro sexto ad Legem Iuliam & Papiam¹

RE^d coniuncti evidenter, non etiam verbis, cum duobus separatim eadem res legatur. item verbis, non etiam re,
TITIO ET SEIO FUNDVM AEQVIS PARTIBVS
DO LEGO: quoniam semper partes habent legatarij. præfertur igitur omnimodo ceteris, qui & re & verbis cōiunctus est. quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potio-rem. si vero verbis quidem coniunctus sit, re autem non: que-
stionis est, an coniunctus potior sit. & magis est, vt & ipse preferatur^g.

X C. IDEM libro septimo ad Legem Iuliam & Papiam¹

NONINATIM legatū accipiendum est, quod à quo legatum sit intellegitur: licet nomen pronuntiatum non sit.

Reliquis legatis quid debeatur.

XCI. PAPIANVS libro septimo Responsorum¹

PRAEDIIS per præceptionem filiæ datis cum reliquis actoriū & colonorū, ea reliqua videntur legata, quæ de reditu prædiorum in eadem causa manserunt. alioquin pecuniam à colonis exactam, & in Kalendarium in eadem regione ver-sam, reliquis non contineri neq; colonorum neq; actorum, fa-cile constat^h. tametsi nominatiū actores ad filiam perti-nere voluit. Ex his verbis,

LVCIO TITIO PRAE DIA
MEAILLA CVM PRAETORIO, SICVT A ME IN
DIEM MORTIS MEAE POSSESSA SVNT, DO: in-
strumentum rusticum, & omnia quæ ibi fuerunt, quo domi-nus fuisset instructior, deberi cōuenit. colonorū reliqua non
debentur. Pater filio tabernā purpurariā cum seruis instito-ribus & purpuris, quæ in diem mortis eius ibi fuerūt, legauit.

^d Coniuge latripli-
de verb. sig. & vide
Alc. libr. parad. q. 10
8. & 9. & li. 6. ca. 7.
^e Disfuncti interdu-
nocantur, l. & nom. &
S. huius. C. de cad. tol-
lē cūm comparatur
cū reliquis magis cō-
iunctus: ut obligatio
naturalis cōparatur
ciuilis, non propriè dē-
citur obligatio. si
deinceps soligari. h.
fideiussor. inf. de fa-
deiussore.

^f Quia nihil habet
quod ceteris coniunc-
tiū commune nō sit:
certū enim est omnes
coniunctus a de cēdem
rem vocari.

^g Verbis coniunctus
preferetur coniunc-
tus: nam eodem iure
nisi quis re coniunc-
tus, & ad eandē re
vacatur. Deinde hoc
amplius habet, quod
coniunctū & eandē
eratione vocatur: &
quamvis re coniunctū
solidum habeant, pri-
ma facie, tamen ver-
bus coniunctū nos mi-
nus habens ex mōte
secessivis: & si nō sa-
gali, certè vniuersis:
unde propter vniuersitē
sermonis dicti que
sunt unum corpus ren-
digunt. & nom. &
S. huius. C. de cad. tol-
lē vniuersis loco
in mortali. Titio.
34. sup. de leg. 2.
h. constat.

5 f iiiij neque

neque pretia purpuræ condita, neq; debita, neque reliqua legato contineri placuit.

Coniectura voluntatis.

TITIO SEIANA PRAEDIA, SICVTI COMPATRATA SVNT, DO LEGO. cum essent GaViniana quoque simul vno pretio comparata, non sufficere solum argumentum emptionis respondi. sed inspicendum, an litteris & rationibus appellatione Seianorum GaViniana quoque continentur, & utriusque possessionis confusi redditus titulo Seianorum accepto lati essent. Balneas legatae^b domus esse portionem constabat. quod si eas publicè præbuit, ita domus esse portionem balneas, si per domum quoq; intrinsecus adiarentur, & in vsu patris familiæ vel vxoris non unquam fuerunt, & mercedes eius inter ceteras meritoriorum domus rationibus accepto ferebantur, & vno pretio comparatae, vel instructæ communis coniunctu fuissent. Qui domum possidebat, hortum vicinum ædibus comparauit, ac postea domū legauit, si hortum^d domus causa comparauit, ut amoeniorem domum ac salubriores possideret, aditumq; in eum per dominum habuit, & ædium hortos additamentum fuit: domus legato continebitur. Appellatione domus insulam quoq; iunctam^e domui videri, si vno pretio cum domu fuisset comparata, & utriusque pensiones similiter accepto latus rationibus ostenderetur.

In legato generali non continentur instrumenta.

XOII. PAULVS libro tertio decimo Responsorium.

SI MIHI MAEVIA ET NEGIDIA FILIAE MEAE HERedes ERVNT, TVNC MAEVIA E MEDIO SVMITO, PRAECEPITO, SIBIQVE HABETO FUNDOS MEOS ILLVM ET ILLVM CVM CASVLIS ET CVSTODIBVS OMNIVM HORVM FUNDORVM, ET CVM HIS OMNIBVS AGRIS QVI AB CONIVNCCTIONEM CVIVSQVE HORVM FUNDORVM EMPTIONE, VEL QVOLIBET ALIO CASV OBTIGERINT. ITEM CVM OMNIBVS MANSIPIIS: PECORIBVS, IVMENTIS, CETERISQVE UNIVERSIS SPECIEBVS, QVAE IN ISDEM FUNDIS, QVOVE HORVM, CVM MORIAR ERVNT: VTIOPTIMI MAXIMI QVE SVNT, VTIQVE EOS IN DIEM MORTIS MEAE POSSEDI, ET VTPLE NIVS DICAM, ITA VTI CLVDVNTVR. in fundo autem vno ex his qui prælegati sunt, tabularium est, in quo sunt & complurium mancipiorum emptiones. sed & fundorum & variorum contractuum instrumenta. præterea & nomina debitorum. quæro, an instrumenta communia sint. respondi, secun-

a continerentur,
b legatas

c communis inre
councta fuissent.

d si hoc tum

e iunctam

f clauduntur.

secundum ea quæ proponuntur, ^a instrumenta cemptionum, ^a proponerentur, item debitorum, quæ in fundo prælegato remanserunt, non videri legato cōtineri. His verbis dominibus legatis, FIDEI HEREDVM ME ORVM COMMITTO, VTI SINANT EVM HABERE DOMVS MEAS, IN QVIBVS HABITO, NVLLO OMNINO EXCEPTO, CVM OMNI INSTRVMENTO, ET REPOSITIS OMNIBVS non videri testatorem de pecunia numerata, aut instrumentis debitorum sensisse.

Alienatio inutiliter prohibita.

X C I I I. SCAEVOLA libro tertio Responsorum¹

* **L**VCIUS^b TITIUS testamento suo^c cauit, nec villo^d modo pre- dium suburbanum aut domum heres alienaret. ^e filia eius heres scripta heredem reliquit filiam suam: quæ easdē res diu possedit, & decedens extraneos heredes instituit: quæsitū est, an prædia pertinerent ad Iuliam, quæ Lucium Titium testatorem patrum maiore habuit. respondit, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quo minus ad heredem pertineret, cuim hoc nudum præceptum est. *

Qui iubet reddi, ut debitum, quod debitum non est.

^b Eadem species est.
^c pater. ^d Iulius.
^e sup. eo.
^f ita cauit,
^g d nullo modo
^h alienet.

spertinerent.

SEMPRONIAE MVLIERI MEAE REDDI IVBEO AB HEREDIBVS MEIS CENTVM AVREOS, QVOS MVTVO^g ACCEPERAM. quæsitum est, si hanc pecuniā vnde debitam Sempronia petens victa sit: an fideicommissum peti possit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse ex causa fideicommissi peti quod apparuerit non fuisth ex alia causa debitum. Quidam prædia legauit libertis, adiectis his verbis: VTI A ME POSSESSA SVNT, ET QVAE CVM QVE IBI ERVNT CVM MORIAR. quæsitum est, an mancipia, quæ in his prædiis morata in diem mortis patris familias fuerunt operis rustici causa, vel alterius officij, cetera quæ res quæ ibi fuerunt, ad legatarios pertineant. respondit pertinere.

Appellatione fratrum continentur sorores.

Quæsitum est, an quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret. respondit pertinere: nisi aliud sensisse testatorem probetur. Collegio fabrorum fundum cum filiis quæ ei cedere solent, vti optimus maximusq; esset, legauit. quæro, an ea quoque quæ in diem ⁱ mortis ibi in die fuissent, id est fænum, pabulum, paleam: item machina, Balsa Binaria, * id est cuppæ & dolia quæ in cella defixa sunt, item granaria legata carent. respondit, non recte peti quod legatum non esset.

Verba fideicommissi.

Ex parte dimidia herede instituto, per præceptionem fun-

s f v dum

dum legauit, & ab eo ita petit³: PETO VTI VELIS CO-
HEREDEM TIBI RECIPERE IN FVND O IVLIA-
NO MEO QVEM AMPLIVS TE RECIPERE IUS-
SI, GLODIVM VERVM NEPOTEM MEVM CO-
GNATVM TVVM. quæro an pars fundi ex causa fideicom-
missi nepoti deberetur. respondit deberet.

Questio voluntatis.

¶ Vipianus

X C IIII. VALEN S^b libro secundo Fideicommis-
forum¹

¶ Testatoris, scilicet:
seruit enim manumis.
si familia manumis-
sionem alesque-
bantur. Hinc Tyro li-
berans Ciceronis ve-
ravem est Tullius. li-
xli. ep. 5. Sam. hoc per
stimes principium op.
24. li. 4. ep. 5. ad At-
ri. Accurso hic habita-
et in alijs legitar nu-
merorum res sua:
• debet

IS qui complures libertos relinquebat, tribus ex his fundum
legauerat: & petierat ut curarent ne de nomine^c suo exiret.
quærebat ex tribus qui primus moriebatur, utrum vtrij, vel
alteri ex his qui sibi in legato coniuncti essent, relinquere par-
tem suam deberet. an possit vel alij conliberto suo eam relin-
quere. placuit, et si voluntatis quæstio esset, satis illum factu-
rum & si alij relinquisset. quod si nulli dedisset: occupantis,
an omnium conlibertorum: & numerorum tantum, quibus
pariter legatum esset, petitio fideicomissi esset, dubitabatur.
& Julianus recte omnibus debere^e putabat.

Interpretatio horum verborum, quantas summas &c.

X C V. MAECIANVS libro secundo Fideicom-
missorum¹

¶ offendexerat.

QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, DAMNAS E-
STO DARE, FIDEIQVE EIUS COMMITTO,
VTI DET QVANTAS SVMMAS PICTAVERO, DE-
DERO. Aristo res quoq; corporales continerait: vt prædia,
mancipia, vestem, argentum. quia & hoc verbū QVANTAS
non ad numeratam dumtaxat pecuniam referri, ex dotis re-
legatione & stipulationibus emptæ hereditatis appetet. &
SVMMMAE appellatio similiter accipi deberet, vt in his argu-
mentis, quæ relata essent, ostenditur. voluntate præterea de-
functi, quæ maximè in fideicommissis valeret, ei sententiæ
suffragari. neque enim post eam præfationem adiecturum te-
statorem fuisse res corporales, si dumtaxat pecuniam nume-
ratam præstari voluisset.

*Appellatione hereditatis non continentur legata,
nec fideicomissa.*

X C VI. GAIUS libro secundo Fideicommisorum¹

SI Titius ex parte heres rogatus sit Maeuio hereditatem re-
stituere, & rursus Titio coheres eius rogatus sit partem
suam, aut partis partem restituere: an hanc quoque partem,
quam à cohædere ex fideicomisso recipit, Titius restituere
Maeuio debeat, Diuus Antoninus consultus rescripsit non
debere restituere. quia hereditatis appellatione neque legata
neq; fideicomissa continentur.

Reliquis

Reliquis legatis quid debeatur.

XCVII. P A V L V s libro secundo Decretorum

OSidius^a quidam instituta filia Valeriana herede, actori ^b Offidius suo Antiocho data libertate, prædia certa, & peculium, & reliqua relegauerat, tam sua quam colonorum. legatarius proferebat manu patrisfamilie^b reliquatū, & tam suo quam colonorum nomine. item in eadem scriptura adiectū in hunc modum: I T E M Q V O R V M R A T I O N E M R E D D E R E D E B E A T , S C I L I C E T ^c Q V A E I N C O N D I T O H A - B V E R A T P A T E R F A M I L I A E , F R V M E N T I , V I N I , E T Ć E T E R A R V M R E R V M . quæ & ^d ipsa libertus petebat, & ex reliquis esse dicebat, & apud præfidem optinuerat. ex diuerso cum diceretur, reliqua colonorum ab eo non peti, nec propria diuersam autem causam esse eorum, quæ in condito essent: Imperator interrogauit partem legatarij, querendi causa. pone, inquit, in condito centies^e aureorū esse, quæ in vsum sumi solerent. dicerest totum, quod esset relictum in arca, debet? & placuit recte appellatio. A parte legatarij suggestum est, quædam à colonis post mortem patrisfamiliae exacta. respondit, hoc quod post mortem exactum fuisset, reddendum esse legatario.

Verborum interpretatio.

XCVIII. I D E M libro singulari de forma testa-
menti

SI plures gradus sint heredum, & scriptum sit HER E S
S M E V S D A T O : ad omnes gradus hic sermo pertinet. sicuti
haec verba, Q V I S Q V I S M I H I H E R E S E R I T . itaque si
quis velit non omnes heredes legatorū præstatione onerare,
sed aliquos ex his: nominatim damnare debet.

^b patrisfamilias
reliquatorum. se-
quere fieri.

^c si quis in credita

^e Stilices, centene
millia aureorum: hoc
enim compendio haec &
summa significatur. 1
August. lib. 2. tenueno
cap. 6. Sunt quæ hic
Legant, centum au-
reos.

^f formula

XCVIII. I D E M libro singulari de instrumenti
significatione

SE ruis vrbani legatis, quidam vrbana mancipia non loco
sed opere separant. vt licet in prædiis rusticis sint, tamen si
opus rusticum non faciant, vrbani^h videntur. dicendum autem
est, quod vrbani intellegendi sunt, quos paterfamilias inter
vrbanos adnumerare solitus sit. quod maximè ex libellis fa-
miliæ, item ciVatiis deprehendi poterit. Venatores & au-
cupes vtrum in vrbani, an in rusticis cōtineantur, potest du-
bitari. sed dicendum est, vbi paterfamilias moraretur, & hos
alebat, ibi eos numerari. Muliones de vrbano ministerio
sunt: nisi propter opus rurestre testator eos destinatos ha-
beat. Eum qui natus est ex ancilla vrbana, & missus in
villam nutriendus, interim in neutris esse quidam putant.
videamus ne in vrbani esse intellegatur. quod magis pla-
cer. Seruis lecticariis legatis, si idem lecticarius sit & cocus:
acce-

^g Huc pertinet ex-
empli quod in topi.
M. Cicero preponit
in loco à reprehensa-
tibus.

^h vrbana videatur.
Coniunge l. vrbana.
de verbis significis.

accedet legato. Si alij vernæ, alij cursores legati sunt, si quidam & cursores, & verna sint: cursoribus cedent. semper enim b à verò in specie species generi derogat. si in b specie, aut in genere utriusque sint: plerumque communicabuntur.

Reddere quid sit.

c. I A V O L E N V S libro secundo ex Posterioribus
Labeonis!

H E R E S M E V S D A M N A S E S T O L V C I O T I T I O
S T I C H V M S E R V V M M E V M R E D D E R A . v e l i t a ,
I L L V M S E R V V M M E V M I L L I R E D D I T O . Cascl-
lius ait deberi, neque id Labeo improbat. quia qui reddere iu-
betur, simul & dare iubetur.

Coniectura voluntatis.

Dux statuæ marmoreæ cuidam nominatim, item omne
marmor erat legatum. nullam statuam marmoream præter
duas, Cascellius putat deberi. Ofilius, Trebatius contra. La-
beo Cascellij sententiam probat. quod verum puto. quia duas
statuas legando, potest videri non putasse in marmore se' sta-
tuas legare.

Questio ex ambiguo.

V X O R I M E A E * V E S T E M , * M V N D Y M M V L I E - 2
B R E M , O R N A M E N T A O M N I A , A V R V M , A R G E N -
T V M , Q V O D E I V S C A V S A F A C T V M P A R A T V M Q V E
E S S E T , O M N E D O L E G O . Trebatius haec verba, Q V O D
E I V S C A V S A F A C T V M P A R A T V M Q V E E S T , ad
aurum & argentum dumtaxat referri putat. Proculus ad om-
nia. quod & verum est. Cui Corinthia vasa legata essent, 3
& B A X E I Z d quoque eorum Basorum collocandorū causa
paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non pro-
bat, si eas B A X E I Z testator numero Basorum habuit. Pro-
clus vero recte ait si æneæ quidem sint, non autē Corinthiæ:
alii abaces legantur. Cui testudinea legata essent, ei lectos testudi- 4
neos pedibus inargentatos deberi, Labeo, Trebatius respon-
derunt. quod e verum est.

*Legatis prediis, que quis habet, an predia pigno-
rata debeantur.*

c. I. S C A E V O L A libro sextodecimo Dige-
storum!

f Alc.lib.4. diffunc.
e p. 13.
g nec non alia

Q Vi f habebat in prouincia, ex qua oriundus erat, propria
prædia, & g alia pignori sibi data ob debita, codicillis
ita scripsit. ΤΗ ΓΑΥΚΥΤΑΤΗ ΜΟΥ ΠΑΤΡΙΔΙ ΒΟΥ-
ΛΟΜΑΙ ΕΙΣ ΤΑ ΜΕΡΗ ΑΥΤΗΣ ΔΟΘΗΝΑΙ. ΑΦΟ-
ΡΙΖΩ ΑΥΤΗ ΧΩΡΙΑ ΠΑΝΤΑ, ΟΣΑ ΕΝ ΣΥΡΙΑ
κε-

ΚΕΚΤΗΜΑΙ ΣΥΝ ΠΑΣΙΝ ΤΟΙΧ ΕΝΟΥΣΙΝ ΒΟΞ-
ΚΗΜΑΣΙΝ, ΔΟΥΛΟΙΣ, ΚΑΡΠΟΙΣ, ΑΠΟΘΕΤΟΙΣ^a, κατασκευαις πασαις. quæsitum est, an etiam præ-
dia quæ pignori habuit testator, patriæ suæ reliquissæ videa-
tur. respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri
relicta: si modò in proprium patrimonium, quod ferè cessante
de Vitore fit, non sint redacta. PETO FVNDSVM MEVM
ITA VTI EST, ALVMNAE MEAE DARI. quæsitum est,
an fundo^b & reliqua colonorum, & mancipia si qua mortis
tempore in eo fundo fuerint, debeātur. respondit reliqua qui-
dem colonorum non esse legata. cetera verò videri illis verbis
ITA VTI EST dati.

Coniectura voluntatis.

CII. IDEM^c libro septimodecimo Digestorum^d

His verbis legauit: UXORI MEAE LATERARIA^e MEA & lateralia
VIATORIA, ET QVID QVID IN HIS CONDI-
TVM EBIT, QVÆ MEMBRANVLIS MEA MANV
SCRIBTIS CONTINE BVNTVR, NEC^f EA SINT^g d ne nos exæcta
EXACTA CVM MORIAR, LICET IN RATIONES erunt,
MEAS TRANSLATA SINT, ET CAUTIONES AD
ACTOREM MEVM TRANS TVLERIM. hic chirogra-
phæ debitorum & pecuniam, cum esset profecturus in urbē,
in lateralibus condidit: &^e chirographis exactis, quām pe-
cunia erogata, reuersus in patriam poit biennium alia chiro-
graphæ prædiorum, quæ postea comparauerat, & pecuniam
in lateralia^f condidit. quæsitum est, an ea tantum videatur^h lateralia
nomina ei legasse, quæ postea reuersus in hisdem lateralibus
condidit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, nō de-
beri quæ mortis tempore in his lateralibus essent, & mem-
branis manu eius scriptis continerentur. Idemⁱ quæsitus est, an cū^j Item quæsitus est,
emptiones prædiorum in hisdem lateralibus cōdiderat, præ-
dia quoque legato cedant. respondit, non quidem manifestè
apparere quid deprædiis sensisset. verū si ea mente emptio-
nes ibi haberet, vt his legatariae datis proprietas prædiorum
præstaretur: posse defendi, prædia quoque deberi. Paterfa-
miliæ ita legauit, LANCES NUMERO DVAS LEVES,
QVAS DE SIGILLARIBVS^k HEMI, DARI VOLO. is de
sigillaribus leues quidem non emerat, lances autem emptas
habebat. & dictauerat testamētum ante triduum quām mo-
reretur. quæsitum est, an hæ lances, quas emptas de sigillari-
bus habuit, legato cederent, cum nullas alias de sigillaribus
emerit, nec legauerit. respondit, secundum ea quæ propone-
rentur, deberi eas quas de sigillaribus emisset. Alunno præ-
cepit militiā his verbis, SEMPRONIO ALVMNO MEQ

ⁱ Eleganter hæc, sre
uclæ responsum explic.
eat Alex. ab Alex.
li. 3. Gent. diecc. 4.

^j habebat, legato
cedant,

^a Plin ad Traie. Sux
pereft ergo ut ipfe in-
fessus, an in omni-
bus ciuitatibus certū
aliquid emnes, quā
Bulenta legumq[ue] de-
beant pra introitu
dare.
^b hæcque omnia

ILLVD ET ILLVD : ET CVM PER AETATEM LI-
CEBIT, MILITIAM ILLAM CVM^a INTROITV
COMPARARI VOLO : HVIC^b QVOQVE OMNIA
INTEGRA. quæsitum est, si Sempronius eam militiam si Vi
comparauerit, an pretium eius, sed & id quod pro introitu
erogari solet, ex causa fideicommissi ab heredibus consequi
posset. respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse. Idē
testator liberto militiam his verbis legavit, SEIO LIBER-
TO MEO MILITIAM DO LEGO ILLAM. quam
militiam & testator habuit. quælitum est, an onera om-
nia & introitus militiae ab hærede fint danda. respondit
danda.

*Legata ab exheredato substituto non valent, etiam si ad
eum bona defuncti perueniant per me-
diā personam.*

C III. IDEM libro singulari Quæstionum publice
tractatarum^b

^c fratus

^d sed &

^e in semissim

^f sanguinem

Si pater exheredato filio substituit heredem extraneū, deinceps ille extraneus hunc filium heredē instituit, & heres factus intra pubertatem decebat: puto à substituto ei filio omnino legata præstari nō debere, quia nō directo, sed per successionem ad filiū hereditas patris peruenit. plus ego in fratre, qui cum heres exstitisset patri, exheredatum fratrem heredem iustituit, accepit substitutum eius legatum non debere. ac ne quidem si intestato fratre^c successerit: quia non principaliter, sed per successionem bona fratri ad eum peruerunt. Si filius ex vincia heres institutus sit, & lab eo^d legata data sint, habeat & substitutum, deinde commissio edicto per alium filiū accepit partis dimidiæ bonorum possessionem: substitutus eius vtrū ex vincia legata præstat, anverò ex semisse? & verius est ex semisse. sed^e ex vincia, omnibus. ex reliquis, liberis & parentibus. contra quoque si ex dodrante institutus commissio edicto^f semissim acceperit bonorum possessionem: ex semisse tantum legata substitutus debebit. quomodo enim augentur^f vbi amplius est in bonorum possessione: sic & vbi minus est deducitur.

LIBER TRIGESI-

M V S T E R T I V S.

DE ANNIS^a LEGATIS ET FIDEI-
COMMISSIS.

POMPONIVS^b libro quinto ad Sabinum^c

a De annis &
mētruis legatis,
fidelcommis.
b Vlpianus



V M IN A N N O S singulos quid le-
gatum sit, neque adscriptum quo loco de-
tetur: quocumque loco petetur, dari de-
bet. sicut ex stipulatu, aut nomine factō
petatur.

Mora heredis.

II. IDEM libro sexto ad Sabinum

IN annos singulos heres damnatus finere me frui fundo, si
initio anni quo colere deberem, moram fecerit: licet postea
patiatur, quia^c cultura sum exclusus, tamen totius anni nomi-
ne mihi tenebitur. quemadmodum si^d diurnas operas Stichi
dare damnatus, non à mancسد à sexta diei hora det: totius
diei nomine tenetut.^e

c quiescens &
cultura
d est
e reuebitur.

Annua, bina, triua die legatum.

III. V L P I A N V S libro vicelimo quarto ad Sa-
binum^f

SI legatum fit relictum annua Vima triua die, triginta for-
tē: dena per^f singulos debentur annos, licet non fuerit adie-
ctum AE Q V I S P E N S I O N I B V S, proinde & si adiectum
f Ex hoc liceat &c.
penu. apparet, quid sit
fuerit P E N S I O N I B V S, licet non sit insertum AE Q V I S: itē
annua, bina, triua
si scriptum fuerit AE Q V I S, licet non sit adiectū P E N S I O-
N I B V S : dicendum erit æquas fieri. Sed si adiectum P E N-
S I O N I B V S I N AE Q V I S, & inæquales debebūtur, quae er-
go debeantur, videamus. & puto eas deberi, nisi specialiter te-
stator electionem heredi dedit, qui vir bonus fuerit arbitra-
tus. vt pro facultatibus defuncti & depositione^h patrimonij li dispositione vel,
de portione vel, po-
debeātur. sed ei si fuerit adiectū V I R I B O N I A R B I T R A-
T V, hoc sequemur, vt propositione patrimonij sine vexatio-
ne & incommodo heredis fiat, quidⁱ si ita, P E N S I O N I B V S i quid
Q V A S P U T A V E R I T L E G A T A R I V S? an totum petere
possit, videamus. & puto totum non petendum simul. sicut
& in heredis electione. fieri enim pensiones deberet testator vo-
luit. quantitates dum taxat pensionū in arbitrio^k heredis aut k in arbitrium
legatarij contulit. sed si ita sit legatum, HER E S M E V S T I-
T I O D E C E M T R I M A D I E D A T O: vtrum pensioni-
bus, an verò post triennium debeatur?^l & puto sic accipiendū, l debeatur
quasi paterfamilias de annua bina triua die sensisse propa-
natur.

VII.

Vsurarum modus.

Sic cui certa quantitas legetur, & quoad præstetur, in singulos annos certum aliquid velut vsuras iussit testator præteriti: legatum valet, sed ^a in vsuris haec tenus ^b debet valere, quantum modum probabilem vsurarum non excedit.

Tot legata, quot annis præstationes.

I I I I . P A V L V S || libro sexagesimo secundo ad
Edictum

SI in singulos annos alicui legatum sit, Sabinus, cuius sententia vera est, plura legata esse ait. & primi anni purum, sequentium condicione. viderienim hanc inesse condicione, si vivat. & ideo mortuo eo ad heredem legatum non transfire.

Pensio ultimi anni integra.

V. M O D E S T I N V S || libro decimo Respon-
sorum

AV O B I S Q V O Q V E C E T E R I H E R E D E S P E T O ,
A V T V X O R I M E A E P R A E S T E T I S Q V O A D V I V E-
R E T , C A N N V O S D E C E M A V R E O S . V X O R s u p e r u i x i t m a-
r i t o q u i n q u e n n i o & q u a t t u o r m e s i b u s . q u a r o a n h e r e d i b u s
e i u s s e x t i a n n i l e g a t u m i n t e g r u m d e b e a t u r . M o d e s t i n u s r e s p o n-
d i t , i n t e g r i s e x t i a n n i l e g a t u m d e b e r i .

Coniectura voluntatis.

VI. I D E M || libro vndecimo Responorum

ANnuam pecuniam ad ludos ciuitati^d reliquit, quibus præsidere heredes voluit. successores heredum negant se deberi: quasi testator tamdiu præstari voluisse, ^e quamdiu præsiderent heredes. quæro igitur, ^fan^gcum præsidendi mentionem fecerit, ad tempus fideicommissum, an perpetuū præstari voluerit. Modestinus respondit, fideicommissum quodannis in perpetuum reipublicæ præstandunt: esse.

Cum authoritas sola est testatoris sine obligatione, interiunctu in-
dicis ad effectum perducitur.

VII. P O M P O N I V S || libro octavo ad Quintum
Mucium

QVINTUS MUCIUS ait, si quis in testamento ita scripsit, F I-
LII FILIAE Q V E M E A E I B I S Y N T O , V B I E O S
MATER SVA E S S E V O L E T : E I S Q V E H E R E S M E-
V S I N A N N O S S I N G V L O S , I N Q V E P V E R O S P V E L-
L A S Q V E S I N G V L A S , D A M N A S E S T O D A R E C I-
B A R I I N O M I N E A V R E O S D E C E M : si tutores ea pecuniam dare nolunt ei, apud quem pueri atque puellæ sunt: nihil est, quod ex testamento agere possit. nam ea res eo pertinet, vt tutores sciant quæ voluntas testatoris fuit. vt possint eam pecuniam sine periculo dare. Pomponius: in testamentis
qua-

quædam scribuntur, quæ ad auctoritatem dumtaxat scribentis referuntur, nec obligationem pariunt, hæc autem talia sunt, si te heredem solum instituam, & scribam ut monumentum mihi certa pecunia facias: nullam enim obligationem eascrippta recipit. sed ad auctoritatem meam conseruandam poteris, si velis, facere. aliter atque si coherede tibi dato idem scripsero, nam siue te solum damnauero, ut monumentum facias; coheres tuus agere tecum poterit familiae herciscundæ, ut facias: quoniā intereat illius. quin etiam si utriusque iussi elitis hoc facere, in uicem actionem habebitis. Ad auctoritatē scribentis hoc quoque pertinet, cum quis iussit in municipio imagines ponit. nam si non honoris municipij gratia id fecisset, sed sua: actio eo nomine nulli competit. Itaque hæc Quinti Mucii scriptura LIBERI MEI IBI SVNTO, VBI EOS MATER SVA ESSERE VOLLET, nullam obligationem parit: sed ad auctoritatem defuncti conseruandā id pertinebit,^a a pertinet, ut vbi iussit, ibi sint. Nec tamen semper voluntas eius aut iussum conseruari debet. veluti si prætor doctus sit, non expedire pupillum eo morari, vbi pater^b iussit, propter vitium quod pater fortè ignorauit in eis personis esse, apud quas morari iussit. Si autem pro ciVariis eorum in annos singulos aurei de cem relicti sint: siue hoc seruare non significantur apud quos morari mater pupillos voluerit: siue ita acceperimus hūc sermonem, vt ipsi filii id legatum debeatur: utile erit. & magis enim est, vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur. & in omnibus, vbi auctoritas sola testatoris est, neque omnimodo spernenda, neque omnimodo obseruanda est. sed interuentu iudicis hæc omnia dedent, si non ad turpem causam feruntur,^c c referuntur, ad effectum perduci.

Annuum legatum quomodo finiatur.

VIII. CAIVS libro quinto ad Legem Iuliam & Papiam.
IN singulos annos relictū legatum simile est usui fructui, cum morte finiatur. sane capitis deminutione non finitur, cum usufructus finiatur. & usufructus ita legari potest, TITIO
 VSVMFRVCTVM FVNDI^d LEGO: ETE^e QVOTIENS- d de lego:
 QVE CAPITE MINVTVS ERIT, EVNDEM VSVM-
 FRVCTVM EI DO. illud certè amplius est in hoc legato,
 quod ingressu cuiuslibet anni, si deceaserit legatarius, eius e in ingressu
 annilegatum heredi suo relinquunt. quod in usufructu non ita est:
 cum fructarius, etiā si maturis fructibus, nondū tamen per-
 ceptis deceaserit, heredi suo eos fructus non relinquat.

Pignus testamento constitutum.

VIII. PAPINIANVS libro septimo Responsorum.
Fundus, quem paterfamilias libertis legatorum nomine,
 quæ in annos singulos relinquunt, pignus esse voluit: ex g pignori
 Pars v.

b vbi mater. Et sa-
perioribus apparet
hoc collatum fuisse
in voluntate matris,
non patris. Itaque le-
gendum est mater
potius quam pater.

f in eos fructus
actionem non
relinquit.

causa fideicommissi reiseruandæ gratia rectè petetur. Paulus notat: hoc admittendum est & in aliis rebus hereditariis: ut & in eas legatarius mittatur.

Legatum diuīsum pro modo laboris, & industrie.

x. IDEM libro octauo Responorum[¶]

SEIO AMICO FIDELISSIMO, SI VOLVERIT, SICVT MEIS NEGOTIIS INTERVENIEBAT, Eodem modo filiorum meorum intervenire: annos senos avreos et habitacionem quæ va titur, praestari volo. non ideo minus annua Seio pro parte hereditaria viuentis filiæ deberi placuit, quod ex tribus filiis Titiae duo aliis heredibus institutis vita decesserunt: cum tam labor quam pecunia diuisio nem reciperent. MEDICO SEMPRONIO QVAE VIVA PRAESTABAM, DARI VOLO. ea videntur relista, quæ certam formam erogationis annuae, non incertam liberalitatis voluntatem habuerit. **V**XORI PRAETER ID QVOD A ME VIVO ANNVI NOMINE ACCIPIEBAT, AVREOS CENTVM DARI VOLO. annum videtur, & semel centū aureos reliquise. LIBERTIS DARI VOLO QVAE VIVA PRAESTABAM. & habitatio præstabitur. sumptus iumentorum non debebitur^b, quem^c auctori domina præstare solita fuit vilitatis suæ causa. ideo nec sumptum medicamentorum medicus libertus rectè petet. quem, vt patronam eiusque familiam curaret, acceptabat.

x. PAULVS libro vicesimo primo Quæ-
stionum[¶]

CVM in annos singulos legatur, plura legata esse placet: & per singula legata ius capiendi inspicietur. idem in seruo inspiciendum est ex persona dominorum.

Quomodo constituantur seruitus.

xii. IDEM libro tertiodecimo Respon-
sorum[¶]

GAUS SEIUS PRÆDIA DIUERIS pagis Mæuiæ & Seiæ legauit, & ita cauit. PRÆSTARI AVTEM VOLO EX PRAEDIIS POTITIANIS^d PRAEDIIS^e LUTATIANIS ANNVA HARUNDINIS MILIA TRECENA, ET SALICIS MVNDAE ANNVA LIBRARVM SINGULA MILIA. quæro an id legatum defuncta legataria extinguictum sit. Paulus respondit, seruitute iure constitutam non videri neque in personam neque in rem. sed fideicommissi petitionem competit ei cui prædia Lutatiana legata sunt. & ideo cum annua legata fuerint, mortua legataria finitum legatum videri.

a sumptus autem
b. debebantur,
c. quos

d Pontianis
e ex prædiis Lu-
tatiens ad. Lutia-
nis

Condicio que habetur pro impleta.

XIII. SCAEVOLA libro quarto Responsorum¹

M Aeuia nepotem ex Mætio puberem heredē instituit, & Lucio Titio ita legauit: LVCIO TITIO VIRO BONO, CVIVS OBSEQVIO GRATIAS AGO, DARI VOLE ANNOS QVAMDIV VIVAT AVREOS DECIM, SI REBUS NEPOTIS MEI INTERVENIAT, OMNEMQVE ADMINISTRATIONEM RERVM NEPOTIS MEI AD SOLlicitudinem svam revocaverit. quero, cum Lucius Titius aliquo tempore Meij negotia gererit, & per eum non stet, quo minus gerat: Publius autem Mætius noller eum administrare: an fiduciocommissum præstari debeat, respondi, si non propter fraudem, alia. ne quam iustum causam improbandæ operæ causa remotus effet à negotiis, quæ administrare secundum defuncti voluntatem veller: percepturum legatum.

Questio de bono & equo, que non potest in uniussum definiri.

Vxore herede scripta ita cauit: LIBERTIS MEIS OMNIBVS ALIMENTORVM NOMINE SINGVLIS ANNOS DENARIOS DVODECIM AB HEREDE DARI VOLO, SI AB VXORE MEA NON RECESSERINT. quero, cum paterfamilias sua voluntate deciuitate difficile profectus sit, ea autem adsiduè proficiscatur: an liberti cum ea proficisci debeat, respondi, non posse absolute responderi: cum multa oriri possint, quæ pro bono sint astimanda.^a ideoque huiusmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda est. Item queritur, cum proficiscens eis nihil an lius optulerit, ac per hoc eam secuti non sint, an legatum debeatur, respondit, & hoc ex longinquis breuibusque excursiōibus, & modo legati astimandum esse.

Coniectura voluntatis.

XIV. VLPIANVS libro secundo Fideicommissorum¹

S I cui annum fuerit relictum sine adiēctione summæ: nihil videri huic adscriptū Mela ait. sed est verior Nerus sententia, quod testator prælata solitus fuerat, id videri relictū. sic minus, ex dignitate personæ statui oportebit.

An fideicommissum in diem relictum posset ante diem solui.

XV. VALENS libro septimo Fideicommissorum¹

I Auolenus^b eum, qui rogatus post decem annos restituere pecuniā, ante diem restituerat, respondit si propter capientis personam, quod rem familiarem tueri non posset, in diem fideicommissum relictum probetur, & perdituro ei id heres

a. Huius sententia congrat quod preciari. M. Cicer. Orat. pro Ca. Plau. nec semper easdem sententias ab hisdem, sed quascumque resp. statue, inclinatio temporis, ratio concordia postulare, esse defendendae.

b. propter

c. fin

d. labolenus

e. Si dies adiectus est propter dantia personarum, (quod superfluit) licere: anno diem soluere. l. legatis. g. cum dies infinitus. & demissi. l. eum quis. g. quosies. inf. de verbis obligatis enim favori pro se introducto renuntiari. l. Si quis in Co. de pat.

ante diem restituisset: nullo modo liberatum esse. quod si tempus heredis causa prorogatum esset, ut commodum medijs temporis ipse sentiret: liberatum eum intellegi. nam & plus eum praestitisse quam debuisset.^a

XVI. PAULVS libro tertio ad Neratium^b

Seu post decem annos liber esse iussus est, legatumque ei ex die mortis domini in annos singulos relictum est. eorum quidem annorum, quibus iam liber erit, legatum debebitur. interim autem heres ei alimenta praestare compellitur.

b Labeo

XVII. LABEO^c libro secundo Posteriorum Iauoleno epitolatorum^d

Legatum ita est, ATTIAE DONEC NVBAT, QVINQVAGINTA DAMNAS ESTO HERES MEYS DARE: neque adscriptum est IN ANNOS SINGULOS. Labeo, Trebatius praesens legatum deberi putat. sed rectius dicetur, id legatum in annos singulos deberi. VINI FALERNI, QVOD DOMINASCERETVR, QVOTANNIS IN ANNOS SINGULOS BINOS CYLEOS HERES MEVS ATTIO DATO. etiam pro eo anno quo nihil vini natum est, deberi duos culeos: si modum ex vindemia ceterorum annorum dari possit.^e

Coniectura voluntatis.

XVIII. SCAEVOLA^f libro quartodecimo Digestorum^g

Codicillis testamento confirmatis, fundum libertis leguit, eumque alienariveruit. sed pertinere voluit & ad filios libertorum, velex his natos. deinde haec verba adiecit. A QVIBVS PRAESTARI VOLO HEREDI EX REDEITV EIVS PVNDI DECEM PER ANNOS SINGULOS VSQVE AD ANNOS TRIGINTA QVINQUE A DIE MORTIS MEAE. quae situm est, cum heres à Titio institutus intra^h trigeminum quintum annum aetatis deceperit: an residui temporis fideicommissum ex verbis superscriptis heredis quoque heredi debeatur. respondit deberi: nisi ostendatur à libertis, restatorem ad heredis trigeminum quintum annum respexisse.

Legatum ante tempus petendum.

Sticho alumno suo centū, & menistroos decem, & annuos centum dari voluit. & Semproniā, quam heredem ex triente iniituerat, rogauit in hęc verba: IDEI TVAE COMMITTO SEMPRONIA SOROR, VT I LEGATA, QVAE ALVMNIS MEIS RELINQVI, EX MEDIO RECICPIAS, ET APVD TE HABEAS QVOD VSQVE COMMENDATOS HABEAS. quae situm est, cum Sempronia, cuius fideicommissum sit, abstinuerat se hereditate ante-

e Si rem puniti di
singulatur verba haec
in annos singulos
glossem non erit. ut
falsò putarunt qui-
dam.

d est.

e cullos respon-
dit:

f possint.

g vel

h infra

antequam secundum voluntatem defuncti percepere peret pecuniam aluminis relicta, an Sticho de legatis actio etia ante vicecum quintum annum competat. respondit competere.

Legatum relictum ab usufructuario, morte eius finitur.

xviii. IDEM libro septimodecimo Digestorum

T Itia herede Seiascripta, usumfructum fundi Maeuiolegavit, eiusque fidei commisit in haec verba: A TE MAE VI
EX REDITV FVNDI SPERATIANI PRAESTARI
VOLO ARRIO PAMPHILO ET ARRIO STICHO
EX DIE MORTIS MEAE ANNOS SEXCENTOS
QVOTANNIS QVOAD VIVENT. quæsitum est, cum Meuius annua alimenta præstiterit, post mortem autem eius fundus ad heredem Titiae pleno iure redierit: an alimenta ex fideicommisso Pamphilo & Sticho debeantur. respondit, nihil proponi, cur debeat præstari ab heredibus Titiae: cum ab usufructuario alimenta relicta sunt. Idem quæsitus, an ab heredibus Maeuij legatarij præstanta sint, respondit, nihil ab herede^a legatarij, nisi testatore manifeste proberetur voluisse etiam finito usufructu, præstari. si modò id quod ex usufructu

1. Etu receptum esset, ei rei parandæ sufficeret. Qui Marco hominidocto certa annua præstabat, testamento cauit: D O M I N A S A N C T I S S I M A S C I O T E D E A M I C I S M E I S C V R A T V R A M , NE QVID H I S D E S I T : V E R V M T A M E N E T M A R C O D A R I C OCTINGENTA. quæsumum est, an Marcus præstitis sibi ex causa legati octingentis, annua quoque consequi debeat. respondit, nihil proponi cur non secundum ea quæ in consultatione collata essent, debeantur.

2. LVCIO TITIO AVRI PONDO TRIA, QVAE VIVA PRAESTABAM . quero, cum testatrix quadraginta Titio quoad viueret, c^e salary nomine certam summam, & amplius festorum dierum nomine certum pondus argenti, aut pro eo pretium præstiterit: an eadem ex causa legati vel fideicommissi ab heredibus eius Titio præstari debeat. respondit, nihil proponi cur præstanta non sunt.

Legatum debitum conditione deficiente.

xx. IDEM libro octauodecimo Digestorum

A Nnua his verbis legauit, SI MORARENTVR CV M f morentur MATRE M EA , QVAM HEREDEM EX PARTE INSTITVI. quæsumum est, an mortua matre condicio adposita defecisse videatur: ac per hoc neque cibaria neque vestiaria his debeantur. respondit, secundum ea quæ proponerentur, deberi.

Templo relictum fideicommissum censetur, licet
ministri sint nominati.

Attia fideicommissum his verbis reliquit, QVIS QVIS
MIHI HERBS ERIT, FIDEI EIVS COMMITTO,
VTI DET EX REDITV CENACVL MEI ET HOR
REI POST OBITVM SACERDOTI ET HIERO-
PHYLACO³ ET LIBERTIS, QVI IN ILLO TEM-
PL O ERVNT, DENARIA DECEM DIE NVNDINAJ
RVM QVAS IBI POSVI. quero vtrum his dumtaxat, q̄n̄
eo tempore quo legabatur, in rebus humanis & in eo officio
fuerint, debitum sit: an etiam his qui in locum eorum succe-
serunt, respondit, secundum ea quae proponerentur, minister-
rium nominatorum designatum. ceterum datum templo.
Item quero, vtrum uno dumtaxat anno decem fideicommissi
nomine debeantur: an etiam in perpetuum decem annua pre-
stanta sint. respondit, in perpetuuni.

Legatum ex reditu eccl̄i prædiū prestandum, alienatō
predio, non extinguitur.

xxi. 1 p e m libro vicefimo secundo Digestorum

Liberto suo ita legauit, PRAESTARI VOLO PHILONI,
VS QVE DVM VIVET^c, QVIN QVAGESIMAM
OMNIS REDITVS, QVAE^d PRAEDIIS A COLONIS
VEL EMPTORIBVS FRVCTVS, EX CONSVENTU
DINE DOMVS MEAE PRAESTANTVR^e. heredes præ-
dia vendiderūt, ex quorum reditu quinquagesima relicta est:
quæsitum est an pretij vsuræ, quæ ex consuetudine in prouin-
cia præstarentur, quinquagesima debeatur. respondit, redi-
tus dumtaxat quinquagesimas legatas, licet prædia vendita
sunt.

Fideicommissum à legatario relictum ob Falcidiam
non minuitur.

A liberto, cui fundum legauerat ferentem annua sexaginta, per fideicommissum dederat Pamphilæ annua déna. quæsitū est, si lex Falcidia liberto legatum minuerit, an Pamphilæ quoque annum fideicommissum minutum videatur: cum ex reditu legata sint, quilargitur, etiam si Falcidia partem di-
midiam fundi abstulerit, annuam Pamphilæ præstationem. respondit, secundum ea quae proponerentur, non videri mi-
nutum: nisi si alia mens testatoris probaretur.

Interpretatio voluntatis.

Filiū ex dodrante, vxore: ex quadrante instituit here-
des: & filij fidei commisit, vt nouercæ restitueret hereditatem.
ab ea autem petit, vt infirmitatem filij commendatam habe-
ret. eiique menstruos aureos denos præstaret donec ad vicefim-
num quintū annum ætatis peruererit. cum autem impletset
eam

a ἀρεφύλακας: ¹⁴
vide in hac licet.
Alexan. ab Alex. lib.
Genit. dictum §. 6. 17.

b ministerium
quidem

c vñit,
d quæ ex prædiis
e præstatur,

f Quidam filium

eam ætatem, partem dimidiā hereditatis ei restitueret. filius deducēta dōdrantis parte quarta, ex qua institutus erat, nouerā hereditatem restituīt: & postea impleuit vicesimum quintum annum ætatis. quæsūtum est, cum nouerā vniuersæ hereditatis haberet dōdrantem, semunciam^a, & fīcīlīcum^b, an eius partem dimidiā priuigno suo restitueret. respondi, secundum ea quæ proponerentur, tantum restituendū, quantum cum eo quod Falcidie nomine filius dēduxisset, semisem faceret. Idem quæsūt, an quod infirmitati filij pater consulere voluerit, fructus quoque mediū temporis nouerā ei restituere deberet. respondit, secundum ea quæ proponerentur, debere.

Si legatarius non impler modum à testatore adiectum, legatum et solutum revocatur.

- 3 Lucius Titius testamento patriæ suæ ciuitati Sebasteorum centum legauit, vt alternis annis ex vsuris eiusdem certamina sub^c nominis eius^d célébrarentur: & adiecit hæc verba. *Q VOD SI C O N D I C I O N E S V P R A S C R I P T A R E C I P E R E L E G A T A M S I B I P E C V N I A M C I V I T A S S E B A S T E N O R V M N O L V E R I T, N U L L O M O D O H E R E D E S M E O S O B L I G A T O S E I E S S E V O L O. S E D H A B E R E S I B I P E C V N I A M. p o s t e a p r æ s ēs p r o u n i c a e x n o m i n i b u s d e b i t o r u m h e r e d i t a r i o r u m e l e g i t i d o n e a n o m i n a , & i n c a u s a m l e g a t i r e i p u b l i c a e a d i j u d i c a i u t . p o s t c u i s s E N T i a m r e s p u b l i c a à p l e r i s q u e d ad i j u d i c a t a s à p l e r i s q u e sibi*
- pecunias percepit. quæsūtum est, an si res publica condicionibus testamento adscriptis postea non paruerit, legatum ad filios heredes pertineat. respondit, rempublicam voluntati testatoris parere compellendam, ac nisi faciat, in his quidem summis, que per numerationem vel nouationem solutæ sunt, ut illi repetitione heredes adiubandos ab his verò nominibus, que neque soltierunt reipublicæ neque nouatione abscesserunt à pristina obligatione, non prohibendos, quo minus debitum petant.

Nudus minister, siue executor, non satisdat.

- 4 Largius Eurippianus^e consuluit, alumno certam pecuniam patronum testamento legasse, deque ea retestamento ita cauisse, *P E C V N I A M Q V A M T I T I O L I B E R T O E T A L V M N O M E O L E G A V I, E S S E V O L O P E N E S P U B L I V M M A E V I V M V S Q V E A D A N N Y M V I C E S I M V M Q V I N T V M A E T A T I S E I V S, P R O Q V E E A C O M P V T A R I C V M E O V S V R A S Q V A D R A N T E S. Q V A N T V M A V T E M I N S V M P T V M E I S T A T V E N D V M S I T, T V P U B L I M A E V I, E V M P A T R I S A F F E C T V M E I P R A E S T A R E D E-*

^a In epistola nonnulli his legunt: semiunciani.
Aug. lib. 2. c. 2. c. 3.
^b Constat duabus drachmis. Alia ad sisval de metu. lib. II.
^c Sunt qui hic legat filium.

BEAS, AESTIMABIS. quæsitum est, an heredes à Publio
Mævio satis accipere debuerint, soluentes eam pecuniam.
respondit, cum testamento nulla exigendæ satisfactionis com-
memorario fiat, satis habuissè heredes, secundum volunta-
tem defuncti Publio Mævio pecuniam numerare. & ideo nec
Titius alumnus, vel heredes eius audiri debeant^a, aduersus
heredes patroni agentes, quod satis non exegerunt. ex ea enim
numeratione etiam à Titio, ac proinde etiam ab heredibus e-
ius liberatos esse superscriptos heredes. nisi viuente testatore
Publius Mævius soluendo esse desierit. tunc enim cautio ab
eo exigenda est.

Interpretatio voluntatis.

Pater duos filios æquis ex partibus instituit heredes, ma-
iorem, & minorem qui etiam impubes erat: & in partem eius
certa prædia reliquit. & cum quatuordecim annos impleue-
rit, certam pecuniam ei legauit, idque fratri eius fidei com-
misit. à quo petit in hæc verba. A TE PETO SEI, VT AB
ANNIS DVODECIM AETATIS AD STVDIA LIBE-
RALIA FRATRIS TVI INFERAS MATRI EIVS
ANNVA TOT VSQVE AD ANNOS QVATTVR-
DECIM. EO AMPLIUS TRIBVTA FRATRIS TVI
PRO CENSU EIVS DEPENDAS DONEC BONA
RESTITVAS. ET AD TE REDITVS PRAEDIO-
RVM ILLORVM PERTINEANT, QVO AD PERVE-
NIAT FRATER TVVS AD ANNOS QVATTVR-
DECIM. quæsitum est, defuncto maiore fratre, herede alio
relieto, vtrum omnis condicio percipiendi redditus fundoru^b,
anniuersaria præstetur^c: alia, quæ præstaturus esset si viueret
Seijs, ad heredem eius transferint: an verò id omne protinus
ad pupillum & tutores transferri debeat. respödit, secundum
ea quæ proponerentur, intellegitur^d testator quasi cum tuto-
re locutus: vt tempore quo tutela restituenda est, hæc^e quæ
pro annuis præstari iussisset, percipiendisq; fructibus, finian-
tur. sed cum maior frater morte præuentus est, omnia quæ re-
litta sunt, ad pupillum & tutores eius cōfestim post mortem
fratris transisse.

XXII. ALFENVS IVARVS libro secundo Digesto-
rum à Paulo epitomatorum^f

FILIAE MEAE, QVOTIENS CVM QVE VIDUA
ERIT, IN ANNOS SINGVLOS CENTVM HE-
RES MEVS DATO. queritur, si filia minus anni^g tem-
poris vidua fuisset, numquid minus ei centum deberentur.
respondit, sibi videri, tametsi totus annus nondum fuisset, ta-
men deberi.

fundorum, & vt
e præstentur:

d intelligi testato-
rem
e locutum:
f hæc quoq; quæ

Coniectura voluntatis.

XXIII. MARCIANVS^a libro sexto Institutio-
num^b

a Marcellus

CVM quidam decurionibus diuisiones dari voluissest die natalis sui: Diui Seuerus & Antoninus rescriperunt, non esse verisimile, testatorem de vno anno sensisse, sed de perpetuo legato.

XXIV. IDEM libro octauo Institutionum^c

CVM erat certa pecunia, id est centum reipublicæ Sardiniorum relicta per quadriennium certaminis Chrysanthiani: Diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, videri perpetuam pensitationem reliquissime testatorem per quadriennium, non in primum quadriennium.

XXV. VALEN^s libro secundo Fideicom-
missorum^d

b Calus

Filiofamilias, quoad in potestate patris sit, in annos singu-
los dena dari possunt.

**DE VS V ET VS VFR CTV ET REDITV ET
HABITATIONE ET OPERIS PER LE-
GATVM VEL FIDEICOMMISSVM
DATIS TIT. II.**

e Hic tit. ad auctiunc
in personam magis
reficitur: libro autem
septimo supra, ad
disponem in rem.

*Vsusfructus seruitutis realis non potest legari, ut propriè pre-
stetur: sed prestabitur prout potest.*

PAVLYS libro tertio ad Sabinum^e

NE c v s y s nec vsusfructus itineris, actus, viæ, aquæ-
ductus^f legari potest: quia seruitus seruitutis esse non
potest, necerit vtile ex senatusconsulto, quo cauetur
vt omnium, quæ in bonis sint, vsusfructus legari posset. quia
id neq; ex bonis neq; extra bona sit. sed incerti actio erit cum
herede, vt legatario quamdiu vixerit, eundi, agendi, ducendi
facultatem præstet. aut ea seruitus constituantur sub hac cau-
tione, vt si deceaserit legatarius, vel capite deminutus ex ma-
gna^g causa fuerit, restituatur.

d aquæductus

e & v t ea

f Verba sunt compo-
storum Pandectarum
additæ propriæ cor-
ruptionem. C. de Y-
suf.

II. PAPINIANVS libro septuaginta decimo Quæ-
stionum^h

Hominis operæ legatæ, capitinis deminutione vel non vten-
do nō amittuntur. & quoniam ex operis mercedem per-
cipere legatarius potest, etiam operas eius ipse locare poterit.
quas si prohibeat heres capi, tenebitur. Idem est, & si seruus
se locauerit. & quia legatarius fructarius non est, ad here-
dem suum operarum legatum transmittit. sed seruo vsu capto
legatum perit.

III. P A V L V S libro tertio ad Sabinum¹

Hominis quoque liberi operæ legari possunt. sicut locari,
& in stipulationem deduci.

III. V L P I A N V S libro octauodecimo ad
Sabinum²

Si pure proprietas legata erit, ea ad legatarium perueniet,
quamvis fructuarius heres sit institutus.

V. P A V L V S libro tertio ad Sabinum³

VSumfructum cum moriar inutiliter stipulor. idem est in
legato. quia & constitutus vsusfructus morte intercidere
solet.

Aestimatio vsusfructus post moram heredis.

VI. P O M P O N I V S libro quintodecimo ad Sabi-
num⁴

Si vsusfructus mihi in biennium continuum à morte testa-
toris legatus sit, & per heredem steterit, quo minus eum
mihi daret: præterito biennio nihilo minus tenetur. quemad-
modum teneretur, si res legata in rerum natura esse desisset,
quam quis deberet, moratusq; esset in ea danda. vt peti qui-
dem iam vsusfructus, quil gatus sit, non possit: quia alius fu-
turus sit, quam qui legatus fuerit. sed aestimatio eius bima-
duintaxat facienda sit.

VII. V L P I A N V S libro vicefimo sexto ad E-
dictum⁵

OPer æ testamento relictæ quando cedere debeant? vtrum
ex quo petit eas legatus, an ex quo adita hereditas est?
& cui pereant dies, quibus æger seruus fuit? & puto ex die pe-
titionis eas cedere. quare si post petitas æger esse seruus coepe-
rit: legatario peribunt.

VIII. G A I V S libro tertio de legatis ad edictum
prætoris⁶

Si vsusfructus⁷ municipibus legatus erit, queritur quousq;
in eo vsusfructu tuendi sint. nam si quis eos perpetuo tue-
d Idem scripti alio li- tur, nulla utilitas erit nudæ proprietatis, semper abscedente
bro Caius, et constat vsusfructu. vnde centum annos obseruandos esse constat: qui
ex l. 51. de v. fr. sup.
e De fr. v. v. l. finis vitæ longissimus esset.

Legatum caducum remanet apud heredem cum
onere suo.

VIII. V L P I A N V S libro octauo Disputationum⁸

Si ab eo, cui legatus esset vsusfructus, fideicommissum fue-
rit relictum: licet vsusfructus ad legatarium non peruenie-
rit: heres tamen, penes quem vsusfructus remanet, fideicom-
missum præstat. quod & in militis testamento erit dicendū;
si legatarius, a quo fideicommissum relictum est, repudiae-
rit legatum, vel viuotestatore decesserit.

a Hic obserua post it-
terium readebita,
ntu rem ipsam, sed
vix estimassim
peti.

b binas: in quibusdā
debet.

c Coniunge l. Me-
tius. §. si. de leg. 2. &
l. 73. id si. de leg. 1.
d Idem scripti alio li-
bro Caius, et constat
ex l. 51. de v. fr. sup.
e De fr. v. v. l. finis vitæ longissimus esset.

g Pinius Plin. libr. 7.
nat. hist. c. 48.

Connunctio, posita inter incompatibilia, resolutur in disiunctinam.

X. IULIANVS libro septuagesimo octauo Digestorum⁸

SI Titio fundus, & eiusdem fundi vsusfructus legatus fuerit: erit in potestate eius, fundum, an vsunifructum vindicare malit. & si fundum elegerit, necessariò plenam proprietatem habebit, licet vsumfructum à se reppulerit. si verò vsumfructum habere maluerit, & proprietatem fundi reppulerit: solum vsumfructum habebit.

XI. IDEM libro primo ex Minicio⁹

Habitationis¹⁰ legatum in singulos annos ab initio anni a quoq; legatum deberi constat.

XII. ALFENVS VARVS libro secundo digestorum
à Paulo epitomatorum¹¹

Heres in fundo, cuius vsusfructus legatus est, villam possuit. eam inuito fructuario demolire^b non potest: nihilo magis, quam si quam arborem posuisset, ex fundo is^c uelle-re vellet. sed si antequam vsufructarius prohibuerit demolierit^d: impunè facturum.

^b demoliri non
posse:
^c & ex

^d demolitus erit-

XIII. PAVLVS libro tertiodecimo ad Plautium¹²

CVm vsusfructus alternis annis legatur, nō vnum, sed plurima legata sunt. aliud est in seruitute aquæ & viæ. viæ enim seruitus vna est: quia natura sui habet intermissionem.

XIV. CELSVS libro octauo decimo Digestorum¹³

DVos separatim vtifrui finere damnatus heres, communitate teneretur. dixi teneri, si testator vtrumque solidum habere voluit. nam ipsius onus est, vt solidum singulis legatum præstaret. qua parte igitur alteri vtifrui fineretheres, ea parte eum nō finere alterum vtifrui. ideoq; per aestimationem unicus; quod deest, replere debet.^e

^e debere.

XV. MARCELLVS libro tertiodecimo Digestorum¹⁴

DAMNAS ESTO HERES TITIVM SINERE IN
ILLA DOMO HABITARE QVO AD VIVET.
vnum videtur esse legatum.

*Ei cui legatur fructus fundi, debetur via per alium fundum
testatoris etiam alteri legatum.*

Qui duos fundos habebat, vnum legavit, & alterius fundi vsumfructum alij legavit. quæro, si fructarius ad fundum aliunde viam non habeat, quam per illum fundum qui legatus est: an fructuario seruitus debeatur. respondit, quemadmodum si in hereditate esset fundus, per quem fructuario potest præstari via, secundum voluntatem defuncti videtur

^{ide}

id exigere ab herede: ita & in hac specie non aliter concedendum esse legatario fundum vindicare, nisi prius ius trāfundi vsufructuario praestet. vt hęc forma in agris seruetur, quę viuo testatore optimuerit: siue donec vsufructus permanet, siue dum ad suam proprietatem redierit.

*An legatum relictum ad certum usum possit in
alium usum conuerti.*

XVI. M O D E S T I N V libro nono Responsorum[¶]

Legatum ^b ciuitati relictum est, vt ex redditibus quotannis in ea ciuitate memoriae conseruandae defuncti gratia spectaculum celebretur, quod illi Celebrari ^c non licet. quero quid de legato existimes. *Modestinus ^d respōdit, cum testator spectaculum edi voluerit in ciuitate, sed tale, quod ibi celebrari non licet: iniquum esse hanc quantitatē, quam in spectaculum defunctus destinauerit, lucro heredum cedere. igitur adhibitis heredibus & primoribus ciuitatis, dispiciendum est in quam rem conuerti debeat fideicommissum, vt memoria testatoris alio & licto genere celebretur.

XVII. S C A E V O L A libro tertio Responsorum[¶]

Quidam prædia reipublicæ legauit, de quorū redditu quotannis ludos edi voluit, & adiecit: *QVAE LEGATA PETO DECVRIONES, ET ROGO, NE IN ALIAM SPECIEM AVT ALIOS VSVS CONVERTE RE VELITIS.* respublica per quadriennium continuum ludos non edidit: quero an redditus, quos quadriennio respublica percepit, heredibus restituere debeat, vel compensare in aliam speciem legati ex eodem testamēto. respondit, & inuitis heredibus possessione adprehensa perceptos fructus restituendos esse. & non erogatum secundum defuncti voluntatem, in alia quæ deberentur, compensari.

Inutile legatum ob incertitudinem.

XVIII. M O D E S T I N V libro nono Responsorum[¶]

Qui plures habebat libertos, testamento suo dixit, se habitationem relinquere iis quos codicillis designasset. cum nullos postea designauerit, quero an omnes admitti debeant. respondit, si patronus, qui se designaturum personas liberorum pollicitus est, nullum postea designauit: legatum habitationis perfectum esse non videtur, ^d non existente cui datum intellegi possit.

Scriptura voluntate potior.

XIX. IDEM libro singulare de Eurematicis[¶]

Si alij fundum, alij usumfructum eiusdem fundi testator legauerit: si eo proposito fecit, vt alter nudam proprietatem habe-

haberet: errore labitur. nam detracto vsufructu, proprietatem eum legare oportet eo modo, TITIO FVN DVM DETRACTO VS VFR V CTV LEGO, vel SEIO EIVS DEM FVN D I VS VM F R V CTV M HERES DAT O. quod nisi fecerit, vsusfructus inter eos communicabitur: quod^a interdūz a quis plus valet scriptura, quām^b per actum fit. b quāquād actum

xx. POMPONIUS libro octauo ad Quintum Mucium[¶]

SI seruum sub condicione liberum esse iubeam, & vsumfructum eius tibi legauerero: valet legatum.

xxi. PAULVS libro septimo ad legem Iuliam & Papiam[¶]

TItio^c vsusfructus Stichi, aut si nauis ex Asia venerit, decē
legata sunt. non petet vsumfructum antequam condicio
decem existat, vel deficiat: ne potestas heredi vtrum velit dan-
di auferatur.

xxii. VLPIANVS libro quintodecimo ad Legem Iuliam & Papiam[¶]

PATRIMONII MEI REDITVM OMNIEVS ANNIS
VXORI MEAE DARI VOLO. Aristo respondit, ad he-
redem vxoris nō transfire. quia aut vsufructui simile esset, aut
huic legato IN ANNO SINGULOS.

xxiii. IVNIUS^d MAURICIANVS libro secun-
do ad Legem Iuliam & Papiam[¶]

LIce testatori repetere legatum vsusfructus, ut etiam post
capitis deminutionem deberetur. & hoc nuper Imper-
ator Antoninus^e ad libellum rescripsit, tunc tantum^f es-
se huic constitutioni locum, cum in annos singulos relega-
retur.^g

Que usurae debeantur usufructuario.

xxiv. PAPINIANVS libro septimo Respon-
sorum[¶]

VXori fructu bonorum legato, fenus quoquā sortiū, quas
defunctus collocauit, post impletam ex senatus consulo
cautionem præstabitur. igitur usuras nominum in hereditate
relictorum ante cautionem interpositam debitas, velut sortes
in cautionem deduci necesse est. non idem seruabitur nominis
bus ab herede factis. tunc enim sortes dumtaxat legatio da-
buntur. aut^h quod propter moram usuras quoque reddi pla- h & quod
cuit, super his non cauebitur. **S**CORPVMⁱ SERVVM^j Scorpium red.
MEVM SEMPRONIAE CONCVBINAE^k MEAE SER- Scorpium
VIRE VOLO, nō videtur proprietas seruire relicta,^l sed vsu- k confobrines
fructus.

Vsufructu legato frustri cauet testator, vi res mortuo legatario ad heredem redeat.

x x v . i d e m libro octavo Responsorum

Qui fructus prædiorum vxori reliquit, post mortem eius prædia cum redditibus ad heredes suos redire voluit, imperitia lapsus. nullum fideicommissum dominus ^a neque proprietatis neque fructus ad eos reuerti dedit. ^b etenim redditus futuri, non præteriti temporis demonstrati videbantur. ^c

Vsusfructus nondum constitutus, an transmittatur ad heredem vsusfructuarj.

x x v i . p a v l v s libro decimo Quæstionum

SEmpronius Attalus ab herede suo fundum in Italiā Gajo post decennium, deducto vsufructu dari iussit. quero, cum medio hoc decennij spatio heres vita functus sit, an post tempus decennij plenus fundus ad legatarium pertineat. mouet enim me, quod dies legati huius siue fideicommissi cesserit, ac per hoc & ad heredem legatarij pertinere potuerit: & ideo quasi circa debitumiam legatum mortuo heredē vsusfructus extinctus sit, nec ad heredem heredis pertinere poscit. respondi, dies quidem fideicommissi vel legati cedit statim, cum post tempus certum heres dare rogatur, siue iubetur. sed vsusfructus nondum est heridis, nisi cum dominium deducto vsufructu præstitit. & ideo capit is diminutione vel morte perire non potest quod nondum habuit. Idem euénit, si proprietas deducto vsufructu sub condicione legata sit, & pendente condicione heres deceaserit. tunc enim ab heredis herede incipit vsusfructus, qui ex ^d persona eius finietur. sed his casibus de sententia testatoris quærendum est, qui vtique de eo vsufructu detrahendo sensit, qui coniunctus esit heredis personæ. quo exstante, solidam proprietatem ad legatarium voluit pertinere. nec plus transmitti ad successorem suum, qui nondum habere coepit vsuumfructum, quam si iam habere coepisset.

Plures coniuncti ad unam portionem vocantur cum alio disiuncto.

Si fundus duobus, alij vsusfructus legatus sit: non trientes in vsufructu, ^e sed semilles constituuntur. idemque est ex contrario, si duq; sint fructuarj, & alij proprietas legata est. & inter eos tantum ad crescendi ius est.

Quod postea appareret indebet solutum, repetitur.

x x v i i . s c a e v o l a libro primo Responsorum

Vox maritus per fideicommissum vsuumfructum, & alia & dotem prælegauit. heredes vsuumfructum ei concesserunt. post biennium illicitum matrimonium fuisse pronuntiatum.

^a dicimus
^b debere.
^c videatur.

^d qui & io

^e vsuumfructum,
^f et cum inter

^g relegatur.

tiatum est. quæ situm est, an id quod præterito tempore posse-
dit, ab earepeti possit. respôdit, id quod fructus nomine per-
cepisset, repeti posse.

Onusfructuarj.

XXVIII. P A V L V S libro tertiodecimo Respon-
sorum

QUÆRO, si vſusfructus fundi legatus est, & eidem fundo in-
dições temporariae indictae sint: quid iuris fit. Pau-
lus respôdit, idem iuris esse & in his speciebus quæ postea in-
dicuntur, quod in vectigalibus dependendis responsum est.
ideoque hoc onus ad fructuarium pertinet.^a

^a pertinere.

Vſusfructus legato & per fideicommissum relicto, inspicitur potius per-
sona fideicommissarij, quam legatarij.

XXIX. G A I V S libro primo Fideicommis-
sorum

SI quis vſumfructum legati ſibi alij restituere rogatus fit,
ſeumque in fundum induxit fruendi cauſa: licet iure ciuili
morte, & capitis deminutione ex persona legatarij pereat
vſusfructus, quodd^b huic ipſo iure adquisitus eſt: tamen pre-
tor^c iurisdictioſe sua id agere debet, vt idem seruetur, quod ex iurisdictione
futurum eſſet, ſi ei, cui ex fideicommissio reſtitutus eſſet, legati
iure adquisitus fuifet.

Conditione, ſub qua legatum diuiduum debeat ſolui, impleta
pro parte legatum pro parte refoluitur.

XXX. I A V O L E N V S libro ſecundo ex Posterioribus
Labeonis

CVi vſusfructus legatus eſſet, donec ei totius dotis ſatisfie-
ret: cum ei heres pro ſua parte ſatisfideſſet, quamuis reli-
qui ſatis non darent, tamen pro ea parte vſumfructum^d dei-
nere habere mulierem, ait Labeo. idem fieri, & ſi per mulierē^e fundi
mora fieret, quo minus ſatis acciperet. Colono ſuo domi-
nus vſumfructum fundi, quem is colebat, legauerat, agat^f co^g ager
Ionuſ cum herede ita, vt iudex cogat herdem ex locationis
actione eum liberare.

Diuſio facta cum proprietario non preiudicat fructuario.

XXXI. L A B E O libro ſecundo Posteriorum à Ia-
uoleno epitomatorum^h^f Sabinus.

IS qui fundum tecum communem habebat, vſumfructum
fundivxerat ei legauerat. poſt mortem eius tecum heres ar-
bitrum communi diuidundo petierat. Blæſus^g ait Treba-
tium respondiffe, ſi arbiter certis regionibus fundum diuiffi-
ſet: eius partis, quæ tibi optigerit^h, vſumfructum mulie-
ri nulla ex parte deberi. ſed eius, quod i heredi optigiffet, i que
totius vſumfructum eam habituram. ego hoc falſum puto.
nam cum ante arbitrum communi diuidundo coniunctus

^{pro}^g Celsus.^h obtigiffet.

pro induiso ex parte dimidiatotius fundisfructus mulieris fuisse: non potuisse arbitrum inter alios iudicando alterius ius mutare. quod & receptum est.

Quibus verbis ligatur.

XXXII. S C A E V O L A libro quintodecimo Digeritorum¹

a proposito

b te Felicem

Generali capite præposito² quidam in testamento suo ita adiecit: **FELICI, Q V E M L I B E R V M E S S E I V S S I, V S V M F R V C T V M F V N D I V E S T I G I A N I L E G O: C V I V S P R O P R I E T A T E M P V T O T E³ C O N S E C V T V R V M, S I N O N C O N T E N D E R I S C V M H E R E D E M E O, S E D P O T I V S C O N C O R D A V E R I S, S E D E T T V H E R E S O M N I A F A C , V T A M I C I S I T I S. H O C E N I M V O B I S E X P E D I T. quæsitum est an viuente herede exigere possit Felix fundi proprietatem. respondit, nihil proponi, cur Felici proprietas fundi legata videatur.**

Interpretatio voluntatis.

c portioꝝ

d domus

e Interpretatio est
nudé apud Peccoponix
d. in predice ex quib.
ex. pign. vel hypoth.
filiuꝝ ei eaꝝ domi-
bꝝ eſſe intelliga-
tur, que nou ad tem-
pore, & mercuꝝ cauſa
fuit, ſed permauifit.

f annum viceſimū
quiuitum.

Filios ex Seio, & filiam ex alio marito heredes instituit & æquis portionibus, & matri ita legauerat: **A E L I A E D O R- C A D I M A T R I M E A E D' A R I V O L O Q V O A D V I V A T V S V M F R V C T V M B O N O R V M M E O R V M, I T A V T P O S T E B I T V M E I V S A D L I B E R O S M E O S, A V T A D E V M Q V I E X H I S V I V E T, P E R T I N E A T.** filij post aditam hereditatem decesserant. quæſitum eſt, mortua matre, ſuperſtitie filia testaticis, vſusfructus vtrum ad ſolam filiam, an verò pro portione hereditatis pertineret⁴. respondit, ad eos redire, apud quos proprietas eſſet. Claudioſ non credidit ipsum vſumfructum in vicem portionum hereditariarum post mortem auiaꝝ inter ipſos datum: eo magis, quoddæ æquis partibus heredes erant scripti. Vxori vſumfructum domuum⁴ & omnium rerum quæ in his domibus erant, excepto argento, legauerat. item vſumfructum fundorum, & ſalinarum. quæſitum eſt, an lanæ cuiusque coloris mercis cauſa paratae, item purpuræ quæ in domibus erant, vſusfructus ei deberetur. respondit, excepto argento, & his quæ mercis cauſa comparataſunt, ceterorum omnium vſumfructum legatariam habere. Idem quæſitum eſt, cum in ſalinis, quarum vſusfructus legatus eſtet, ſalis inuentus sit non minimus modus, an ad vxorem ex cauſa fideicommissi vſusfructus pertineat. respondit, de his legandis quæ venalia ibi eſſent, non ſenſible testatorem. Idem quæſitum, cum eodem testamento ita cauerit, A T E P E T O V X O R V T I E X V S V F R V C T V, Q V E M T I E I P R A E S T A R I V O L O I N A N N V M^f Q V I N T V M D E C I M V M, C O N-

CONTENTA SIS ANNIS QVADRINGENTIS:
QVOD AMPLIUS FVERIT, RATIONIBVS HEREDIS HEREDVM VE MEORVM INFERATVR: an recessum videatur à superiore capite: ideoq; vxor non amplius habeat ex vſusfructu, quām annuos quadringentos. respondit satis id, quod quæreretur, apertè verba quæ proponeretur declarare.

Ad expensas factas pro fructibus colligendis, fructuarius tenetur pro rata.

§ Lucius Titius testamento suo Publio Maeuio fundum Tusculanum reliquit, eiusque fidei commisit, ut eiusdem fundi partem dimidiā vſusfructus Titiae præstaret. Publius Maeuus villam vetustate corruptam, cogendis & conseruandis a colligendis fructibus necessariam ædificauit. quæro, an sumptus partem pro portione vſusfructus Titia adgnoscere debeat. respondit, si prius quām vſusfructum præstaret, necessariò ædificauit: non alias cogendum restituere, quām^b eius sumptus ratio habet quām^a beatur.

Quomodo extinguatur vſusfructus.

6 Duas filias & filium mente captum heredes scripsit. filij & filie portionis mente capti^d datae vſumfructum legauit in hæc verba, *HOC AMPLIUS PVBLIA CLEMENTIANA PRAEcipiet sibi^e QVARTAE PARTIS HEREDITATIS MEAE, EX QVA IVLIVM IVSTVM FILIVM MEVM HEREDEM INSTITVI: PETO QVE ATE PVBLIA CLEMENTIANA, VTI FRATREM TUVM IVLIVM IVSTVM ALAS, TVEARIS, DEFENDAS PRO EO, PRO QVO TIBI VSVMFRUCTVM PORTIONIS KIVS RELIQVI, DONEC MENTIS COMPOS FIAT ET CONVALESCAT.* quæsum est, cu. n filius in eodem furore in diem mortis suæ perseverans decesserit: an vſusfructus interciderit. respondit, verbis quæ proponerentur, perseverare legatum: nisi manifestissimè probetur, aliud testatorē sensisse. Heredis instituti fidei commisit, filio suo annua decem præstare: aut ea predia emere, & adsignare ut vſumfructum haberet, redditum sibi fidelium clementia annuas decem. filius fundos sibi ab herede secundum matris voluntatem traditos locauit. & quæsum est, defuncto eo reliqua colonorū vtrumne ad heredem filii fructuarij, an verò ad heredem Seiæ testatrixis pertineant. respondit, nihil proponi cur ad heredem Seiæ pertineant.

Aestimatio soluta pro re &c.

8 Vſumfructum tertie partis bonorum suorum vni ex heredibus legauerat. quæsum est an pecunia, quæ ex rebus datis secundum aestimationem effecta est, tertia præstanda sit.

Pars v.

s Y

respon-

a velit.
b an tributa,
c etiamanda

respondit, heredis esse electionem, utrum rerum an aestimationis vsum fructum praestare vellet.^a Item quæsitum est, ^b tributa, præter ea quæ vel pro prædiis aut mouentibus deberi & reddi necesse est, ^c an exigenda sint ex quantitate, ^d vt reliquæ dumtaxat pecunia, si hoc heres ei gerit, reddidebeat, respondit reliquæ pecunia et tertiam præstandam.

Conjectura voluntatis.

XXXIII. IDEM libro septuaginta digestorum^e

SE M P R O N I O EA Q VAE V I V V S P R A E S T A B A M , D A R I V O L O . is etiam habitabat in testatoris domo, quæ vni ex heredibus prælegata erat. quæsitum est, an habitatio quoque debeatur. respondit, nihil proponi cur non debeatur.

Ex his verbis testamenti, LIBERTIS MEIS, Q VIBVS NOMINATIM NIHIL RELIQVI, Q VAE V I V V S P R A E S T A B A M , D A R I V O L O : quæsitum est, an libertis, qui cum patrono suo in diem mortis habitabant, etiam habitatio reicta videatur. respondit videri. Codicillis ita scripsit, NEGIDIVM, TITIVM, DIONEM LIBERTOS MEOS SENES ET INFIRMOS, PETO IN LOCIS, IN QVIBVS NVNC AGVNT, ^d SENES CERE PATIAMINI. quæro, an ex hoc capite liberti suprascripti ex fideicommissio fructus locorum, quibus morantur, recipere debeant: cum alia, quæ eis specialiter legata sunt, sine controvrsia consecuti sunt. respondit, verois, quæ proponerentur, id petitum, vt ad eum modum paterentur heredes ibi eos esse, ad quem modū ipsa patiebatur.

XXXIV. IDEM libro octauodecimo digestorum^f

Codicillis fideicommissio in hæc verba dedit: LIBERTIS LIBERTABVS QVE MEIS, ET QVOS IN CODICILLIS MANVMISI, FVNDVM, VBI ME HV MARI VOLVI, DARI V O L O , VT Q VI AB HIS DECESSERIT, PORTIO EIVS RELIQVIS AD CRESCAT, ITA VT AD NOVISSIMVM PERTINEAT. POST CVIVS NOVISSIMI DECESSVM AD REM PVBLICAM ARELATENSIVM PERTINERE VOLO. HOC AMPLIVS LIBERTIS LIBERTABVS QVE MEIS HABITATIONES IN DOMO, QVAM DIV VIVENT. ^f PACTIAE ET TROPHIMAE DIAETAS OMNES, QVIBVS, VTIS CONSEVIT, ^g HABITET. QVAM DOMVM POST MORTEM EORVM AD REM PVBLICAM PERTINERE VOLO. quæsitum est, reipublicæ fideicommissum utrum ab herede an à libertis datum sit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, posse ita verba accipi, vt eius legatarij, qui nouissimus decederet, fidei cōmisum videatur. Idem quæsiit, defunctis quibusdam ex libertis, quibus

d degunt,

e eius

f sed pacie
g ut quisque
h ut habitent.
i ad eandem Rem-
pub.

quibus habitatio relicta erat, an portiones domus, in quibus^a a qua
hi habitauerant, iam ad rem publicam pertineant. respondit,
quoad aliquis eorum viuat, fideicommissum reipublicæ non
deberi.

Fideicommissum relictum à curatore, quem quis putabat
legitime datum, ab herede scripto debetur.

Qui Sempronia in ex parte decima, & Mæuiam ex parte
decima, alumnū ex reliquis partibus instituerat heredes, cu-
ratorē alumnō dedit, cum iure facere putaret. & curatoris
fidei commisit, ne pateretur fundum venire; sed cum Sempro-
nia & Mævia nutribus suis frueretur redditu eius. &^b imā
parte testamenti ita adiecit, OMNEM VOLUNTATEM
MEAM FIDEI HEREDVM MEORVM COMMITTO.
quæsitum est, an tertias partes vīsusfructus fundi nutrices ex
fideicommisso petere possint, quāuis curato ei receptus sit,
quem iure dare non poterit alumnō. respondit, secundum ea
quæ proponerentur, utiliter fideicommisso voluntatem suam
confirmasse: id igitur cuique dedit, ut & nutrices vna cum
alumnō redditu fundi vterentur.

Licet extiterit conditio, tamen expectanda est
dies que superest.

xxxv. IDEM^m libro vicefimo secundo Digestorum¹
XX oris sum fructum villa legauit in quinquennium à die
mortis suæ, deinde hæc verba adiecit, ET PERACTO
QUINQUENNIO CVM EIVS VVSVERVCTVS EST
SE DESIERIT, TVNC EVM FUNDVM ILLI ET
ILLI LIBERTIS DARI VOLO. quæsitum est, cum
yxor intra quinquennium deceferit, an libertis^c proprietatis
petitio iam, an verò impleto quinquennio competit, quia
peracto quinquennio testator proprietatem legauerat. re-
spondit, post completum quinquennium fundum ad liber-
tos pertinere.

Qui habet ius in re, in dubio videtur legare rem respectu
iuris quod habet, licet morte finiatur.

xxxvi. IDEM^m libro quintovicesimo Digestorum¹
Sticho testamento manumisso fundi vīsusfructus erat lega-
tus. & cum is vti fruique defisset, fidei heredum testator
commisit, vti eum fundum darent Lucio Titio. sed Stichus ^d commiserat
testamento suo eiusdem fundi proprietatem nepotibus suis
legauit. & heredes Stichi ex testamento eius legataris nepo-
tibus eum fundum tradiderunt. quæsitum est, cum nepotes le-
gatarij ignorauerint condicioneum fundi suprascripti priore
testamento dataim, & plus quam tempore statuto posse de-
rint, an eum fundum sibi adquisierint. respondit, secundum ea
quæ proponeretur, legatarios sibi adquisisse. Idem quæsit, si

b & in imā parte
Refflor est illor. Id
autem est quod Sce-
so in Julio cap. 83. di-
xit, in imā certa. Et
Cicero in extrema, qua
omnia pro ultima
parte tabularum, seu
testamenti accipiuntur.

a potius: aliquo casu legatariis auferri possit: an repetitionem ab heredibus Stichi eius nepotes habere possint. respondit, supra quidem de acquisitione respōsum. verū si ex alia causa adquisitio cessasset, videri Stichum, si post mortem eorū quibus proprietas legata esset, testamentū fecisset, potius quād habere se crederet, quām quād onerare heredes veller, legasset.

XXXVII. IDEM libro trigesimo tertio Digestorum[¶]

VXORI MEAE VSVM ERUCTVM LEGO BONO-
RVM MEORVM, VSQVE DVM FILIA MEA AN-
NOS IMPLEAT OCTODECIM. quæstum est, an præ-
diorum tam rusticorum quām urbanorum, & mancipiorum
& supellectilis, itemque calendarij vsusfructus ad vxore pertineat. respondit, secundum ea quæ proponerentur, omnium^b pertinere.

*Qui capit ab alio redditus certi fundi, non ideo
vsusfructum habet.*

XXXVIII. IDEM libro tertio Responsorum[¶]

FUNDI AEBUTIANI^c REDITVS VXORI MEAE
VOAD VIVAT^d DARI VOLO. quero, an possit tutor
heredis fundum vēdere, & legatario offerre quantitatem
annuam, quam viuo patrefamilias ex locatione fundi reci-
gere consueverat. respōdit, posse. Item quero, an habitare im-
pūne prohibiri possit. respondit, non esse obstrictum here-
dem ad habitationem præstandam. item quero, an compel-
lendus sit heres reficere prædium. respōdit, si heredis factio
minores redditus facili essent: legatarium recte desiderare quod
ob eam rem diminutum sit. Item quero, quo distat hoc lega-
tum ab vsusfructu. respōdit, ex his quæ supra responsa essent,
intelligi differentiam.

XXXIX. IDEM libro sexto Responsorum[¶]

FIlios heredes instituit, vxi: i vestem, mundum muliebrem,
flanam, linum, & alias res legavit, & adiecit: PROPRIE-
TATEM AVTEM EORVM, QVAL SVPRASCRIBTA
SVNT, REVERTI VOLO AD FILIAS MEAS, QVAE
VE EX HIS TVNC VIVENT. quæstum est, vtrum vsus-
fructus, an proprietas earum rerum data fit. respondit, pro-
prietatem legatam videri.

XL. ALFENVS^f IVARVS libro octauo digestorum
à Paulo epitomatorum[¶]

ILLI CVM ILLO HABITATIONEM LEGO. perinde
est, ac si ita ILLI ET ILLI legasset.

XLI. IAVOLENVS^g libro secundo ex posterioribus
Labeonis^h

CVM ita legatum esset, FRVCTVS ANNOS FVNDI
CORNELIANI PUBLIO MAEVIO DO LEGO:
perinde

b omnia

c Trebatiani
d viuet

e viuum patres-
mūliū

f Italianus

periade putat accipiendum esse Labeo, ac si vsusfructus fundi similiter esset legatus. quia haec mens fuisse testatoris videatur.

XLI. IDE M^{IL} libro quinto ex Posterioribus Labeonis¹

IN fructu id esse intellegitur, quod ad usum hominis indu-
stum eit. neque enim maturitas naturalis hic spectada est.
sed id tempus, quo magis colono dominove eum fructu tol-
lere expedit. itaque cum olea immatura plus habeat redditus,
quam si matura legatur: non potest videri, si immatura lecta^b legata er-
est, in fructu non esse.

a Pulcherrimam huius
sententiam amplificatio-
nem vide apud
Cic. lib. de leg.

XLII. VENVL EIVS libro decimo Actionum¹

Nihil interest, utrum bonorum quis, an rerum tertiae par-
tis usum fructum legauerit. nam si bonorum ususfructus
legabitur, etiam æs alienum ex bonis deducetur: & quod in
actionibus erit, computabitur. At si certarum rerum ususfruc-
tus legatus erit, non idem obseruabitur.

DE SERVITVTE LEGATA

TIT. III.

Coniectura voluntatis.

IVLIANVS^d libro primo ex Minicio¹

d Papinius,
Paulus

QVI DVAS tabernas coniunctas habebat, eas singu-
las duobus legavit. quæsitum est, si quid ex superiore
taberna in inferiore in aedificiarum esset: num in-
ferior oneriferundo insuperior taberna loco^e contineretur. e legato
respondit, seruitutem impositam videri. Julianus^f notat: vi-
deamus, ne hoc ita verum sit, si aut nominatim haec seruitus
imposita est, aut ita legatum datum est, TABERNAM MEAM
VTI NVNC EST DO LEGO.

f Vopianus: Melior
et F. et.

II. MARCELLVS^g libro tertio decimo Digestorum¹

FVNDUM communem habentibus legari potest via: cum &
communis seruus recte viâ stipulatur: & cum duo ei, qui
ipseviam stipulatus fuerit, heredes existenter, non corrumpi-
tur stipulatio.

III. IDE M^{IL} libro vicesimo nono Digestorum¹

SI fundum Maevio, & ad eum viam peralium fundum, &
eundem fundum sine via Titio legasset^h: si vterque fundū
vindicasset, sine via legatoⁱ fundum cessurum. quia neque ad-
quiriri per partem seruitus possit. Et si prius Maevius fun-
dum vindicaret, altero deliberante, posse dubitari an si postea
Titius omisisset, viæ legatum salutem esset. & hoc magis vide-
batur. Quamquam si sub condicione quis fundum legasset,
viam pure: aut pro parte fundum pure, pro parte sub con-
dicione, & viam sine condicione: si pendente ea legati dies
cessis-

g Csiung Le aqua.
h He clex de legato
i vñlacione acci-
piendee est, quod co-
Barrulus quoque
vidit.

cessisset, interitum fore viæ legatum, ut responsum est, cum alteri ex vicinis, qui fundum communem habebant, viam sub condicione, alteri pure legasset, pendente condicione decessisset: quia alterius legatarij persona impedimento esset, quo minus solidus fundus cum via vindicaretur.

111. IAVOLENV's libro nono Epistularum[¶]

Si qui duas ædes habebat, vnas mihi, alteras tibi legavit: & medius paries, qui vtrasque ædes distinguat, interuenit: eo iure eum^a communem nobis esse existimo, quo^b si paries tantum duobus nobis communiter esset legatus, ideoque neque me neque te agere posse, ius non esse alteri ita immissas^c habere, nam quod communiter socius habet, & in^d iure eum habere constituit, itaque de ea re arbiter communi diuidendo sumendum est.

V. PAPINIANVS libro sextodecimo Questionum[¶]

ET si maximè testamenti factio cuim seruis alienis ex persona dominorum est: ea tamen quæ seruis relinquuntur, ita valent, si liberis relicta possent valere. sic ad fundum domini via seruo frustra legatur.

*Si seruitus legata sit, an ius personale indice-
tur ex coniecturis.*

VI. IDEM libro septimo Responsorum[¶]

Pater filiæ domum legavit, eique per domus hereditarias ius transundi præstari voluit. si filia domum suam habitet, viro quoq; ius transundi præstabitur, alioquin filiæ præstari non videbitur. quod si quis non vsum transundi personæ datum, sed legatum seruitutis esse plenum intellegat: tantundem juris ad heredem quoque transmittetur. quod hic nequaquam admittendum est: ne quod affectu filiæ datū est, hoc & ad exterios eius heredes transfire videatur.

VII. PAULVS libro vicefimo primo Questionum[¶]

CVm à pluribus heredibus institutis via legata est, quia pars non recipit, singuli heredes in solidum cōueniuntur, quia & uno ex heredibus adeunte vindicari potest.

f relegata. Halsan.
solo hoc fīral. melle
pro prælegato r̄spōs
aut relegato. Baro.

DE DOTE PRAELEGATA
TIT. IIII.

Quid dotis legato continetur.

VLPIANVS libro nonodecimo ad Sabinum

CV M D O S relegatur^g, verum est id dotis legato^h inef-
se, quod actioneⁱ de dote inerat. & ideo si intet virum
& uxorem conuenerat, vt morte viri soluto matrimonio,
filio communī interueniente, dos apud mariti heredē re-
manceret, & maritus decebens dotem relegauerit: stari pacto
non

g prælegatur,
h relegato
i actione

- non debet ob hoc quod dōs relegata est. verū & citra relegationem hoc probari debet. nam quod est admisum, posse deteriorem conditionem dotis fieri interuenientibus liberis: totiens locum habet, quotiens ipsa in matrimonio decedit: vel diuortium interuenit. ^{a sit exactio:} Et verum est commodū in dote relegata esse repräsentationis, quāuis annua die dōs prēstatetur. est & illud, quod ob res donatas hodiè post senatus consilium nulla fit exactio: si nō odd voluntatem non mutauit testator.
- ^{b in dōtem} Impensae autem ipso iure dōte minuantur. sed quod diximus, ipso iure dōtem impensis minui, non ad singula corpora, sed ^{c relegauerit:}
- ^{d deliberationem} 1 ad vniuersitatem erit referendum. Adeo autem dotis actionem cōtinet dotis relegatio, vt si viuus eam vxori, scilicet quibus licet casibus soluerit, cestet legatum. sed & si mancipia fuerint in dote^b non estimata, & haec demortua sint: legatum ^{b in dōtem} dōtis in his euaneat. sed & si dōtem promiserit mulier, neq; dederit, & decedens maritus vxori dōtem prælegauerit^c: mulier nihil amplius quām liberationē^d habebit. nam & si quis ^{d deliberationem} ita legauerit,
- CENTVM QVAE IN ARCA HABEO, aut
QVAEILLEAPVDMEDEPOSVIT: si nulla sint, nihil
- ^{e libro vicesimo septimo} 2 deberi constat. quia nulla corpora sint. Si quis vxori fundum Titianum his verbis legasset, IS ENIM FVNDS PROPTER ILLAM AD ME PERVENIT: omnimodo debetur fundus. nam quidquid demonstratæ rei additur satis
- ³ 3 demonstratæ, frustra est. Celsus libro vicesimo digestorum scribit, si socer nurui dōte relegauit, si quidem ius actionis de dote voluit relegare: nullius momenti esse legatum, quippe nupta est. sed si voluit eam recipere dotalē pecuniam, inquit, virile erit legatum. si tamen haec dōtem receperit, nihilo minus maritus dotis persecutionē habebit: siue heres institutus esset, familiæ herciscundæ iudicio: siue non, utili actione. ego puto, quoniā nō hoc voluit socer, vt bis dōtem heres præstet: & mulierem agentē ex testamento cauere debere, defensu iri heredem aduersus maritum. ergo & maritus idē debet cauere,
- ^{e libro vicesimo septimo} 4 aduersus mulierem defensu iri, si prior agat. Per contrarium apud Julianum libro trigensimo septimo quartitur, si socer filio suo exheredato dōtem nurus legasset. & ait, agi quidem cum marito exheredato de dōte non posse. verum tamen ipsum dōtem persecutum ex causa legati. sed non aliás eum legatum consecutum, quām si cauerit, heredes aduersus mulierem defensu iri, & differentiam facit inter eum cui dōs relegata est, & orcinum libertum, cui peculium legatum est. namque eum de peculio posse conueniri ait, heredem non posse: quia peculium desit penes se habere. at dotis actio nihilo minus competit, et si dōtem desierit habere. Idem Julianus querit, si dōtem marito relegauerit socer, an dōte soluta

mulieri legatum mariti extinguatur. & dicit extingui: quia nihil esset iam quod marito posset praestari. Idem querit, si dos alij legata est, eamque rogatus sit mulieri restituere: an lex Falcidia in legato locum haberet. & dicit habere. sed quod minus est in fideicommisso, mulierem dotis a fitione consecuturam. ego quaero, an commoda representationis in hoc legato sic obliteretur, atque si dos ipsi mulieri fuisset relegata. & puto habere.⁶ Idem Julianus querit, si mulieri dos sit relegata, eaq; rogata dotem restituere, an Falcidia locum habeat. & negat habere: quoniam fideicommissum quo;
allegatum sit purè, negat valere. quod si præterea quid uxori legatum sit, ^a putat ex residuo fideicommissum praestari. quod utique habita ratione Falcidiæ mulieri praestabitur. Sed & marito ex parte herede instituto, à socero dote prælegata,^b legatum dotis Falcidiæ passurum. videlicet, quia adhuc constante matrimonio indebita dos videtur relegata. verum quod Falcidia recidit, in familie herciscundæ iudicio maritum præcepturum.^c quemadmodum totam dotem præcipiteret, si non esset relegata. Mela scripsit si fundus in dote sit, & specialiter si legatus, mox generaliter dos relegata: nō bis, sed semel deberifundum.^d Ibidem Mela coniungit, ^e si fundus in dote^f fuit locatus à marito ad certum tempus: uxorem non alijs fundum ex relegatione cōsequi, quam si cauerit se passuram colonum frui. dummodo ipsa pensiones percipiat.

*Sine legetur dos mulieri, siue aliud pro ea, eatenus potest onere
fideicommissi grauari, quatenus relictum dotis
quantitatē excedit.*

II. V L P I A N V S libro quinto Disputationum!

f quantitate
g fideicommisso
h erogari. **C**VM quis uxori suæ dotem relegat, fideique commissum ab ea relinquit, hoc fideicommissum ex commodo quod ex relegatione mulier sentit aestimabitur. & ita Celsus quoq; libro vicesimo digestorum scripsit. quod si necessariae fuerunt impensæ, quæ ipso iure dotem minuunt, amplius dici potest, si tanta quantitas dotis, quamⁱ maritus accepit, ei relegata est: oportere dici, etiam eam quantitatē posse fideicommissum erogare, ^h quæ ipso iure dotem minuit. esse enim mulierem legatariam nemo est qui dubitet. sed & si non dos, sed pro dote aliquid uxori fuerit legatum: adhuc quasi dos relegata accipitur. Hoc amplius Julianus scripsit, eti non fuerit adiectum, pro dote esse legatum, hoc tamē animo relictum: adhuc eius esse condicionis. vxor igitur, si rogetur vel dotem, vel quod pro dote legatum est, vel quod in vicem dotis sibi adscriptum est, restituere: non cogatur, nisi eatenus quatenus diximus, restituere. & ideo heres instituta, rogataque quantitatē hereditatis

reditates restituere: id demum restituet, quod quantitatem dotis excedit, idque quod ex repræsentationis commodo sentit. nam & si quis, cum à nuru dotem accepisset, filium suum heredem insticuerit. eumque rogauerit, quidquid ad eum ex hereditate peruenisset, restituere: mox morte vxoris dotem fuerit lucratus: id non restituere, quod ex dote percepit. quia ^a restituet, matrimonij causa id lucratus est, nō ex patris iudicio. Mulier dote in promisit quadrigentorum, & dedit fundos duos in ducenta: preterea nomina debitorum in residua ducenta: mox maritus eius de cedens pro dote fundos ei duos, non eos quos in dote acceperat, reliquit: & præterea duos illos dota les, quos & timatos acceperat, reliquit: fideique eius commisit, vt quidquid ad se ex hereditate eius pertinet, id restituere Seio cum moreretur. quærebatur, quantum esset in fidei commisso, muliere defuncta. dicebam vxorem ^b hanc, quæ roga-
ta est quicquid ad se peruererit ex testamento, restituere, in ea estè condicione, vt id demum restituere rogetur, quod deducta dotis quantitate ad eam peruenit: dote enim recepisse eam magis quam accepisse: salvo eo quod ex commodo repræsentationis ab ea fidei committi potuit. proinde id quidē, quod pro dote maritus ei reliquit, non cogetur restituere: nisi plus fuit in eo, quam in quantitate dotis. residuum verò, quod præterea illi relictum est, cum fructibus cogetur ^c restituere. habebit igitur præcipuam dotem cum suis fructibus. id verò quod extrinsecus ei relictum est, cum fructibus, qui ad eam peruererint, restituet.

III. IULIANVS libro trigesimo quarto Digesto- rum¹

QVIITA legat vxori suæ, TITIAE AMPLIVS QVAM
DOTEM, AVREOS TOT HERES MEVS DAM-
NAS ESTO DARE: manifestus ^d est dotem quoque rele-
gasse.^e

III. AFRICANVS libro quinto Questionum!
CVMI vOlgari modo dies legatorum profertur, nihil eam
rem ad dotis relegationem pertinere ait. quia suum diem
habeat.

Solutio non differtur dotis prælegate.

V. MARCIANVS libro tertio Regularum¹

DOte relegata, ^g non est heres audiendus, si velit ob dona-
tiones in mulierem factas solutionem differre, vel ob im-
pensas alias, quam quæ ipso iure dotem minuunt. aliud est e-
nim minorem esse factam dotem, quod per necessarias im-
pensas accidit: aliud pignoris nomine reineri dotem ob ea,
quæ mulierem inuicem præstare æquum est.

^d Phrasis Graeca est,
quod qui ignorant
legerunt, manifestū
elegi & alibi nō
tenui.

e prælegate.

^f Vulgarimodo lega-
turum scilicet ita
legamus, que legem
annua, bimac, tripla
die præstari velo.
Hac enim clausula
vulgaris recatur ut
talis scriptura de
leg. 1. Gen. lib. 1. letta
est, quem vide.

g pignegata.

Pecunia legata prodote.

VII. LABE o libro secundo Posteriorum à Iauoleno
epitomatorum¹

a debet, CVM scriptum esset, QVAE PECVNIA PROPTER
VXOREM MEAM AD ME VENIT QVINQVA-
GINTA, TANTVNDEM PRO EA DOTE HERES
MEVS DATO: quamvis quadraginta dotis fuissent, tamen
quinquaginta debere, ^a Altenus Varus Seruium respondisse
scribit. quia proposita summa quinquaginta adiecta sit. Item
ei, quæ dotem nullam habebat, virsic legauerat, QVANTA
PECVNIA DOTIS NOMINE, ET RELIQVA: PRO
EA QVINQVAGINTA HERES DATO. deberie ei lega-
tum Ofilius, Cascellius, item & Seruij auditores rettulerunt.
perinde habendum esse, ac si seruus alicui mortuus, aut pro
eo centum legata essent. quod verum est: quia his verbis non
dos ipsa, sed pro dote pecunia legata videtur.

VII. PAPINIANVS libro octauodecimo Quæ-
stionum¹

b percipere Pater dotem à nuru acceptam filio exheredato legauit. he-
res patris opposita doli exceptione nō ante soluere legatum
cogendus est, quād ei cautum fuerit de indemnitate soluto
matrimonio. sed si prius quād legatum filio solueretur, mul-
lier dotem suam reciperauit: frultra filius de legato ager. Sed
si lex Falcidia locum in legato dotis aduersus filium exher-
edatum habuerit, & mulier solutionem ratam fecerit: propter
eam quantitatem, quam heres retinuerit, vtilis actio dotis ei
dabitur. quod si ratum non habeat, defendi quidem debet
heres à viro qui se defensurum promisit. sed si totam litem vir
solus subierit, actio iudicati, si cautum non erit, pro ea quan-
titate, quæ iure Falcidiæ petenda est, aduersus heredem dabi-
tur. sed si prius quād legatum filio solueretur, mulier diuer-
c patri filius tit: quamquam ipsa nondum præcipere ^b dotem possit, non
ideo tamen actio filij differtur. quia tunc ifdem diebus filio
solui dotem responsum est. Cum patris pro parte heres exhi-
bit, & ad præceptionem dotis soluto matrimonio, postquam
heres exsilit, ^d admisitus est, si forte per errorem cautio defen-
sionis omissa sit, & ex causa fideicommissum non repeteretur. cautio-
nis enim præstandæ necessitas solutionem moratur: non in-
debitum facit quod fuit debitum. sed non erit iniquum, here-
di subueniri. Quid ergo si patris heres soluendo non sit: non
ne iuste mulieri dabitur aduersus virum vtilis actio dotis? cui
dos perire non debet: quia non interposuit per errorem heres
cautionem.

VIII. IDEM libro septimo Responsorum[¶]

Vixori, quæ dote in mancipiis habebat, pecuniam pro dote legauerat. viuo viro mancipiis mortuis, vxor post vi-
rum vita decessit. ad heredem eius actio legatirectè transmit-
titur: quoniam mariti voluntas seruanda est.

VIII. IDEM libro octauo Responsorum[¶]

VXORI MEAE FVN'DVM CORNELIANVM, ET
QVAE NVPTRIA OPTVLIT AESTIMATA IN
SPECIEBV'S RESTIPI VI VOLO. respondi non aestima-
tum prædium in dotem datum exceptum non videri. sed uniu-
ersa dote prælegata, ^a rerum aestimatarum pretium non re-
lictum: verum ipsas res, quales inuenirentur.

X. SCAEVOLA libro octauo Quæstionum[¶]

SI Seia pro dote centum fundus legatus fit, idemque Mæ-
uius: quod Mæuius Falcidia aufert, pro eo quasi concursus
non fuerit, mulier plus vindicet. quia amplius fit in dote mu-
lieris.

*D*e eo qui qui adhibetur ad stipulandam dotem.

XI. PAVLVS libro septimo Responsorum[¶]

Sea ^b cum nuberet Lucio Titio, dedit dotis nomine cen-
tum aureos, & adhibuit Quintum Mucium, qui nihil nu-
merauit. sed dotem stipulatus est, si morte mulieris solutum
fuerit matrimonium. Seia moriens testamento suo ita cauit,
LVCIO TITIO MARITO MEO, CVI MAXIMAS
GRATIAS AGO, DARI VOLO SVPER ^c DOTE M ^c supra
QVAM E I DEDI, TOT AVRE O S. quæro cum instituit
Luciū Titii conuenire Quintus Mucius ex stipulatu actio-
nem ^d: an repellere eum maritus possit ex verbis testamenti. ^d adione:
respondit, si Quintus Mucius mandante ^e Seia ^f non dona-
tionis causa stipulatus est: heredibus mulieris eum teneri. & ^e mandat ^f Seiz
ideo Quintum Mucium exceptione repellendum esse. quod
si donationis causa Seia stipulari permisisset, videri eum in
eum casum, qui morte mulieris extitit, mortis causa stipula-
tum. & ideo fidei eius committi potuisse in eum casum, di-
cendum fore.

Parendum conditioni, quatenus est possibilis.

XII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum[¶]

Quidotem in pecunia numerata, & aestimatis rebus acce-
perat, vxori ita legauit: SEIAE VXORI MEAE, SI
OMNES RES QVAE TABVLIS DOTALIBVS CON-
TINEANTVR ^g HEREDI MEO EXHIBVERIT, g continentur
ET TRADIDERIT SVMMAM DOTIS, QVAM MI-
HI PRO EA PATER EIVS INTVLIT, DARI VO-
LO HOC AMPLIUS ^h DENARIOS ⁱ DECEM.
qua-

quæsitum est, cum res in dotem datæ plures ipso usu finitæ es-
sent, nec moriente marito fuerant. an quasi sub impossibili cō-
dicione legatum datum debeatur. respondi, videri condicioni
paritum, si quod ex rebus in dotem datis supererat, in pot-
estatem heredis peruenit.

XIII. LABE o libro primo Pithanorum à Paulo
epitomatorum!

PAULUS: Si filius familias, vxorem cum haberet, dotem ab
ea acceperat, deinde pater familias factus dotem ei, ut solet,
legavit: quamvis patri heres non erit, tamen id legatum de-
betur.

Quanta fides habenda sit ei, cui testator voluntatem suam se
declarasse testatus est.

XIV. SCAEVOLA libro quintodecimo Dige-
storum!

* sfc. expicit hanc
leg. lib. 2. par. 2. c. 19.

THEOPOMPUS^a testamento factio duas filias & filium aequis
partibus instituit heredes, & codicillis ita cauit. ΤΗΝ
ΟΥΓΑΤΕΡΑ ΜΟΥ ΚΡΙΣΠΙΝΑΝ ΉΝ ΝΥΧΟΜΗΝ
ΕΚΔΟΥΝΑΙ, Ω ΑΝΟΙ ΦΙΛΟΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΓ-
ΓΕΝΕΙΣ ΔΟΚΙΜΑΣΩΣΙ, ΠΡΟΝΟΗΣΕΙ ΕΚΔΟ-
ΘΗΝΑΙ ΠΟΔΑΙΑΝΟΣ, ΕΙΔΩΣ ΜΟΥ ΤΗΝ ΓΝΩ-
ΜΗΝ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΙΧΟΙΣ, ΕΦ ΟΙΣ ΚΑΙ ΤΗΝ Α-
ΔΕΑΦΗΝ ΑΥΤΗΣ ΡΞΕΔΩΚΑ^b. Polianus^c à marito
puellæ iuratus, scripsit^d voluisse patrem eandem quantitatem
in dotem accipere etiam minorem filiam, quam maior ac-
cepisset, quæro, an eandem summam dotis nomine coheredes
extra partem hereditatis minori filiæ præstare debeant. respon-
dit eum, cuius notio est, estimaturum, ut eadem quantitas ex
communi præcipua^e minori filiæ dotis nomine detur.

XV. GAIUS libro secundo de legatis ad edictum
prætoris!

LICET placeat pigneratas res vel in publicum obligatas, he-
redem, qui dare iussus est, liberare debere: tamē si is qui ta-
les res in dotem accepit, dotem prælegauerit: non cogetur he-
res liberare eas, nisi aliud specialiter testator dixerit.

Interpretatio voluntatis pro herede.

XVI. PAULVS libro secundo ad Vitellium!

QVIDOTEM à matre vxoris acceperat, & stipulanti ei pro-
misserat, testamento vxori dotem legavit. cum quæsitū
esset, an vxor dotis summam consequi posset, respondit Scæ-
uola. non videri dari vxori quod necesse sit matri reddi. alia
sic respondit, non videri^f, nisi manifestè vxor docuisset, eam
testantis voluntatem fuisse, ut onerare heredes dupli præsta-
tione dotis vellet.

* deberi.

XVII. SCAEVOLA libro tertio Responsorum¹

VXOR MEA QVID QVID EI COM
PARAVI ET QVOD MIHI DEDIT, E MEDIO
SIBI SYMAT. quæro an dos prælegata^a videatur. respon-
dit^b, verbis quæ proponerentur, videri & de dote legata^c lo-
qui: nisi aliud testatorē voluisse probaretur. TITIAE VXO
RI MEAE QVANTA PECVNIA AD ME, INVE STI-
PVULATIONEM^d DOTIS EIVS NOMINE PERVE-
NIT: QVAB DOS EST DOTALIBVS DVOBVS CON
SIGNATIS INSTRUMENTIS CENTVM AVREO-
RVM: quæsum est, an utramque summam consequi possit.
respondit, nihil proponi cur non possit.

DE OPTIONE VEL ELECTIONE LE-
GATA TIT. V.

VLPIANVS libro secundo ad Sabinum¹

DIUVS Pius Cæcilio^e Proculo rescripsit, eum cui ser-
uorum legata sit electio, tres posse eligere.

III. IDEM libro vicesimo ad Sabinum^f

Quotiens serui electio vel optione datur, legatarius optabit
quem velit, sed & homine generaliter legato, arbitriū
eligendi quem acciperet, ad legatarium pertinet. data igitur^f quæ velit accep-
optione si quis optauerit alienum serum, vel hominem libe-
rum: videndum est, an consumperit optionem. & puto non
consumi. Eum, cui centum amphorarū electio data sit, ace-
tum eligentem non consumere optionem, si id acetum eleg-
rit, quod vini numero paterfamilias non habuit.

III. IDEM libro vicesimo tertio ad Sabinum^g

SCILICET^g si ante exhibitionem, hoc est ante degustationem^g Coniungit. si quis
acetum elegerit. viii. de viti. rim. leg.

IV. PAULVS libro tertio ad Sabinum^h

SCYPHI electione data, si non omnibus scyphis exhibitis le-
gatarius elegisset: integrum ei optionem manere placet. nisi
ex his dumtaxat eligere voluisse, cum sciret & alios esse.

V. AFRICANVS libro quinto Questionumⁱ

Nec solum si fraude heredis: sed etiam si alia qualibet causa
id euenerit.

Tempus dandum legatario ad eligendum.

VI. POMPONIUS libro sexto ad Sabinum^j

MANCIPIORUM electio legata est. ne venditio quandoque^k
eligente^l legatario interpelletur, decernere debet præ-
tor, nisi intra tempus ab ipso præfinitum elegisset, actione^m le-
gatorum ei non competere. quid ergo si die præterito. sedⁿ an-
tequam renderet heres, vindicare legatarius velit^o? quia non
est

h quoque
i In ep. Halox. addi-
dis regalissimæ legis,
non eligunt. Aug.
lib. q. remen. c. 17.

k electionem
l sed tamen ante.

quæm
m velit audierit:

qua

est damnum subiturus heres , propter quod decernere prætor
a definierit.^{a/} præ-
finierit vel, præ-
nisi aliquos ex seruis, vel omnes manumis-^{b/} rit? nonne prætor eorū
tuebitur libertatem? ergo totiens actio deneganda non est, si
omnia in integro sint. idem est, & si pignori aliquos ex his ser-
uis heres dederit post diem, vel vendiderit.

VII. P A V L V S libro decimo Questionum^{c/}

IMMO & si quosdā seruos distractaxit^{d/}, quosdam retinuit: non
est audiendus legatarius , si velit optare ex retentis ab hede-
re, cum iam disposuerit familiam heres.

VIII. P O M P O N I V S libro sexto ad Sabinum^{e/}

SI tibi electio serui , & mihi reliqui legati sunt: decernendū
est à prætore, nisi intra certum tempus optaueris , petitio-
nem tibi non datu iri. Si ex quatuor viriolis duæ quas elec-
tissim, mihi legatae sint: siue duæ solæ relicta^{f/} sint, siue ab ini-
tio duæ solæ fuerint: valet legatum. Vnius hominis mihi &
tibi optio data est, cum ego optassim, si non mutassim volun-
tatem, deinde tu eundem optaueris: utriusque nostrum seruū
futurum. quid si ante decessissim, vel furiosus factus esset:
non futurum communē. quia^{g/} non video consentire qui sen-
tire non possum. humanius autem erit, vt & in hoc casu, quasi
semel electione facta, fiat communis. Si rerum depositarum
electio mihi relicta sit: & ad exhibendum cum eo, apud quē
depositae sint, agere potero: & cum heredē agere, vt is depositi
agendo, facultatem mihi eligendi prælet.

IX. I V L I A N V S libro trigesimo secundo Di-
gestorum^{h/}

CVm ita legatur, TITIO STICHVM DO LEGO, si
e elegit, & eidē
Titio Panphilum,
si Stichum non ele-
gerit: simile est, atque
PAMPHILVM NON ELEGERIT^{i/}: simile est, atque
si ita legatū fuisset, TITIO STICHVM AVT PAMPHI-
LVM VTRVM EORVM VOLET DO LEGO.

*Cui est legata optio, non potest eligere seruum parvum, vel sub condi-
tione manumissum, nisi conditio defecerit.*

Quæstum est, si Stichus sub condicione liber esse iustus sit,
& mihi optio serui data esset, vel seruus generaliter legatus
esser: quid juris esset. dixi, commodius constitui, eum qui sub
condicione libertatem Sticho det, & optionem seruorum: non
ex optione^{j/} cogitare de Sticho. sicuti constat non cogitare eum de eo, cui
præsentem libertatem dederit. secundum quod si Stichū op-
tauo vel elegero: nihil agam. & ex ceteris nihilo minus op-
taVo. In eodem casu quæstum est, si optioneseruorum data,
antequam optarem, condicō statuæ libertatis defecisset: an
Stichum optare possim . puto Mucianæ sententiaæ adsen-
tiendum . qua placet, ipsa libertate legatum peremi, non da-
tione

tione^a statutæ^b libertatis, quare siue viuo testatore, siue post mortem eius, ^c ante aditam hereditatem condicio statutæ^b libertatis defecerit: legatum erit utile. nam sicut pura libertas, ita statuta^c libertas aditæ hereditatis tempore vires accipit. ^c statutæ libertas ideoque^d Stichum optare possum.

x. i d e m libro trigesimo quarto Digestorum^e

SI Pamphilo seruo Lucij Titij seruus generaliter legatus sit, deinde dominus Pamphili, postquam^d dies legati cesserit, eum manumississet: si quidem Titius seruum vindicauerit, existinguit Pamphili legatum: quia non esset in hereditate qui possit optari. si vero Titius legatum a se repudiasset, Pamphilum optare posse legatum constat. licet enim manumissionem Pamphili duas personæ constituerentur^e, Titij & Pamphili: vnius tamen rei legatum inter eas vertitur. & Titio vindicante optio existinguit: repudiante, Pamphilus optare potest.

x. i d e m libro trigesimo sexto Digestorum^f

SI Eros^f Seio legatus sit, & Eros fundus, deinde optio serui Mævio data fuerit, isque Eros optauerit: fundus ad solum Seium pertinebit. quoniam aditæ hereditatis tempore is solus erit, a T quem posset legatum pertinere. nam & cum seruo communi alter ex socijs legat: idcirco ad solum socium totum legatum pertinet. quoniam die legati cedetë solus est, Cui^g per eum seruum possit adquirere.

x. i i. i d e m libro primo ex Minicio^h

Seruo generaliter legato, verius est omnes heredes, si eis^h eleⁱ optio data est, eundem dare debere. siⁱ non consentiant heredes, ex testamento eosteneri.

x. i i i. P A U L V S libro octauo ad Plautium^j

Si optio serui data mihi fuerit^k, & Sticho aliquid testator^k fuit, sine libertate legasset: tunc sequens legatum consistit, cum tota familia ad unum id est Stichum recciderit. vt quasi pure legato utiliter sit legatum. nec aduersatur Catoniana^l, si voluntarius heres institutus sit. quia potest ante aditam hereditatem, etiam si statim deceperit, familia minui. quod si necessarius heres institutus sit, sequens legatum propter Catonianam inutile est. Pomponius scribit, emptore hereditatis postulante; vt is cui serui optio legata sit, optet: videndum esse, an prator, vt id faciat, cogere debat legatarium, quemadmodum si heres institutus id postularet: quia potest per heredem id emptor consequi. & quare non possit, non video.

x. i i i i. I A V O L E N V S libro secundo ex Cassio.

Si cum optio serui ex vniuersa familia legata esset, heres aliquem prius quam optaretur, manumisit; ad libertatem eum

^m Labo^l Catoniana regula.^h Eadem conditio additurl. heres. §. si incerto. fam. exerc. i & si^d priusquam^b statutæ libertatis.^c statutæ libertas^e constituantur,^f Heros^g quiⁱ & si^j

eum interim non perducit. seruum tamen, quem ita mantinet
serit, amittit. quia is aut electus legato cedit, aut relictus tunc
liber ostenditur.

xv. IDE M^{ILL}IBRO SECUNDO EPISTULARUM[¶]

SERUO sine libertate legavi, deinde optionem seruorum Mae-
tio dedi. is eundem seruum optauit. quero, an id quoque
quod legatum est, ei deberetur³. respondit non puto legatum
huius servi nomine ad dominum pertinere.

xvi. TERENTIVS CLEMENS LIBRO QUINTODECI-
MO AD LEGEM IULIAM & PAPIAM[¶]

OP^TIONE legata placet non posse ante aditam hereditatem
optari. & nihil agi, si optaretur.

xvii. IDE M^{ILL}IBRO SEPTIMODECIMO AD LEGEM IULIAM
& PAPIAM[¶]

CVM optio duorum seruorum Titio data sit, reliqui Mae-
tio legati sunt: cessante primo in electione, reliquo ap-
pellatione omnes ad Maeium pertinent.

xviii. SCAEVOLA LIBRO TERTIODECIMO QUÆ-
SIONUM[¶]

HOMINE legato, Neratius ait nihil^b repudiato Pamphilo.
Itaque eum ipsum eligi posse.

xix. PAVLVS LIBRO TERTIO SENTENTIARUM[¶]

ILLO AVT^T ILLO, VTRVM ELEGERIT LEGA-
TARIUS. nullo à legatario electo, decedente eo post diem
legati cedentem, ab heredem transmitti placuit^c.

Mutatio voluntatis post electionem.

xx. LABEO LIBRO SECUNDO POITERIORUM A IAUO-
LENO EPITOMATORUM[¶]

AUDIUM LIBRO PRIMO^d RESCRIPTUM EST, CUM ITA LE-
GATUM EST, VESTIMENTA, QVAE VOLLET, TRICLI-
NARIA SVMITO^e, SIBIQUE HABETO: si is dixisset
que vellet, deinde antequam easumeret, alia se velle dixisset:
mutare voluntatem eum non posse, ut alia sumeret. quia om-
ne ius legati prima testatione, qua sumeretur dixisset, consum-
psit. quoniam^f res cōtinuo eius fit, simul ac si dixerit eam su-
mere.

Fructus, pendente condicione, ex te legata percepti legatario
non debentur, nec rudo ministrio

xxi. SCAEVOLA LIBRO VICEFIMO SECUNDO Dige-
FLORUM[¶]

FILIUM & VXOREM HERIDES SCRIPSI. FILIAM EX HEREDAUIT, & EI
LEGATUM DEDIT CUM IN FAMILIA NUPERET, CENTUM, & CUM IN
FAMILIA NUPSERIT, HIS VERBIS: IN SUPER ARBITRATV
SEM PRONIAE MATRIS EIUS MANCIPIA DE-
CEM,

a debatur.

^b Observantie At-
cur. arg. l. v. c. com-
deleg. apud Secundum
idem uihil agi repu-
diato Pamphilo, quia
pro parte repudiari
legatum receptionem
fil. l. 18. de sp. leg. &

id repudiari oper-
tare, quod legatum
est, non aliud: quan-
quam p[ro]p[ri]a valent,
de non potendo mo-
qualibus homine ex-
durem consenserit da-
re exceptione. l. 5
trans de p[ar]te.

^c Ex constitutione
Institutionis C. Iustiniani.
de legato. In isti. Itaq[ue]
apparet hec est in-
risors fidelis additum
a cōsiderib[us], quod
suspicatus quoque
est Accur.

^d lib. i. regu. scriptū
est, al. lib. i. Dige-
flor scriptum est.
^e Haec verba legati
hoc v[er]dicationis suis
se significavit. vlp.
Instit. tit. de leg.
§ quintum

CEM, QVAE CONFESTIM POST ADITAM HERE-
DITATEM MEAM A SEMPRONIA VXORE MEA
ELIGI VOLO. QVAE MANCIPIA, CVM IN FA-
MILIAM^a NVPSERIT, DARI VOLO. ET SI AN^a familia
TEQVAM NVPSERIT, ALIQVOD EX^b MÁNCI-^b exūs
PIIS DECESSERIT: TVNC IN LOCVM EIVS
ARBITRATV SEMPRONIAE MATRIS EIVS DARI
VOLO, DV M AD EAM PLENVS NVMERVS PER-
VENIAT. QVOD SI SEMPRONIA MATR EIVS
NON ELEGERIT: TVNC IPSA SIBI QVAE^c VO-^c quæ
LET ELIGAT. quæsitum est, cum matre elegerit, an ea quæ
ex his mancipiis ante nuptias adgnata sunt, ad puellā supra
num: tum decem mancipiorū pertineat. respondit, cum man-
cipiorum legatum in tempus nuptiarum testator transtulit, id
quod medio tempore ancillæ enixa sunt, ad filiam non per-
tinere. Id m quælit, ante nuptias, eisdem mancipiorū fru-
ctus & vsus an ad Semproniam matrem pertineant. respon-
dit, nihil proponi cur ad matrem pro solido pertineant:

xxii. IDEM libro septimodecimo Digestorum

Maritus uxori suæ codicillis per fideicommissum dedit
prælia, item lances quas elegerit quattuor. quæsitum est,
an ex his lancibus quæ mortis tempore sint, eligere possit.
respondit posse.

DE TRITICO VINO VEL OLEO

LEGATO TIT. VI.

VLPIANVS libro vicesimo ad Sabinum!

VINO legato, acetum quoque continetur quod paterfa-
milias vini numero habuit.

II. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum!

CVM alij penum, alij vinum legatum esset: excepto vino a
omne penum ad alium legatarū pertinebit. Si centum
amphoræ, quas velles, tibi legatæ sint: ex testamento agendo
consequi potes, vt degustare tibi liceat. aut quanti interueit
licere tibi degustare, ad exhibendum agere potes.

III. VLPIANVS libro vicelimo tertio ad
Sabinum!

Si cui vinum sit legatum centum amphorarū, cum nullum
vinum relinquisset: vinum heredem empturum, & presta-
turum: non acetum quod vini numero fuit.

Vino legato, que vase debeantur.

Si vinum legatum sit, videamus an cum vase debeat: & e vase
Celsus inquit, vino legato, etiam si non sit legatum cum
vase, vase quoque legata videri, non quia pars sunt vini vase,

a peculia-

quemadmodum emblemata argenti, scyphorū fortē, vel speculi^a: sed quia credibile est, mentem tellantis eam esse, vt voluerit accessioni esse vino amphoras. & sic, inquit, loquimur, habere nos amphoras mille, ad mensuram vini referentes. In doliis non puto verum, vt vino legato & dolia debeantur, maximē si depresso in cella vinaria fuerint, aut ea sunt, quae per magnitudinem difficultē mouentur. In^b cuppis autē tue cupulis puto admittendum & ea debēri: nisi pari modo immobiles in agro velut instrumentum agri erant. Vino legato utrēs non debēbuntur. nec nullus quidem deberi dico.

Electio hereditatis.

I I I I . P A V L U S libro quarto ad Sabinum^c

CVM certum pondus olei non adiecta qualitate legatur, non solet quārē cuius generis oleo vti solitus fuerit testator: aut cuius generis oleum istius regionis homines in usu habeat. & ideo liberum est heredi, cuius vellet generis oleum legatario soluere.

V. I U L I A N U S libro quintodecimo Digeruntur.

CVM certus numerus amphorarum vini legatus esset ex eo quod in fundo Semproniano natum esset, & minus natum esset: non amplius deberi placuit. & quasi taxationis vicem optinere hæc verba Q U O D N A T U M E R I T :

CVI^d vinum heres dare damnatus est, quod in amphoris & cadis diffusum est, dari debet: etiam si vasorum mentio facta non est. Item quamvis cum vasis, cadis legatum est: tamen id quoque quod in doliis, legatum esse videtur: sicuti si seruos omnes cum peculio cuiusque eorum legasset: etiam eos, quibus peculij nihil esset, legasse videbatur.

Interpretatio verborum.

VII. I A V O L E N U S libro secundo ex Posterioribus Labeonis^e

QVidam heredem damnauerat date vxori suæ vitium, oleum, suumentum, acetum, mella, salamenta. Trebatius aitbat, ex singulis rebus non amplius deberi, quam quantum heres mulieri dare voluisse. quoniam non adiectum esset, quantum ex quaque re daretur. Ofilius, Cascellius, Tubero, omne quantum paterfamilias reliquisset, legatum putant. Labeo id probat: idque verum est. L U C I O T I T I O T R I T I C I M O D I O S C E N T U M , Q U I S I N G V L I P O N D O C E N T U M P E N D E A N T , H E R E S D A T O . Ofilius nihil legatum esse. quod & Labeo probat: quoniam eiusmodi triticum in rerum natura non esset. quod verum puto.

b Quid haec res
seruari non siles,
sed exp̄. cadi, am-
phoras. l. C. 14. &
15. infra est.
c e. e. d. bei: rel
cadens debet:

d Coniungit cum his
leg. l. si debet. s.
recipit. d. contra
imp.

e Cum vinum
f Coniungit. si que-
z de au. d. ays. legat.

VIII. POMPONIVS libro sexto Epistula-
rum.

Si heres damnatus sit dare vinum quod in doleis esset, & per legatarium stetit, quo minus accipiat: periculose heredem factum, si id vinum effundet. sed legatarium potenter vinum ab herede doli mali exceptione placuit summoqueri. si non praestet id quod propter moram eius damnum passus sit a passurus heres.

Vini appellatione quid continetur.

VIIII. V L P I A N V S libro vicefimotertio ad Sa-
binum.

Si quis vinum legauerit, omne continetur quod ex vinea natum vinum permanxit^b. sed si mulsum sit factum, vini appellatione non continebitur proprie. nisi forte paterfamilias etiam de hoc sensit. certe zythum, quod in quibusdam prouinciis extriticò vel ex hordeo vel ex pane conficitur: non continebitur. simili modo nec camum^c, nec ceruelia continebitur, nec hydro meli. quid conditum: nec hoe puto, nisi alia mens testantis fuit. et non meli planè, id est dulcissimum vinum continebitur. & passum, nisi contraria sit mens, continebitur. defrumentum non continebitur, quod potius cōditur & loco fuit. acinaticum^d planè vino cōtinebitur. cydoneum, & si qua alia sunt quæ non ex vinea fiunt, vini appellatione non continebuntur. item acetum vini appellatione non continebitur. hęc omnia ita demum vini nomine non continentur, si modò vini numero à testatore non sunt habita. alioquin Sabinus scribit, omnia vini appellatione contineri, quae vini numero paterfamilias habuit. igitur & acetum quod vini numero paterfamilias habuit, & zythum, & camum^e; & cetera quae pro hominū affectione atque vsu vini numero habebuntur. quod si totum vinum, quod paterfamilias habuit, coacuit: non extinguitur legatum. Si acetum quis legauerit, non continebitur legato acetum, quod vini numero testator habuit. embamma autem continebitur: quia aceti numero fuit. Item si quis vinū quod habuit legauit, deinde hoc coacuit: licet postea in aceti locum translatum sit à paterfamilias, vino legato continebitur. quia id quod testamenti facti tempore vinum fuit, demonstratum est. & est hoc verū, nisi voluntas aduersetur. Vino autem paterno legato, id demum legatum videatur, quod testator vini numero habuit, non quod pater. Item si peculiare vinum legatum sit, id cōtinebitur, quod serui haberunt, cur tam diuersæ? quod paternum vinum iam cœpit v̄sus ipsius testatoris esse: at peculiare in v̄su seruorum remansit. Item si vinum vetus sit legatum,

b In huc locum ride que de varia vīnū generibus copiose trā dit P. in nat. histos lib. t. c. 6. 7. 8. C' sequent.

c curmi.

d Hoc et non meli est quod tempore vīnū demis conficitur, sexta parte mellis additum, quod dulce permaneat. & sic illi vīnū ce anomeli dicitur: alterū est ex vīno amstero. & retene: quod propriè mulsum dicitur, & vīni appellatione non continebitur. Acl. lib. 9 parerg. c. 2.

e In retributis libris manu scriptis

acinaticum & aci-

naceum legitur. Et

autem vīnum ex tri-

nus vīnaceis confe-

ctum.

f curmi. vel caloē-

num.

a Neratius

x. HERMOGENIANVS² libro secundo Iuris
epitomarum¹Ex usu testatoris legatum aestimabitur. id est quot annorum
vino pro vetere vtebatur. quod si non appareat,
x i. V L P I A N V S libro vicefimo tertio ad Sabinum¹

b Squidē & anni

Vetus accipietur, quod non est nouum: id est^b & anni prioris vinum appellatione veteris continebitur.x ii. P A V L V S libro quarto ad Sabinum¹

N Am aliter obseruantibus, quis finis, aut quod initium veteris vini sumeretur?

Si legatum non potest scilicet ex fructibus fundi unius anni,
supplementum de fructibus alterius anni.x iii. V L P I A N V S libro vicefimo tertio ad
Sabinum¹

c Ale. lib. 4. diffus. c. 22.

EX EO VINO, Q VOD IN ILLO FVNDO N A-
S C E T V R, HERES MEVS AMPHORAS D E C E M
Q VOTANNIS IN ANNO SINGVLOS DATO. quo
anno natum non fuisset, ex superiore anno eius fundi eum
numerum amphorarum heredem daturum Sabinus existi-
mat. quæ sententia, si voluntas non aduersetur, mihi quo-
que placet.x iv. P O M P O N I V S libro sexto ad Sabinum¹V Ino legato ea demum vasa sequuntur, ^d quæ ita diffusa
sunt, ut non ad perpetuum usum vasa reseruaretur. veluti
amphoræ & cadi.x v. P R O C V L V S libro secundo Epistularum¹V Inum cum vasis legauit. negat Trebatius quod in doleis^e
sit deberi. & sensum testatoris alium putat esse, verborum
alium. ceterū doleat in vasis vinariis non essent^h. ego etiā do-
lia in vasis vinariis non sunt, tamen non cōcederem Trebatio
vinum quod in doleis esset, id est quod in vasis non esset, non
esse legatum. Illud verum esse puto, cui vinum cum vasis lega-
tū erit, ei amphoras, cados, in quibus vina diffusa seruamus,
legatos esse. vinum enim in amphoras & cados hac mēte dif-
fundimus, ut in his sit donec usus causa probeturⁱ. & scilicet
id vendimus cum his amphoris & cadis. in dolia autem alia^k
mente coicimus^l: scilicet ut ex his postea vel in amphoras &
cados diffundamus, vel fine ipsis doleis veneat.

x vi. I D E M libro tertio ex Posterioribus Labeonis

Q Vm vinum Surrētinum in vrnalibus habebat diffusum,
is tibi vinum legauerat in amphoris. omne illud quo-
que vinum, quod in vrnalibus fuisset, legatum esse Labeo &
Trebatius responderunt.

Questio ex ambiguo.

Cui dulcia legata essent, si nihil aliud testamento signifi-
cetur,f Ceterum, nihil ab-
surdum significat, nec
accipitur pre, alio-
quin, si d'pre, verū, ^m
aut sed Trebatij
enim sententia est.
dolia in vasis vine-
riano: est, quod &
sequentia offendunt.
g. dolia
h. esse
i. promatur.
k. tali mente ad.
aliam mentem
l. conicimus:

m Akia. lib. 4. diff. c. 22.

etetur, omnia haec esse legata, mulsum, passum, defructum, & similes potiones: item vinas, ficos^a, palmas, caricas, quod si ita esset legatum, VINVM^b AMPHORARIVM, AMINAEVM, GRAECVM, ET DVL CIA OMNIA: nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset, legatum putat Labeo ex collatione vini amphorarij, quod non improbo.

DE^c INSTR V CTO^d VEL INSTR V MENTO

LEGATO. TIT. VII.

PAVL V S libro quarto ad Sabinum^e

^c De fundo instru^fto
^d Vide Augu. lib. 10.
^e q. clementis.

Sicut cum instrumento fundus legatus est, siue instructus: ^e Coniungit. 3. de pec. leg.

duo legata intelleguntur. Fundo cum instrumento legato, & alienato, instrumentum non vindicabitur ex sententiadefuneti.

II. PAPINIANS libro septimo Respon-
sorum^f

Cum pater pluribus filiis heredibus scriptis, duobus præceptionem bonorum auiæ præter partes hereditarias desisset, pro partibus coheredum viriles habituros legatarios placuit. Dores prædiorum, quæ Græco vocabulo^f EN O H - ^f Alciat. lib. 2. præKA i appellantur, cum non instructa legatur, legatario non ^{termis.} præstantur.

Interpretatio voluntatis.

III. IDEM libro octavo Responsorum

Fundum instructum libertis patronus testamento legavit. ^g petiit.
postea codicillis petiit, ut morientes partes suas fundi su-
perstitibus restituerent; nec instructi mentionem habuit, ta-
lam in causam fideicommissi deductum videri placuit, qualis
fuerat legatus. sed^h medij temporis augmēta fetuum & par-^h sed &
tuum, item detinenda fatalium fideicommisso contineri.

Minor viginti annis instructa prædia consobrinæ suæ dari
voluit, & quosdam seruos prædiorum viuis manumisit. non
idcirco serui manus nisi prætabuntur, quod ad libertatem
peruenire non possunt. idem iuris est, cum ex quavis alia cau-
sa libertas non competit.

III. LAVOLENS libro secundo ex posteriori-
bus Labeonisⁱ.

Cum quidam duos fundos iunctos haberet, & ex altero bo-
ues, cum opus fecissent, in alterum reueterentur: vtrumque fundum cum instrumento legauerat. Labeo, Trebatius
boves ei fundo cessuros putant, vbi opus fecissent^j, non vbi ⁱ facilius,
manere consueissent. Cascellius contra. Labeonis sententiam
probo.

Interpretatio verborum.

V. LABE O libro primo I I O A N N à Paulo epitomatorum¹

Si cui fundum & instrumentum eius legare vis, nihil interest quomodo leges: & V N D V M C V M I N S T R V M E N T O, * A N F V N D V M E T I N S T R V M E N T V M, * A N B V N D V M I N S T R V C T V M. Paulus: immo contra. nam inter ea legata hot interest, quid si fundo alienato mortius fuerit qui ita legavit: ex hac scriptura F V N D V M C V M I N S T R V M E N T O nihil erit legatum. ex ceteris poterit instrumentum esse legatum.

VI. SCAEVOLA libro sextodecimo Digestorum¹

NEpoti legauerat quæ certa regione prædia habuerat, ut instrumenta sunt cum vino, grano, calendario: & adiecerat hæc verba, Q V I D Q V I D E R I T C V M M O R T A R, I N I L L A R E G I O N E E T Q V I D Q V I D I N Q V A C V M Q V E S P E C I E E R I T I N I L L A R E G I O N E, V E L Q V O D M E V M E R I T. viuare testatrice unus ex debitoribus condemnatus, viuente testatrice satis non fecit. quæstum est, an quod ex sententia iudicis deberetur, ad nepotem pertinet. respondit, nihil proponi cur non deberetur.

Quæstio facti, de quo non respondet Scaevola.

VII. IDEM libro vicefimo secundo Digestorum¹

TAbernam cum cænaculo Pardulæ manumissō² testamēto legauerat cum mercibus & instrumentis & suppellectilī quæ ibi esset: item horreum vinarium cum vino & vasis & instrumento & insitoribus quos secum habere consueverat. quæstum est, & cum viuo testatore insula, in qua cænaculum fuit quodei legatum erat, existat sit, & post biennium eodem loco constituta noua: & horrem, quod eidem legatum erat, à testatore venierit: vini autem venditio dilata sit, ut ex eo commodō³ venirent: an vniuersa legata Pardula consequi possit. respondit, ea, in quibus voluntas mutata esset, non deberi.

Instrumentum fundi quid sit.

VIII. VLPIANVS libro vicefimo ad Sabinum¹

IN instrumento fundi ea esse, quæ fructus querendi, cogendi, conseruandi gratia parata sunt, Sabinus libris ad Vitelliū euidenter enumerat. Quarendi, veluti homines qui agrū colunt, & qui eos exercent, præpositive sunt his. quorū in numero sunt vilici, & monitores: præterea boues domiti, & pecora stercorandi causa parata. vasaque utilia culturae, quæ sunt aratra, ligones, sarculæ, falces putatoriae, bidentes, & si qua similia dici possunt. Cogendi, quemadmodū torcularia, corbes, falcesq; messoriæ, falces fenariae, quali vindemiatorij,

exce-

a & quod a. vel
quicquid

b manuscr.

c commodè vel,
commoda

d Instrumenta rel.
Instrumento

e eum
f munitores.

g sacerd.

exceptorijs; in quibus vnde cōportantur. Conseruandi, qua-
si dolia, licet defossa non sint, & cupæ. quibusdā in regioni-
bus accedunt instrumento, si villa cultior est, veluti atrientes,
scoparij. si etiā viridiaria^b sint, topiarij. si fundus saltus pa-
stionesq; habet, greges pecorum, pastores, saltuarij.

a quas sunt dolia,
ali. Conseruādi cau-
sa dolia. Florenina
& se quis ferri p̄-
set, testis viuis sa-
nam in familiis dicen-
di genere nō addidit
sep. Vlpia causa.
b viridiaria

VIIII. P A V L V s libro quarto ad Sabinum

D E grege ouium ita distinguendum est, vt si idco compara-
tus sit, vt ex eo fructus caperetur: nō debeatur. si vero ideo,
quia non aliter ex saltu fructus percipi poterit: contra erit.
quia per greges fructus ex saltu percipiuntur.

X. V L P I A N V s libro vicesimo ad Sabinum

S I reditus etiam ex melle constat, albei ap. sque continentur.

XI. I A V O L E N V s libro secundo ex Cassio

E Adem ratio est in auibus, quæ in insulis maritimis alun-
tur.

XII. V L P I A N V s libro vicesimo ad Sabinum

Q Væsitum est, an frumentum, quod cibariis cultorum pa-
ratum foret, instrumento cederet. & plurimis nō pla-
cket: quia consumeretur. quippe instrumentum est apparatus
rerum diutius mansurarū, sine quibus exerceri nequiret pos-
satio, accedit^d qd, quod cibaria victus magis quam colēdi cau-
sa pararentur^e. sed ego puto & frumentum & vinum ad ci-
Varia paratum instrumento contineri. & ita Seruī respon-
ditisse auditores eius referunt. Item nonnullis visum est fru-
mentum, quod serendi causa sepositum est, instrumento con-
tineri. puto quia & instar culturæ esset, & ita consumitur. Ut f consumeretur,
semper reponeretur. sed cau'sa seminis nihil à ci Variis differt.

- 2 Conseruandi fructus causa, veluti granaria. quia in his
fructus custodiuntur, vrceos, capsellas, in quibus fructus
componuntur. sed & ea, quæ exportandorum fructuum cau-
sa parantur, instrumenti esse constat: veluti iumenta, & vehi-
cula, & naues, & cupæ, & culei. Alcnius autem, si quosdam
ex hominibus aliis legauerit, certos qui in fundo fuerunt,
non contineri instrumento ait, quia nihil animalis instru-
menti esse opinabatur. quod non est verum. constat enim eos,
3 qui agri gratia ibi sunt, instrumento contineri. Quaritur an
seruīs, qui quasi colonus in agro erat, instrumento legato
contineatur. & Labeo & Pegasus recte negauerunt. quia non
pro instrumento in fundo fuerat^g, etiam si solitus fuerat &
4 familiæ imperare. Saltuarium autem Labeo quidem pu-
tat eum demum contineri, qui fructuum seruandorum gra-
tia piratus sit. cum^b non, qui finium custodiendorum causā. b non eum,
sed Neratius etiam hunc. & hoc iure utimur, vt omnes sal-
tuarij contincantur. Trebatius amplius etiam pistorem &

tonforeni, qui familiæ rusticæ causa parati sunt, putat contineri. item fabrum, qui villæ reficiendæ causa paratus sit. & mulieres quæ panem coquant, quaeque villa seruent. item militares, si ad usum rusticum parati sunt. item focariam^a, & villicam: si modò aliquo officio virum adiuuet. item lanificas, quæ^b familiam rusticam vestiunt^c, & quæ pulmentaria rusticis coquant. Sed an instrumenti instrumentum legato instrumento continetur, queritur. haec enim quæ rusticorum causa parantur, lanificæ, & lanæ, & tonsores, & fullones, & focariæ, non agri sunt instrumentum, sed instrumenti. puto igitur etiam focariam continentur. sed & lanificas, & ceteros quisupra numerati sunt. & ita Seruū respondisse auditores eius referunt. Vxores quoq; & infantes eorum qui supra enumerati sunt, credendū est in eadem villa agentes voluisse testatorem legato contineri. neq; enim duram separationem iniunxit credendus est. Si aliqua parte a N in fundo pascantur pecora, aliqua parte his pabulū conductitur: vel serui, si aliqua parte anni per eos ager colitur, aliqua parte in mercedē mittuntur: nihilo minus instrumento continentur. cellararium^d quoque, id est: deo prepositum, ut rationes saluæ sint: item ostiarium, mulionemq; instrumenti esse constat. Et molas, & machinas, fenum, stipulas, aspernum machinarium, machinam frumentariā, vas æneum, in quo sapa ^e coqueretur, & defrumentum fiat, & aqua ad bibendū la Bandamq; familiā paratur, instrumenti esse, & cribra, & plaustra, quibus stercus euehatur. ea, vel d, quæ solo continentur, instrumenti fundi non esse Cassius scribit, veluti arundineta & salicta antequam cæsa sint: quia fundus fundi instrumentū esse nō potest. sed si cæsa sint, puto contineri: quia querendo fructui desertiunt. idem & in palis erit dicendū. Si in agro venationes sint, puto venatores quoq; & vestigatores, & canes, & cetera quæ ad venationem sunt necessaria, instrumento continentur. maximè si ager & ex hoc redditū habuit. Et si ab auctorio redditus fuit, auctipes, & plagiæ, & huius rei instrumentum agri instrumento continentur. nec mirum: cū & aues instrumento exemplo apium^f continentur, Sabinus & Cassius^g putauerunt. Si quis eodem instrumento in plurimis agris vtatur, cuius agri sit instrumentum, queritur. & ego arbitror si quidem appetet voluntas patrisfamiliae, cui^h potius agro destinauerat: eius esse instrumentum, ceteri enim agri ab hoc agro veluti mutuantur. si nō appareat, nullius instrumento cedet. neq; enim pro parte diuidemus instrumentum. Supellex, ceteraq; si qua in agro fuerint, quo instructior esset paterfamilias, instrumento fundi non continentur. Si domus sit instrumentum legatum, vindendū quid continetur. & Pegasus ait, instrumentū domus id es-

^a foratam,^b qui
^c vestiunt,^d cellarium: ^e iis.^f est Flora.^g sib. Reciter H. r.
maximè tamen s. quæ-
tut, deficiuntur: generat-
entur, sicut vobis deci-
bi, de quibus Pla.
& Calem.^h continetur.
ⁱ auctio
^j Cascius

Ieclus

^k parte agri

id esse, quod tempestatis arcendæ aut incendij causa paratur: non quod voluptatis gratia. itaq; neque specularia, neq; vela, quæ frigoris causa vel vmbrae in domo sunt, deberi. quæ sententia Cassij fuit, qui dicebat, inter instrumentum & ornamentum multum interesit: instrumenti ^a enim ea esse quæ ad instrumenta tutela in domus pertinent. ornamenti, que ad voluptatem: sicut tabulas, pictas. Vela autem Cilicia instrumenti esse Cas-
 sius. quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laboret. Acetum quoq; quod exsinguendi incendij causa paratur. item centones, tifones, perticæ quoq; & scalæ. & formiones, & spō-
 gias, & amas^b, & scopas^c contineri pleriq; & Pegasus aiunt. Tegulam autem & tignum eius rei causa parati, instrumento contineri, si ad huiusmodi causam habeat tigna parata, ad alios usus non deseruentia. proinde & fulcimenta, si qua ha-
 bebath huic rei necessaria: etiam ea instrumento domus conti-
 nebuntur. De velis quæ in hypethriis^d extenduntur, item de his
 quæ sunt circa columnas, Celsus scribit, magis suppellectili
 adnumeranda. & ita Sabinum & Cassium putare. Canales
 autem, & arpagones, & amas instrumento contineri constat.
 Item perticæ, quibus araneæ detergentur: item spongeæ, qui-
 bus columnæ, pavimenta, podia extergantur: scalæ quæ ad la-
 cunaria admoueantur, instrumenti sunt: quia mundiorē do-
 cum reddunt. Papinianus quoq; libro septimo responso-
 rum ait, sigilla^e, & statua adfixæ instrumento domus nō con-
 tinentur: sed domus portio sunt. quæ vero non sunt adfixæ,
 instrumento non continentur, inquit: suppellectili enim ad-
 numerantur: excepto horologio æreo, quod nō est adfixum.
 nam & hoc instrumento domus * putat contineri. sicut pro-
 thyrum domus, si velamen est, inquit, instrumento domus *
 14 continentur. Fistule autem, & canales, & crateres, & si qua
 sunt alia ad aquas salientes necessaria: ite ferræ^f, & claves, ma-
 gis domus portio quam domus instrumentum sunt. Specula-
 ria quoque adfixa magis puto domus esse partem. nam & in
 emptione^g domus & specularia, & peginata cedere, siue in æ-
 dificio sunt posita, siue ad tēpus detracta. sed si non sint reposi-
 ta, ad hoc tamen sint, vt suppleantur si qua desint: instrumēto
 * potius continebuntur. cancelllos quoq; instrumento * conti-
 nerি puto. Sed si fundus non sit cum instrumento legatus,
 sed ita ut instrumentus sit: quæ sitū est, an plus^h cōtineatur quam si cum instrumēto legatus esset. & Sabinus libris ad Vitelliū
 scribit, fatēndū esse, plus esse cum instruētus fundus legetur,
 quam si cum instrumento. quam sententiā cottidie increscere
 & inualescere videtur. quanto igitur hoc legatū vberius est,
 videndum est. & Sabinus definit, & Cassius apud Vitellium
 notat, omnia quæ eo collocata sunt, vt instructio esset pater-
^a instrumenta
^b amiss.
^c scaphas,
^d Hoc vocabulū ex-
 plicas Bud. sup. ca. 40
 de ijs qui nos. infas.
^e In hunc locū vide
 Alex. ab Alex. Genit.
 die liv. 5. ca. 24. inca-
 facem.
^f ferræ.
^g emptione
^h amplius
ⁱ colla. a. Id est, que
 ibi hasuit, ut instru-
 ctio esset.

familias, instructo, inquit, continebuntur. Id est quæ ibi habuit ut instructior esset. hoc ergo legato nō agri instrumentum, sed proprium suum instrumentum reliquissit videtur.

^a non tantum. Re
tē hic abeſt iārum,
græcū dīcēdī genēt.
^b Aug. Lib. 2. om̄d. 4. 4
^b sed &
e illuc
d continebuntur.
sed etiā

proinde si fundus sit instructus legatus, & suppellex continebitur, quæ illic fuit vſus ipsius gratia. & vestis non solum strigula, sed & qua ibi vti solebat. mēsa quoq; eboreæ, vel si quæ alie. item vitrea, & aurum, & argentum. vina quoq; si qua ibi fuerint vſus ipsius causa, continentur^d. & si quid aliud vtenſilium. Sed si qua eo congeſſerat non vſus sui causa, sed custodiæ gratia: non continebuntur. vina etiam, quæ in apothecis sunt, non cedent. & hoc iure vtimur, vt quæ ibi paterfamilias quasi in horreo habuit, hæc non contineantur. Celsus quoq; libro nonodecimo digestorū scribit, fructus ibi repositos ut venirent, vel in aliū vſum quam fundi conuerterentur: instructo fundo non contineri. idem Celsus eodē libro ait, etiā suppellectarios, & ceteros hoc genus seruos cōtineri: id est ministerialibus instructus erat in eo fundo, extra ea que liberatatem acceperunt: & qui tunc morari solebant. Si instructum fundum legasset, ea pædagogia, quæ ibi habebat, ut cū ibi venisset p̄æſto essent in triclinio, legato continentur. Con tubernales quoq; seruorū, id est vxores & natos instructo fundo contineri verum est. Instructo autē fundo & bibliothecam & libros, qui illic erant ut quotiens venisset vteretur, contineri constat. sed si quasi apotheca librorum vtebatur, contra erit dicendū. Neratius quoq; libro quartō epistulariū Rūfino respondit, instructo fundo & suppellectilem, & vina, & mancipia non solum ad cultū custodiām v̄e villa, sed etiā que ut ipſi patrifamilias in ministerio ibi essent, legato cedere. Imagines quoque hæc solæ legatae videntur, quæ in aliquo ornatu villa fuerunt. Papinianus quoq; p̄ædiis instructis legatis, mancipia non contineri, quæ temporis causa illic fuerunt, ac non eo animo tranſtulit paterfamilias, ut aut fundi aut suum instrumentū faceret. Idem respondit, p̄ædiis instructis legatis, actorem ex his in prouinciā misum, ut ordinatis negotiis ad pristinum actum rediret, legato prediorum cedere, quamuis nondum redierit. Idem respondit, instructis hortis^b legatis, etiam vina quæ ibi fuerunt, quo dominus esset instructior, contineri, aliud esse, si hortea ibi habuit, vnde instruebatur vel in vrbe vel in aliis p̄ædiis. Idem respondit, domo per fideicommissum relicta cū suppellectili Claudio Hieroniano clarissimo viro ab Umbrio^c Primo, & mensas & ceteram suppellectilem, quam in hortis^d paterfamilias in proconsulatum profecturus contulerat, ut tuiore loco essent: contineri. Idem respondit, theriacam quoq; & cetera medicamenta quæ secessus causa dominus ibi habuit, & vestē propter secessum ibi

^a Hieronymiano
^b al. Hermoriano
^c Umbrio
^d hortos ali. horre
m proconsulatu. In
tellige autem de pro-
consulatu Umbrij te-
statoria, non Hiero-
nianus, ut nonnulli ma-
tacceperant.

22 ibi depositā instructō fundo legato inesse. Idem respōdit, domo ita vt instrūcta est cū omni iure suo legata: vrbana mīlia, item artifices, quorū operæ ceteris quoq; prædiis exhibebātur, legatō non contineri. hōstiarij autē, inquit, vel topiarij, diætarij, aquarij domui tantum deseruientes cōtinebuntur. sed quod de artificibus ait, falsum est, si eius domus causa

23 parati sunt: licet aliis quoq; prædiis commodabantur. Idem respondit, domo instrūcta legata, mēsas eboreas, & libros nō cōtineri. sed & hoc falsum est. nam omne quidquid in domo fuit, quo instructior ibi esset paterfamilias, cōtinebitur. supplectilem autē patrisfamiliae instrumentū esse, nemo dubitat. deniq; Neratius libro quarto epistularum Marcello fratri suo respondit, & vestē domus instructae legato contineri. maxime, inquit, in proposita specie. proponebatur enim qui legauerat, argētū & cautionēs exceperat. nam qui hāc, inquit, exceptit, non potest non videri de ceteris rebus, quæ in ea essent, sen

24 fuisse. Sed & ipse Papinianus eōdē^a libro respōsorum ait, pa- trem mercatorē ac fæneratorē, qui duos filios totidemq; filias heredes instituerat, ita legāsset: *F I L I I S M A R I B U S D O-*
M V M M E A M I N S T R U C T A M D O L E G O, D A R I Q V I
I V B E O: merces & pignora an cōtineantur, quāri posse. fed facilē iudici voluntatis coniecturā fore, ceteris patris facultatibus examinatis.^b

^a libro sexto^b legasse:

25 Celsus scribit, seruis qui in fundo mora rentur legatis, vicarios eorū non contineri: nisi appareat & de

26 vicariis eum sensisse. Papinianus quoque libro septimo re- sponsorū, vxori, cui vir omnia quæ in domo erant, ab herede filia^c præstari voluit, cautionēs debitorū emptionesq; seruo- rum nō videri legatas, respondit. nisi, inquit, ex alia parte & de seruis eum cogitasce apparuerit. scilicet vt eorū seruū ei legasse videatur emptiones, quos & ipsos voluit ad eam per-

^c estimatis.

27 tinere. Si quis fundū ita vt instructus est legauerit, & adiecerit cum suppellectili, vel mancipiis, vel vna aliqua re quæ nominatim expressa nō erat: utrum minutum legatum ad Icien- do speciem, an verò nō, quæritur: & Papinianus respondit, nō videri minutum: sed potius ex abundantia^d adiectum.

^d abundantia

28 Idem Papinianus libro septimo respōsorum ait, instructis hortis filio legatis, māter argētū muliebre filiæ legauerat. respondit, etiam id argētū muliebre, quod in hortis habuit, vt ibi esset instructior, ad filiam pertinere.

In instrumentū taberne.

XII. P A V L V S libro quārto ad Sabinum

T' Abernæ^e cauponias instrumento legato etiam institores f Ang.ii.2.em.2.4.

contineri Neratius existimat. sed videndum, ne inter g caupone

instrumentum tabernæ cauponias, & instrumentum caupo-

næ sit discrimen, vt tabernæ, non nisi loci instrumenta sint,

vt do-

^{a alienum. Al. lib.} vt dolia, vasa; ancones, calices, trullæ, quæ circa cœnam solent
^{b. patet g. c. p. quem vide.} trahi: item vrnæ æreæ, & congiaria, testaria, & similia. cau-
 ponæ autem, cum negotiationis nomen sit, etiam institores.

In instrumento balneario legato, etiam balneatorem conti- 1
 neri Neratius respondit.

^b fornacator.

CXIIII. IDEM libro secundo ad Vitellium!

Continetur autem & fornicator^b.

xv. P O M P O N I V s libro sexto ad Sabinum!

^c cauponæ

^d cauponia

^e in fundo,

^f est.

SIta testamento scriptum sit, QVAB TABERNARVM
 EXERCENDARVM, INSTRVENDARVM, PISTRINI,
 CAUPONAE CAVSA FACTA PARATAQUE
 SVNT, DQ. LEGO: his verbis Seruius respondit: & caballos
 qui in pistriñis essent, & pistores, & in cauponio^d institores,
 & focariam, mercesq; quæ in his tabernis essent, legatas vide-
 ri. Domo instructa, responsum est suppellectilem legatam,
 non etiam vina, quia domus vinis instructa intellegi non po-
 test. Mulier villa custos perpetua^e fundo, qui cum instru- 2
 mento legatus esset, aut instructo, continebitur, sicuti saltua-
 riis; par enim ratio est, nam desiderant tam villa quam agri
 custodiam illuc, ne quid vicini aut agri aut fundi occupent:
 hic, ne quid ceterarum rerum quæ in villa continentur. villa
 autem sine villa dubitatione pars fundi habetur.

xvi. A L E E N V S libro secundo Digestorum à Pau-
 lo epitomatorum!

^g nullus

Villa instrumento legato, suppellectilem non contineri ve-
 rius est. Vinea & instrumento eius legato, instrumentū 1
 vineæ nihil esse Seruius respondit, qui eum consulebat, Cor-
 nelium respondisse aiebat, palos, perticas, rastro, ligones in-
 strumenti vineæ esse, quod verius est.

Quidam vxori fundum vti instrutus esset, in quo ipse ha- 2
 bitabat, legavit, consultus de mulieribus, lanificis an instru-
 mento continerentur, respondit, non quidem esse instrumēti
 fundi: sed quoniam ipse paterfamilias qui legasset, in eo fun-
 do habitasset: dubitari non oportere, quin & ancillæ & cete-
 ræ res, quibus paterfamilias in eo fundo esset instructus, om-
 nes legate yiderentur.

xvii. M A R C I A N V S libro septimo Institutio-
 num!

ⁱ nauicellas,
^j parax
^k balneario

Item pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque
 horum legato cedunt. item peniculi, & cauteria, & con-
 chæ. Instrumento piscatorio contineri Aristo ait nauicel- 1
 las^h, quæ piscium capiendorum causa comparatae sunt. sed &
 piscatores contineri, verius est. Instrumento balneario^k le 2
 gato, dictum est balneatorem sic instrumento contineri bal-
 neario, quomodo instrumento fundi saltuariū, & toparios:
 & in-

& instrumento*cauponio institorem. cum balneæ sine bal- a aut
neatoribus vsum suum præberer non possint.

XVIII. P A V L V S 4 libro secundo ad Vitellium³

CVm de lanionis instrumento quæritur: semota carne, mē-
fas, pondera^b; ferramentaque^c laniandæ carnis causa
præparata^d: item trutinas, cultros, dolabras instrumento re-
linquimus. Instrumento legato, aliquando etiam personas
legantium necesse est inspici. vt ecce pistorio instrumento^e*le-
gato*ita ipsi pistores inesse videri possunt, si paterfamilias pi-
ttrinum exercuit. nam plurimum interest, instrumentum pi-
stribus, an pistriño^f paratum sit. Afinam molendariam^g
& molam negat Narratus instrumento fundi contineri. item
caccabos & patinas^h in instrumento fundi esse dicimus: quia
sine his pulmentarium coqui non potest. nec multum refert
inter caccabos & aenumⁱ quod supra focum pèdet. hic aqua
ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. quod si
aenum instrumento continetur: vrcei quoque, quibus aqua
in aenum infunditur^j, in idem genus rediguntur: ac dein- h funditur.
ceps in infinitū primis quibusque proxima copulata præ-
dunt. optimum ergo esē Pedius ait, non propriam verborum
significationem scrutari: sed in primis quid testator demon-
strare voluerit. deinde in qua præsumptione sunt, qui in qua-
3 quere regione commorantur. Cum de vilico quereretur, &
an instrumento inesset, & dubitaretur: Scœuola consultus
respondit, si non pensionis certa quantitate, sed fide domi-
nica coleretur^k: deberi. Idem consultus de meta molendaria k i coleret:
respondit, si rusticis eius fundi operariis moleteretur: eam quo-
que deberi. et autem meta inferior pars molæ, catillus supe-
rior. De bubulco quoque ita respondit: siue de eo qui bubus^l I bobus
ibi araret, siue de eo qui boues eius fundi aratores^m pasceret, m aratores
quereretur: deberi. De putatoribus quoque ita respondit, si
eius fundi causa haberentur, inesse. Pastores quoque, & fos-
4 sores ad legatarium pertinere. Item cum fundus ita legatus
effet, MAE VIO FVN DVM SE JANVM, ITA VT OPP-
TIMVS MAXIMVS QVE EST, CVM OMNI INSTRU-
MENTO RVSTICO, ET VRBANO, ET MANCI-
PIIS QVAE IBI SVNT: & quereretur, an semina debe-
rentur, respondit, verius esē deberi: nisi aliud testatorem sen-
sisse heres probaret. Idem respondit de fumimento reposito ad
5 mancipiorum exhibitionem. In instrumento medici es-
se collyria, & emplastræ, & cetera eius generis CaSiUS
scribit.

Conjectura voluntatis.

6 Cui fundum instructum legauerat, nominatim mancipia
legavit. quæsitus est, an reliqua mancipia, quæ non nomi-
natset,

nasset, instrumento cederent. CaSius ait, responsum esse, tam
mancipia instructi fundi sint, tamen videri eos solos legatos esse,
qui nominati essent: quod appareret non intellectus
se patrem familias, instrumento quoque seruos adnumeratos
esse.¹ Sabinus; cui fundus, quaéque ibi sint, legata sunt: ei
fundus & omnia, quæ in eo solita sunt esse, quaéque ibi ma-
iore parte anni morari^a, & hi qui in eum manendicausa re-
cipere se cōsueuerunt, legati videtur. at si qua consulto in fun-
do congregata, contrāctāve^b sunt quo legatum cumularetur: ea
non videntur legata esse. Quidam cum ita legasset, VIL-
ZAM MEAM ITA VT IPSE POSSEDI, CVM SVP-
PELLECTILE, MENSIS, MANCIPIS QVAE IBI
DEPV TABVNTVR VRBANIS ET RVSTICIS, VI-
NIS QVAE IN DIEM MORTIS MEAE IBI ERVNT,
ET DECEM AVREIS: & quæreretur, cur in diem mor-
tis ibi libros, & vitréamina, & vesticulam^c habuerit: an ea-
dem^d omnia legato cederent, quoniam quædam enumera-
set^e. Scœuola respondit, specialiter expressa quæ legato cede-
rent^f. Domum instructam legavit cum omnibus adfixis.
quæritur de instrumentis débitorum, an ea legatarius ha-
bere potest. respondit, secundum ea quæ proponerentur,
non posse.

Legatum instrumenti est uniuersale, ideo recipit augmen-
tum usque ad mortem testatoris.

XVIII. PAULVS libro tertio decimo Respon- sorum^g

SI mancipia, quæ post testamentum factum in fundū Seiæ
relictum à testatore inducta fundi colendi gratia in eodem
fuerint: ea quoque instrumento fundi cōtineri respon-
di. quamvis enim ea mancipia testator demonstrasset, que tūc
ibi essent cum legaret: tamen non minuendi legati, sed augen-
di causa, mancipiorum quoque fecit mentionem. ceterum in-
strumento fundi mancipia quoque colendi agri causa inducta
cōtineri non ambigitur. Paulus respondit, villæ instru-
mento neque fructus repositos neque equitum cōtineri. sup-
pellectile^h autem legato cedere. Seruum vero arte fabrica pe-
ritum, qui annuam mercedem præstabat, instrumento villa
non cōtineri.

Interpretatio voluntatis.

XX. SCAEVOLA libro tertio Responsorum

SEiæ ex parte heredi institutæ, si heres erit, fundos per præ-
ceptionem dederat instructos cum suis vilicis, & reliquis
colonorum. & codicillis ita scripsit. POSTEA MIHI
VENIT IN MENTEM, SEIÆ FUNDOS QVOS RE-
LIQUIITA VT SYNT INSTRYCTI RYSTICO IN-

a marabantur,

b cōncretaiva

c vestis pīca ha-
buerat;
d an ea
e nominasse.
f cederet.

g suppellectilem

h Reliquæ colonorū
sunt ea, qua coloni
ex preiis conductio-
ni reliquacis sunt.
infra rad. l. liberis
& s. prædia. Piso.
Ob. 3 epist.

STRUMENTO, SVPP E LLECTILE, PECORE, ET
VILICIS, CVM RELIQVIS COLONORVM ET

APOTHECA^a HABERE VOLO. quæ fitum^b est, an etiam a ^capothece ea, quæ patris familiæ vsus cottidiani causa in fundis fuerunt, legato continerentur. respondit, testamento quidem, vt proponeretur, Seiæ insuper^c fundum legatū. verum non amplius deberi, quam in codicillis, quos sanè post obliBionem testamentariæ scripturæ fecisset: instructi appellatione contineri velle se, manifeste ostendisset. Liberto suo quidam prædia legauit his verbis: SEIO LIBERTO MEO FVNDOS ILLVM ET ILLVM DO LEGO ITA VT INSTRVCTI SVNT, CVM DOTIBVS ET RELIQVIS COLONORVM ET SALTVARIIS, CVM CONTUBERNALIBVS SVIS ET FILIIS ET FILIABVS. quæ fitum^b est, an Stichus serius, qui prædium vnum ex his coluit, & reliquatus est amplam suminam, ex causa fideicommissi Seio debeatur. respondit, si non fide dominica, sed mercede, vt extranei coloni solent, fundum coluisset: non deberi.

Questio ex ambiguo.

2 GAI^o SEIO ALVMNO MEO FVNDOS MEOS ILLVM ET ILLVM, ITA VT INSTRVCTI SVNT, ET DOMVM SVPERIOR EM DARI VOLO. quæ fitum^b est, an etiam domū instructam dari voluerit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, ita videri dedisse, nisi is à quo pateretur, aliud testatorem sensisse manifestè doceret. at si habitationis, id est ædificij instrumentum legasset: non cedere seruos operæ, aliive rei paratos.

Reliqua colonorum legata.

3 Prædia ut instructa sunt cum dotibus, & reliquis colonorum & vilicorum, & mancipiis, & pecore omni legauit, & peculiis, & cum actore. quæ fitum^b est, an reliqua colonorum, qui finita conductione interposita cautione de colonia discesserant, ex verbis suprascriptis legato cedant. respondit, non vi-

4 deri de his reliquis esse cogitatum. Idem quæfit in actore legato, an vxor & filia legato cedant: cum actor non in prædiis, sed in ciuitate moratus sit. respōdit, nihil proponi cur ce-

5 dant. Idem quæfit, cum testator factò testamento in prouinciam sit profectus: an ea mancipia, quæ post profctionem eius aut mortem sine cuiusquam auctoritate sponte sua ad parentes & notos sibi homines, in fundos legatos transfier^d, legato cedant. respondit, non legatos eos^e, qui fortè veluti coimeantes transflissent.

Interpretatio voluntatis.

6 PAMPHILAE LIBERTAE MÆ DARI VOLO FUNDVM TITIANVM, CVM INSTRVMENTO ET

^b Si scripturam sp̄e-
^c iller, plenum est lega-
tū instructū: namque
fundū legauit: quæ
appellatione non ca-
tanum, quæ in codi-
cilio recensuit continen-
tentur, sed etia quæ
ipse ille habuit usus
sui quotidiani gre-
ciae, i.e. questrum: sed
si fundat, supra eo.

Sed melius est dicere
non amplius deberi,
quam instructi appella-
tione in codiciliis,
quod scilicet in testa-
mento id obliuione
preterisset, contineri
se velle ostendisset.

^c Id est, præter instru-
ctionem, et amplius
quam coluerat: quod
cum rectum sit, cur
adversus omnium exer-
plarium fidem lega-
mus instrudum pro
insuper, non video.

^d transflissent,
^e eos esse,

HIS QVAE IN EODEM ERVNT CVM MORIAR:
 quæsitum est, si Stichus seruus ex eofundo ante annum mor-
 tis testatoris abductus, & in disciplinam traditus, postea in
 eum fundum non reuersus sit: an debeatur. respondit si studé-
 di causa mississet, non quo à fundo eum aliorum trāsferat ^a:
 deberi. TYRANNAE SORORI MEAE FVN'DVM ME-
 VM GRAECIANVM CVM STABVL'O ET INSTRU-
 MENTO RVSTICO OMNI RELINQVO. queritur,
 an fundi appellatione etiā pascua quæ ad eum simul cū fundo
 peruererint, & quæ semper in vñibus huius possessionis ha-
 buerat, legato cederent. respondit si prata fundi Græciano ita
 coniunxiſet, vt sub vna fundi appellatione haberentur: ea
 quoque deberi. Instructis domibus legatis, crabattus argen-
 to inaurato tectus mortis Titiae tem̄ ore in domibus non est
 repertus, sed in horreis tantisper conditus: queritur an is quo-
 que præstandus sit. respondit, si in domo effe soleret, & quo-
 tutiore loco haberetur, interim in horreo allatus esset: nihil
 minus præstandum. Quod adiecit testator VT I F O S S E-
 D I, an hoc significet, sicut instructa in diem mortis habuit;
 id est, cum mancipiis, pecoribus, instrumento rustico respon-
 dit, non de iure queritur ^b.

b queri.

e nulle

d pertinent,

X X I . P O M P O N I V S libro primo Fideicom- missorum

CVm fundus sine instrumento legatus sit: dolia, molæ oli-
 uaria, & pralum, & quæcumque infixa inædificataque
 sunt, fundo legato cōtinentur nulla ^c autem ex his rebus, que
 moueri possunt, paucis exceptis, fundi appellatione cōtinen-
 tur. de molis tum quæri solet, cum ita adfixæ, ita ve inædifica-
 ta sint, vt partes ædificiorum esse videantur.

X Y I I . P A V L V S libro tertio Sententiarum

Vndo legato vt optimus maximusque est, retia apraria, &
 cetera venationis instrumenta continebuntur. quod etiā
 ad instrumenta pertinet ^d, si quæstus fundi ex maxima parte
 in venationibus consistat. Fundo legato cum mancipiis &
 pecoribus & omni instrumento iustico & urbano, peculium
 actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem fundo fuerit, ma-
 gis placet ad legatarium pertinere.

X X I I I . N E R A T I V S libro secundo respon- sorum

CVm queratur quod sit tabernæ instrumentum: inter-
 esse, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum
 fit.

X X I V I I . P A V L V S libro tertio ad Neratium

e Hanc legem ne-
 sit Hesiodus in de se
 d uisit. Argus lib. I.
 emend. cap. 6. FVndus ^e, qui locatus erat, legatus est cum instrumento. in-
 strumentum, quod colonus in eo habuit, legato cedit Pau-
 lus:

Ius: an quod coloni fuit, an tantum id quod testatoris fuit? & hoc magis dicendum est: nisi nullum domini fuit.

Instrumentum fundi quid sit.

XXV. I A V O L E N V s^u libro secundo ex Posterioribus
Labeonis^u

Fundi instrumēto legato, id pecus cedere putabat Tubero, quod is fundus sustinere potuisset. Labeo contra, quid enim fiet, inquit, si cum mille oves fundus sustinere potuisset, duo milia ouium in eo fundo fuerint? quas oves potissimum legato cessuras existimavimus? nec quærēdū esse, quid debuissest parari pecoris instrumenti fundi causa, sed quid paratum esset, non enim ex numero aut multitudine legata aestimandum esse. Labeonis sententiam probo. Quidam cum infundo figlinas haberet, figurorum opera maiore parte anni ad opus rulticum vtebatur, deinde eius fundi instrumentum legauerat. Labeo,^a Trebatius, non videri figulos^b in instrumento fundi esse^c. Item cum instrumentum omne legatū es- set, excepto pecore: pastores ouiliones, ouilia quoque legato contineri, Ofilius non recte putat.

^a Labeo &
^b figlinas
^c esse aijunt.

XXVI. I D E M libro quinto ex Posterioribus
Labeonis^u

Dolia fictilia, item plumbea, quibus terra adgestā^d est, & in d adiecta his viridiaria posita aediū esse Labeo, Trebatius putant. ita id verū puto, si ita illigata sint aedibus, ut ibi perpetuo posita sint. Molas manuarias quidem suppelletilis, iumentarias autem instrumēti esse Ofilius ait. Labeo, Cascellius, Trebatius neutras suppelletilis, sed potius instrumenti putant esse, quod verum puto.

XXVII. S C A E V O L A libro sexto Digestorum

Pædia maritima cum seruis qui ibi erunt, & omni instru- mento, & fructibus qui ibi erunt, & reliquis colonorū nutori suo legauit, quæsum est, an serui pescatores, qui solebant in ministerio testatoris esse, & vbi cumque eum sequi, & e quounque vbi vicis rationibus expungebantur^e, nec mortis testatoris tem- pore in prædiis legatis deprehensi fuerint: legati esse videantur, respondit, secundum ea quæ proponerentur, non esse legatos.

Ad finis suo ita legauit, FVN DVM CORNELIANVM TITIO ITA VT EST INSTRVCTVS, CVM OMNIBVS REBUS ET MANCIPIIS ET RELIQVIS COLO- NORVM DARI VOLO. hæc testatrix Romæ glitis causa ex g Röمام Aftica veniens, mancipia quædam ex fundo suprascripto, quo citius^h per hiemem[operamⁱ elegeret,] secum abduxit. quæsum est, an ea mancipia fideicommisso cedant, cum quædam ex his rusticis officiis ad tempus peregrinationis abducta sunt, relictis cōseruabus & filiis suis, & quædam matribus &

Pars v.

5 y

patri-

^h tunc
ⁱ ad oram legret,

patribus. respondit mancipia, de quibus quereretur, secundū ea quæ proponerentur, ex causa fideicommissi deberi. Idem quæsit, an fructus eiusdem fundi, qui ibi in diem mortis coacti manserint, fideicommisso cedant. cum plenissima testatoris erga ad finem voluntas ab eo quoque manifestetur, quo reliqua colonorū eiusdem possessionis ad eum pertinere voluerit. respondit, in huiusmodi scriptura posse respondēri, hoc solum querēdum, an manifeste appareat defuncta^a id, de quo quereretur, dari noluissē^b. Liberto, quem heredem ex parte rescripsit^c, fundum per præceptionem dedit in hæc verba.

PAMPHILE LIBERTE PRAECIPITO, TIBIQUE HABETO FUNDVM MEVM TITIANVM ET AGELLVM SEMPRONIANVM CVM INSTRUMENTO ET HIS QVAE IN EODEM ERVNT CVM MORIAR, FAMILIAQUE QVAE IN EO FUNDО MORATVR: EXCEPTIS QVOS MANVM SERO. quæ situm est, cum testator in eo fundo aliquantū vini in doleis habuerit, quod viuus totum vendiderat: & partem tertiam pretij pro eo accepérat, an vinum in doleis remanēs ad libertum ex causa præceptionis pertineat. respondit, verbis, quæ proponerētur, contineri: nisi manifeste contrariam voluntatem coheredes approbant. In eo fundo instrumenta calendarij^d, & nummos reliquit. responsum^e est, de nummis quoque ut supra responsum^f. Ita legatum est, SEPTICIAE SORORI MÆAE 3 FUNDI PATERNI MEL SEIANI PARTEM DARI VOLO SIC V^t EST: ET ALTERAM PARTEM ITA VT IN DIEM MORTIS FVERIT, quæ situm est, an ex verbis supra scriptis afferet & præla iami posita^g parataque, ut immittentur ædificio: item instrumentum urbanum & rusticum cum mancipiis, quæ fundi causa erant, ad legatarios^h pertineant. respondit, possunt hæc verba sic v^t est, ad instructū referri. Fundos legavit in hæc verba, SEMPRO- 4 NIO FRATRI MEO HOC AMPLIVS FUNDOS MEOS ITA UT INSTRVCTI SVNT, CASSIANVM,

g aggeres. Floren-
tinam agis conuenit
frequentibus.
h disposita, at im-
posita,
i legatariam

k Nomianū, alias.
Numeriam

NONIANVM^k SVM SVIS SALICHTIS ET SILVIS. quæ situm est, cum filiæ & salicta non infundis suprascriptis, sed in adiectis agellis, & quos simul testator comparauit, nec sine his fundi colli possint: an legato cederent. respondit id tantum cedere legato, quod verbis comprehendebat,

In legato fundi instructi inspicitur tempus mortis.

xxxviii. IDEM libro vicesimotertio Digestorum!

LVCIUS Titius fundum, vt ierat instructus, legauerat. quesitum est, fundus instructus quemadmodum dari debeat: vtrum sicut instructus fuit mortis patris familiæ tempore, vt quæ medio tempore adgnata; aut in fundū illata sunt, heredis sint:

a defunctam

b voluisse.

c scripsit,

d calendaria,

e respondi,

f responsum est.

sint: an verò instructus fundus eo tempore inspici debeat, quo factum est testamētū: an verò eo tempore, quo fundus peti cōperit: ut quidquid eo tempore instrumenti deprehendatur, legatario proficiat. respōdit, ea quibus instructus sit fundus, secundum verba legati, quæ sint in eadem causa cum dies legati cedat, instrumento contineri.

Instrumentum paucis.

XXVIII. LABE O libro primo, ΠΙΘΑΝΩΝ

Si nauem cum instrumēto emisti, præstari tibi debet scapha nauis. Paulus; immo contra. etenim scapha nauis non est instrumentum nauis. etenim mediocritate, non genere ab ea differt. instrumentum autem cuiusque rei necesse est alterius generis esse, atque ea quæque^a sit. quod^b Pomponio libro septimo epistularum placuit.

a cuius sit, vel ea,
que sit
b quod &c

DE PECULIO LEGATO

T I T . VIII.

PAVLVS libro quarto ad Sabinum

Servo legato cum peculio, & alienato vel manumisso
vel mortuo: legatum etiam peculij extinguitur.

11. G.A. i v s libro octauodecimo ad editum
provincialē

Nam quæ accessionū locum optinent, extinguuntur, cum principales res peremptæ fuerint.

III. P A V L V S libro quarto ad Sabinum

Ancilla cum suis natis legata fit: etiam mortua ea vel c esti alienata vel manumissa, nati ad legatarium pertinebunt: ^d *Coniug. l. 1. de insitu. leg.* quia duo legata sunt separata.

1111. G A I V S Libro octauodecimo ad edictum
provinciale

Sed & si cum vicariis suis legatus sit seuuus; durat vicariorum e si quidem cum legatum & mortuo eo, aut alienato, aut manunisso.

v. P A V L v s libro quarto ad Sabinum

Pecunio legato, constat heredem nomina peculiaria perse-
qui posse, & insuper ipsum, si quid debeat seruo, reddere
legatario debere.

V I . V L P I A N S Libro viceſimo quinto ad Sabinum[¶]
Si peculiū legeretur, & sit in corporibus, pura fundi vel aedes, ſi quidem nihil fit q̄i od ſeruus domino, vel conſeruis libe- riſve domini debeat: integra corpora vindicabuntur. ſin vero fit, quod domino vel ſuprascriptis perſonis debeat: deminui ſingula corpora prorata debebunt. & ita & Iulianus & Cel- ſus putant. Et ſi fuerit legatum peculiū, non deducto aere alieno: verendum, ne inutile legatum fit, quia quod adicitur.

a sit.
b sed putauerim
hanc

c Ideo, tuta re-
m brac; & à rei
apprehensione se-
parata.

contra naturam legati fit^a. sed puto^b verū {ad} hanc adiectionem non vitiare legatum. sed nihil ei ad Icere. nec enim potest crescere vindicatio peculij per hanc adiectionē . Planè si proponas legatarium naectum possessionem rerum : exceptione doli aduersus heredem vindicantem vti potest. habet enim in solidis rebus voluntatem æris alieni non deducendi. Sed & si dominus remittere se seruo quod debet , vel nihil sibi seruum debere significauerit: valet hæc adiection. quia nuda^c voluntate potest dominus seruo remittere quod ei debet. Vicario autē 2 meo mihi legato, an & vicarij mei peculium ad me pertineat, quæritur. & putamus contineri legato vicarij eius peculium. nisi aduersa sit volūtas testatoris. Si seruus & vicarius eius 3 liberi esse iussi sint, eisque peculia sua legata sint: verba secundum voluntatem testatoris exaudienda, tamquam de duobus separatisque peculiis testatore locuto. & secundum hæc vicarius vicarij non communicabitur: nisi hæc mens fuit testatīs.

Sicut autem æs alienum, hoc est quod debetur domino, minuit legatum peculium: ita per contrarium id quod dominus debet seruo, augere debet. sed huic sententiæ aduersatur rescriptum Imperatoris nostri & patris eius , quod ita est . Cum 9 peculium seruo legatur, non etiam id conceditur, vt petitionē habeat pecunia, quam se in rationem domini impēdisse dicit. Quid tamen si hæc volūtas fuit testatoris? cur non possit consequi? certè compensari debet hoc quod impendit, cū eo quod domino debetur. An & quod dominus scripsisset se seruo debere, peculio legato cederet? Pegasus negat. idē Nerua. & cum Gnaeus Domitius filiæ suæ peculium quod eius esset legasset: & annum, quod ei solitus erat dare , biennio non decissit, sed in rationibus suis rettulisset, filiæ se debere quinquaginta: Atilicus existimauit, legato non cedere. quod verū est: quia consonat rescripto . Non solum autem quod domino debetur, peculio legato deditur: sed & si quid heredi debitum fuit.

VIII. POMPONIVS libro septimo ad Sabinum!
SI quis creditori suo adrogādum se dederit, & agetur de peculio cum adrogatore: idem puto dicendum, quod de herede dicitur.

VIII. VLPIANVS libro vicesimo quinto ad Sabinum!

D Enique Pegasus respondit, si statulibero , cui peculiu legatum sit, heres interim crediderit: id ipso iure detrahi, & corpora singula^l etiam^l per hoc æs alienum deminui. Proinde si purè libertatē accipiet^d , & heres vel viuo domino vel ante aditam hereditatem seruo crediderit: legatum peculij minuentur secundum Iuliani sententiam , licet dominus serui numquam

d acceperit,

- 1 quam fuerit. Qui Stichum & Pamphilum seruos habebat, testamento eos manumisit, & vnicuique peculium suū legauit. placet, quod alteri debet, de peculio eius decedere, & alterius accedere legato. Item queritur, si seruo libertas data sit, si decem dedisset heredi, peculiumq; ei legatum sit: an decem quæ dedisset heredi, debeat de peculio decedere. & est verum quod Sabino placuit, hoc minus esse in peculio legato. plus ait Sabinus, si statuliber seruum heredi viderit, perinde de-
- 3 finere eum in peculio esse, atque si extraneo vendidisset. His consequenter queritur, si seruus cum domino de libertate partus fuerit, & partem pecuniae dederit, & antequam residuum dederit, dominus deceperit, liberumque esse testamento iusserit cum peculio legato: an quod dominus dederit, in peculio sit imputandum. & ait Labeo, de peculio decedere, planè si nondum dederat, sed donec totū traderet, pro deposito apud
- 4 eum fuerit: id in peculio esse placuit. Item si seruo peculium sit legatum, & à debitore eius peculiari heres vetitus sit petere: verum est, hoc minus esse in legato peculio^a: hoc est, de- a peculij
- 5 trahendum id quod debitori legatum est. Interdum & si non sit legatum peculium, velut legatū sic accipitur. id est^b in b idque est huiusmodi specie. quidam seruo libertatem, si rationes redi- set, dederat: & si heredibus centum intulisset. Imperator igitur noster cum patre rescripsit, peculium quidem non nisi legatum deberi, verum, inquit, si conditionibus præscriptis pa- ruit seruus: testatorem voluisse eum retinere peculium inter- pretamur. videlicet ex eo, quod ex peculio eum iusserat centū
- 6 inferre. Vtrum autem id denum peculiu accipimus, quod mortis tempore fuit: an verò & quod postea accessit, applicamus: vel quod decessit detrahimus? & Julianus alias^c accipien d aliter dum legatum peculij ait, si ipsi seruo legetur: alias, si alij. nam si ipsi, id tempus in legato spectandum, quo dies legati cedit. si verò extraneo, mortis tempus. sicutam, vt incrementa ex rebus peculiaribus ad eum perueniant. vt puta partus ancilla- rum, vel fetus pecorum. quod autem ex operis suis, vel ex alia re^e accedit, id, si alij quam ipsi legetur peculium, non debebi- e causa tur. hoc vtrumque Julianus secundum voluntatem testatoris scribit. cum enim ipsi suum peculium legatur, verisimile est, eum omne augmentum ad ipsum pertinere voluisse, cui patrimonium manumisso futurum est. cum alij, non sic. tamen vt si in alterius persona hoc eum sensisse appareat, idem dicas.

VIII. PAVLVS libro quarto ad Sabinum^d

ID quod seruo, qui in ipsius peculio est, debetur, non deduci- tur ex legato peculio, quamuis cōseruus eius sit. Si conser- um suū vulnerauerit seruus, & vilarem fecerit: Marcellus^f, Marcellus ait,

a domini
b intersit,

non esse dubitandum, deduci ex peculio, quod domino^a interesseret^b. nam quid interest, conseruum vulneret, an scindat aliquid, vel frangat, an subripiat? quo casu sine dubio minuitur peculium. sed non ultra simplum. sed si se vulnerauit, vel etiam occidit: nihil est deducendum hoc nomine. alioquin dicemus, & si fugerit, deducendum id quanto yilior sit factus propter fugam.

x. P O M P O N I V S libro septimo ad Sabinum[¶]

S I peculium seruo vel filio prælegare vélis: ne deducatur id quod tibi debebitur, specialiter ea quæ in peculio erunt, legandas sunt.

x i. V L P I A N V S libro vicesimo nono ad Edictum[¶]

c Extitul. de pecul.

E I^c quoque, qui nihil in peculio habet, potest peculium legari: non enim tantum præsens, sed etiam futurum peculium legari potest.

x ii. I V L I A N V S libro trigesimo septimo Digestorum[¶]

T Vnc inutile legatum peculij fit, cum seruus viuo testatore decedit. ceterum si mortis tempore seruus vixerit, peculiu legato cederat.

x iii. C E L S V S libro nonodécimo Digestorum[¶]

A Liter atquæ si seruus vestitus legatus foret.

Quo ordine quid scriptum sit, non refert.

x iiii. A L F E N V S I V A R V S libro quinto Digestorum[¶]

Q Vidam in testamēto ita scripserat, P A M P H I L V S S E R-
V V S M E V S P E C V L I V M S V V M C V M M O R I A R
S I B I H A B E T O , L I B E R Q V E E S T O . consulebatur, recte Pamphilo peculium legatum videretur, quod prius quam liber esset, peculium sibi habere iussus esset. respondit, in coniunctionibus ordinem nullum esse. neque quicquā interesse, utrum eorum primum diceretur, aut scriberetur. quare recte peculium legatum videri: ac si prius liber esset, deinde peculium sibi habere iussus est.

x v. I D E M libro secundo Digestorum à Paulo epitomatorum[¶]

S Eruo manumisso peculium legatum erat: alio capite omnes ancillas sitas vxori legauerat: in peculio serui ancilla fuit. serui eam esse respondit. neque referre, utri prius legatum esset.

x vi. A F R I C A N V S libro quinto Quæstionum[¶]

S Tichus habet in peculio Pamphilum: hunc dominus noscali iudicio defendit: & damnatus litis aestimatione soluit: deinde Stichū testamēto manumisit: ei que peculium legavit. quesitū est, an quod Pamphili nomine prestitū sit, ex peculio vel

vel ipsius Pamphili vel Stichi deducendū sit. respondit, Pamphili quidem^a de peculio vtique deducendum quantacumq; ea summa eset; id est, etiam si cum noxa^e dedere expedisiet. quidquid enim pro capite serui p̄statum sit, in eo debitorem eum domini constitui. quod si Pamphili peculium non sufficiat: tunc ex peculio Stichi non ultra pretium Pamphili deduci debere. Quæsum est, si ex alia quaⁱ causa Pamphilus pecuniam domino debuisset, nec ea ex peculio eius seruari posset: an vsque ad pretium eius ex peculio Stichi possit deducere. negauit. neque enim simile id superiori esse. ibi enim propterea pretium vicarij deducendum, quod eo nomine ipse Stichus ob defensionem vicarij sui domino debitor cōstituitur. at in proposito, quia Stichus nihil debeat, ex eius peculio nihil esse deducendum, sed ex Pamphili dumtaxat, qui certè ipse in suo peculio esse intellegi non potest.

XVII. IAVOLENV^s libro secundo ex Cassio^b

Qui peculium serui legauerat, iudicium eo nomine acceperat: deinde decesserat, placuit non aliter peculium ex causa legati p̄stari^b, quam si de accepto iudicio heredi a b p̄stare heredē, ueretur.

XVIII. MARCIANVS libro sexto Institutio-

num^c

Si seruo manumisso peculium legatum fuerit, in eum sine dubio creditoribus peculiariis^c actiones non competunt. ^cpeculiariis sed non aliis heres peculium p̄stare debet, nisi ei caueatur, defensu iri aduersus creditores peculiares.

XIX. PAPINIANVS libro septimo Respon-

sorum^d

Cum dominus seruum vellet manumittere, professionem Cedi sibi peculij iussit. atque ita seruus libertatem accepit. res peculij professioni subtraetas non videri manumisso tacitè conceillas, apparuit. Testamento data libertate peculium legauerat: eundemq; postea manumiserat. libertus, vt &^d no- d ut nominum & minum peculij actiones ei p̄starentur^e, ex testamento con- e p̄stentur. sequetur. Filius familias, cui pater peculium legauit, seruū peculij viuo patre manumisit. seruus communis omnium heredum est exceptus peculio propter filij destinationem: quia id peculium ad legatarium pertinet, quod in ea causa moriente patre inueniatur.

XX. MARCIANVS libro septimo Institutio-

Nihilque interest, ante legatus deinde inutiliter manumis-

sus sit, an contra.

XXI. SCAEVOLA libro octavo Quæstionum^f

Si Sticho manumisso peculium legatum sit, & Titio seruus peculiaris: quantum peculio detractum erit ob id quod

5 y iiiij domino

domino debetur, tantum ei accedere cui vicarius legatus est,
Iulianus ait.

a Iabolenus
b soluerat.
Trebatius ait.
d pecuniam
e peculum suum
f rationem
g proponerentur,
propter consuetudinem id quaque
h Alc.li.4.difp.ii.c.13
i ληγεται

xxii. LABE o³ libro secundo Posteriorum à Iauo-
leno epitomatorum^h

Dominus seruum testamento manumiserat, & ei peculiū legauerat. is seruus mille nummos domino debuerat, & eos heredi soluit^b. respondi omnes eas res deberi orcinō, si pecuniam orcinus quam debuerat soluisset. Dominus seruū, qui cum eo vicarium communem habebat, testamento manumiserat, & peculium ei legauerat. deinde ipsum vicarium, qui communis erat, nominatim & ipsi & libertæ suæ legauerat, respondi, partem quartam libertæ, reliquāⁱ partem^b quartam liberti futuram. quod & Trebatius^c.

xxiii. SCAEVOLA libro quintodecimo Dige-
storum^h

Dominus Sticho seruo suo, qui bona liberti eius gessit, cui pro parte dimidia testamento heres extiterat, in quibus negotiis gestis & Kalendaria fuerunt, testamento suo libertatem dederat, si rationem reddidisset: eique peculium suum per fideicommissum dedit. Stichus summas, quibus reliquat^d erat tam ex Kalendario quam ex variis causis, redit, ma-
nentibus debitoribus pro quibus ipse pecuniam heredibus patroni refuderat: libertatemque adeptus decessit. quæsitum est, an heredibus Stichi aduersus nomina debitorū, pro quibus Stichus pecuniam heredibus patroni intulit, heredes pa-
tronii ex causa fideicommissi compellendi sint actiones præ-
stare, cum nihil aliud à Sticho patrono debitū fuerit. respon-
dit, præstandum. Testamento codicillīs seruos manu-
misi, & peculia^d legauit, & de Sticho ita cauit, STICHUM
SERVVM MEVM LIBERVM ESSE VOLO, EI QVE
VOLO DARI DECEM AVREOS, ET QVID QVID
EX RATIONE LOCULORVM MEORVM HABET.
RATIONES AVTEM HEREDIBVS MEIS DARI
VOLO. HIS OMNIBVS, QVOS HOC TESTAMEN-
TO MANVMSI, PECVLIA^e SVA CONCEDI VO-
LO. quæsitum est, an quod amplius rationi loculorum in-
diem mortis erogauit Stichus ex peculio suo, ab heredibus recipere debeat: cum ex consuetudine domus esset, ut quid-
quid amplius ex suo in ratione loculorum erogasset, domi-
nica ratio ei deberet, atque exsolueret. respondit, secundum ea quæ propter consuetudinem proponerentur, id quoque peculio legato contineri, quod & dominica ratio deberet, & solita erat reddere. Seruis libertates, legataque dederat, & condicionem ita scriperat, οσούς^h ΚΑΤΕΛΙΠΩΝ
ΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣ ΚΑΙ ΤΑⁱ ΔΗΓΑΤΑ ΑΥΤΟΙΣ, ΤΟΥ-
ΤΟΥΣ

TO Y X B O Y A O M A I E I N A I A N E E E T A X T O Y Z . que-
situm est, an peculia quoque legata his videbuntur^a. respon- a videantur.
dit, secundum ea quæ proponerentur, non videri legata.

3 Item quæsitum est, an ex isdem verbis reliqua rationum
quæsi legata retinere possint, aut si res dominicas apud se ha-
buerint, aut si qui eorum coloni prædiorum fuerunt, pensio-
nes respondit, ^bsupra responsum^b.

b responsum esse.

X X I V . **V L P I A N V S** libro quadragesimo tertio
ad Sabinum^c

SI legatus fuerit seruus, peculium excipere non est necesse.
quia non sequitur, nisi legetur.

X X V . **C E L S V S** libro nonodecimo Digestorum^d

SI seruus liber esse iussus sit, ei que peculium legatum sit: vi-
cariorum eius vicarij legato continentur.

X X VI . **S C A E V O L A** libro tertio Responsorum^e

TITI F I L I E M E D I O P R A E C I P I T O , S V M I T O ,
T I B I Q V E H A B E T O D O M V M I L L A M : I T E M
A V R E O S C E N T V M . alio deinde capite peculia filiis præ-
legauit^c. quæsitum est, an peculio prælegato & centum au- c legavit.
rei & vsuræ eorum debentur: cum rationibus breuiariis in ære
alieno & sortem & vsuras inter ceteros creditores complexus
sit. respondit, si id fænus nomine filij exercuisse, & vsuras ita
ut proponeretur, filio adscripsisset: id quoque peculio lega-
to deberi.

D E P E N V^d L E G A T A
T I T . V I I I .

d De penu Gell. lib.
q. 11. l. 2.

Penoris legatum transfusum in legatum pecunie.

V L P I A N V S libro vicefimo quarto ad Sabinum^f

VXORISUÆ in annos singulos penoris aliquid heres da-
re iussus est: si nō dedisset, nummos dare damnatus est.
quæritur, an penus legata peti posuit: an verò solummo-
do sit in præstatione: & si non præstetur, tunc quantitas pe-
tatur. & si quidem semel penus sit legata, non per singulos
annos: certo iure utimur, vt & Marcellus libro^e trigesimo no- e lib. 28. ad lib. 38.
no digestorum apud Julianū notat, in præstatione esse dum-
taxat penum: quantitatem verò & peti posse. habebit igitur
heres oblationem tamdiu, quamdiu lis cum eo de pecunia
contestetur: nisi forte aliud tempus vel mente vel verbis testa-
tor præstituit. quod si in annos singulos penus legata sit: per
singulos annos penus adhuc poterit præstari. si minus, sum-
mæ per singulos annos petentur. quid ergo si vna summa le-
gata sit, & primo penus non sit præstata? vtrum tota summa
debeatur, quasi toto penoris legato transfuso: an verò quan- f summa per singu-
los annos

titas primi anni aestimationis sola sit transflata, dubitari potest. puto tamen sic voluntatem sequendam testatoris, ut tota summa illico, postquam cessauerat heres dare penum vxori, praestetur, heredis indeuotione coercenda.

i. MARCIANVS libro tertio Regularum¹

PEnu certa cum vasis certis legata & consumpta, ne vase quidem cedunt legato, exemplo peculij.

Penoris appellatione quid continetur.

iii. VLPIANVS libro vicesimo secundo ad Sabinum²

QVi penum legat, quid legato complectatur, videamus. & Quintus Mucius scribit libro secundo juris ciuilis, penum legata contineri quae esui potuique sunt. idem Sabinus libris ad Vitellium scribit. quae harum^a, inquit, patrisfamiliae, vxoris, liberorumve eius, vel familiae quae circa eos esse solet: item iumentorum quae dominici usus causa parata sunt. Sed Aristoteles notat, etiam quae usui potuique non sunt, contineri legato. utputa ea in quibus esse solemus: oleum forte, garum, muria^b, mel, ceteraque his similia. Planus, inquit, si penus esculenta legetur, Labeo libro nono posteriorum scribit, nihil eorum cedere. quia non haec esse, sed per ea solemus. Trebatius in melle contra scribit. merito: quia mel esse solemus. Sed Proculus omnia haec contineri recte scribit: nisi contraria mens testatoris appareat. Esculenta utrum ea quae esse, an & ea per quae esse solemus, legauerit? & ea quoque legato contineri credendum: nisi contraria mens patrisfamilias doceatur. mella certe semper esculentae penui cedere. lacertas quoque cum muria sua contineri, nec Labeo negauit. Poculenta penum^c ea quae vini loco paterfamilias habuit, continebuntur. *suprascripta verò non continebuntur. * Penori acetum quoque cedere nemo dubitat: nisi extinguendi ignis causa fuit*paratum. tunc enim esui potuique non fuit. * & ita Offilius libro sextodecimo actionum scribit. Sed quod diximus, **V SVS S VI GRATIA^c PARATVM:** accipendum erit, & amicorum eius, & clientium, & vniuersorum quos circa se habet: non etiam eius familiae, quam neque circa se neque circa suos habet. puta si qui sunt in villis^f deputati: quos Quintus Mucius sic definiebat, ut eorum ciVaria contineri putet, qui opus non facerent. sed materiam præbuit Seruio notandi, ut textorum, & textricium ciVaria adiceret contineri. sed Mucius eos voluit significare, qui circa patremfamilias sunt. Simili modo & iumentorum ciVaria penuis continentur. sed eorum iumentorum, quae usibus ipsius & amicorum deseruiunt^h. ceteruni si qua iumenta agris deseruibant, vel locabantur: legato non cedere ciVaria eorum.

Sive

a horum,

b muriana, red
amurca,

c penum legata

d lib. 15. all. lib. 9.

e causa

f in villas

g pena

h deseruebam.

4 Siue autem frumentum, siue quid leguminis in cella penuaria habuit: penori legato continebitur. Sed & hordeum siue familiae siue iumentorum gratia^b: & Ofilius scribit libro sextodecimo actionum. Ligna, & carbones, ceteraque per quae penus cohisteretur, an penori legato contineantur^c, queritur. & Quintus Mucius & Ofilius negauerunt: non magis quam mola, inquiunt, continentur. Idem & tus & ceras contineri negauerunt. Sed Rutilius & ligna & carbones, quae non vendendi causa parata sunt, contineri ait. Sextus autem Cæcilius etiam tus, & cereos in domesticum vsum paratos, contineri legato scribit. Seruius apud Melam & vnguentum & chartas epistulares penoris esse scribit. & est versus hæc omnia, odores quoque contineri. sed & chartas ad ratiunculam vel ad logarium paratas contineri. Vasa quoque penuaria quin contineantur, nulla dubitatio est. Aristo autem scribit, dolia non contineri. & est verum secundum illam distinctionem, quam supra in vino fecimus. Nec frumenti, nec leguminis thecae, arGulae forte, vel sportæ. vel si qua alia sunt, quæ horreli penuarij vel cellæ penuariae instruendæ gratia habentur, non continebuntur. sed ea sola continentur, sine quibus penus haberri non rete potest.

III. P A V L I S libro quarto ad Sabinum^d

N Am quod liquidæ materiæ sit, quia per se esse non potest, rapit secum in accessionis locum id, sine quo esse non potest. vasa autem, accessione legatae penus, non legata sunt. denique penu consumpta, vasa non debentur. sed et si penum cum vasis specialiter sit legatum: vasa non debebuntur vel consumpta penu vel adempta. Si cui quæ in promptuario sint, legata fuerint: non omnis penus legata est. Item si quis solitus fructus suos vendere, penum legauerit: non omnia, quæ & promerçij causa habuit, legasse videtur: sed ea sola quæ in penum sibi separabat. quod si promiscue vti solebat: tunc quantum ad annum vsum ei sufficeret, familiæque eius, ceterorumque qui circa eum sunt, legato cedet. quod ferè, inquit Sabinus, evenit in personis mercatorum, aut quotiens cella est olei & vini, quæ venire solebant, in hereditate relicta.

2 Nomen autem P E N Y mihi traditum est omnibus generibus dictum.

Vrbis appellatio.

3 Si ita legetur, P E N Y M Q V AE R O M A E S I T : vtrumque penus que est intra continentia, legata videtur: an vero ea sola, que est intra murum? & quidem vrbes ferè omnes murotensus finiri, Romam continentibus, & urbem Romanam æquè continentibus. Quod si urbana penus sit legata: omnemque quæ vbiique est, legatam videri Labeo ait: etiam si in villa sit

^a penore^b gratia paratum, coniuncti Ofilius^c continetur. Reliœ est Flor.^d Hac vice videtur intelligere non codicis, veras, quæ rationes, sed possunt quædam aduersaria, que sunt causa describendi quod quisiote in via. Ita libris expendatur: quale est quod diuersum veteres discerunt. Ale. lib. 2. pa. rer. cap. 25.

e Instruendi

^f pro commerciis^g penus que est omne quod i legatum

fit vrbico vsui destinata. sicuti vrbica ministeria dicimus & quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt. Si autem extra vrbē Romæ tamen sit, sed & si in hortis sit vrbī iunctis: idem erit dicendum. Si cui penus legata sit præter vinum: omnis penus legata videtur, excepto vino, sed si ita scriptum sit, O M N E M P E N V M P R A E T E R V I N V M Q V O D R O M A E E R I T : sola penus, quæ Romæ est, legata videtur. & ita & Pomponius libro sexto ad Sabinum scribit.

V. I D E M libro quarto ad Sabinum⁴

NOn omne quod bibetur, in penu habetur. alioquin necesse est, vt omnia medicamenta, quæ biberentur, contineantur. itaque ea demum penoris esse, quæ alendi causa biberentur. quo in numero antidotum non est, & sanè verè Cassius sensit. sed quod quidam negauerunt, piper, & ligusticum^a, & careum, & laser, & cetera huiusmodi in penu non esse, improbatum est.

VI. I D E M libro decimo ad Sabinum⁴

Instrumentum pistriini, item vniuersa vasā cocitatoria^b penū non continentur.

VII. S C A E V O L A libro tertio Respon-
sorum⁴

PE N V M M E A M O M N E M A D M A T R E M L I B E -
R O S Q V E^c M E O S , Q V I C V M M A T R E S V N T ,
P E R T I N E R E V O L O . quæro, si tutores pupilli eā solummodo penum deberi, quæ in cænaculo esset, dicant, sint autem & in horreis aNphoræ: an hæ quoque deberentur. respondit quidquid penoris vsus causa ybicunque habuisset, deberi.

D E S V P P E L L E C T I L E L X -
G A T A T I T . X .

Quid sit supplex.

P O M P O N I V S libro sexto ad Sabinum⁴

d In hanc definitio-
nem pulchre Alex.
ab Alex. Genia. die.
lib. 1. cap. 19.
e nec

f mobiles
g animalia

h delphica,
i cultræ,
k toralia, mappæ
villoſæ, vasæ
q aquiminalia,

SV P E L L E X^d est domesticum patris familiæ instrumen-
tum, quod neque argento aurōve factō vel^e vesti adnu-
meretur.

II. F L O R E N T I N V S libro undecimo Institu-
tionum⁴

ID est res mouentes^f non animales^g.

III. P A V L V S libro quarto ad Sabinum⁴

SVppellectili legata hæc cōtinentur, mensæ, trapezophora,
delficæ^h, subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culci-
tæⁱ, toralia^k, imperia, vasæ aquaria, pelbes, ^f aquiminalia,
candelabra, lucernæ, trulla. item vasæ ænea vulgaria, id est que
non

non proprie essent loco adtributa. præterea capsæ, armaria.
sed sunt qui recte putant capsas, & armaria, si librorum aut
vestium aut armamentorum^a gratia parata sint, non esse in
suppellectili. quia ne hæ quidem ipsæ res, quibus adtributæ
essent, suppellectilis instrumento cederent. Vitrea escaria,
& potoria in suppellectili sunt, sicut fictilia. nec solùm vulga-
ria, sed etiam quæ in pretio magno sunt. nam & pellentes argen-
teas, & faquiminalia argentea, & mensas, & lectos inargen-
tatos vel inauratoꝝ atque gemmatos in suppellectili esse, non
dubitatur. usque adeo, ut idem iuris sit, & si tota argentea vel
aurea sint. De murrinis & crVstallinis dubitari potest, an
debeant adnumerari suppellectili, propter eximiū vsum & pre-
tium. sed & de his idem dicendum est. nec interest, cuius ma-
teriaꝝ sunt res, quæ sunt in suppellectili. sed craterem argenteū
non esse in suppellectili. nec vllum vas argenteum, secundum
seculi^b seueritatem nondum admittētis suppellectilem argen-
team. hodie propter vsum imperitorum^c, si in argento rela-
tum sit candelabrum argenteum, argenti esse videtur: & error
ius facit.

1111. IDEM libro singulari de instrumenti signifi-
catione

REdæ, & sedularia^d suppellectili adnumerari solent.

v. IDEM libro quarto ad Sabinum

DE tapetis quæri potest^e, subsellia cathedralia^f quibus
in sterni solent, vtrum in veste sint, sicut stragula, an in
suppellectili, sicut toralia quæ propria stragulorum non sunt.
& hoc magis placuit, ea suppellectili cōtineri. de tapetis autē
vel linteis, quibus in sternuntur vehicula, dubitari potest, an
sint in suppellectili. sed dicendum est, potius instrumenti via-
torij ea esse: sicut pelles quibus in uoluuntur vestimenta, lora
quoque quibus hæ pelles constringi solent.

vi. ALFENVS libro tertio Digestorum à Paulo
epitomatorum^g

SVppellectilis eas esse res puto, quæ ad usum communē pa-
trisfamilias paratæ essent. quæ nomen sui generis separa-
tivam non haberent. quare quæ ad artificij genus aliquod perti-
nerent, neque ad communē usum patrisfamilias accommo-
dataæ essent, suppellectilis nō esse. sed nec pugillares & codi-
ces in suppellectili sunt.

De significatione verborum.

vii. CELSVS libro nonodecimo Digestorum^h

LAEOⁱ ait originem fuisse suppellectilis, quod olim his, qui
in legationem proficerentur, locari solerent quæ sub pelli-
bus usui forent. Tubero hoc modo demonstrare suppel-
lectilem temptar^h, instrumentum quoddam patrisfamiliae rerū h[abent] tenet,

ad

^a armorum
^b Cassellij
^c imperatorum
^d sellularia. Sans
autem sellularia, que
in rheda fedēt subij-
ciebantur. Male autē
reponit Halsander
seliquastrā. Augusto
lib. i. cend. cap. 4.
e potest quibus
f cathedra

ad cottidianum usum paratarum, quod in aliam speciem nō caderet. vt verbi gratia, penum, argentum, vestem, ornamenti, instrumenta agri, aut dormus. nec mirum est moribus ciuitatis & usu rerum appellationem eius mutatam esse. nam fictili aut lignea aut vitrea aut ærea denique supellectili vntur. nunc ex ebore, atque testudine, & argento, iam ex auro etiam atque geminis supellectili vntur. quare speciem potius rerum, quam materiali inquieri oportet. supellectilis potius, an argenti, an vestis sint. Seruius fatetur sententiam eius, qui legauerit, aspici oportere, in quam rationem ea solitus sit refretra. verum si ea, de quibus non ambigeretur, quin in alieno genere essent, utputa escarium argentum, aut pænulas & togas supellectili quis adscribere solitus sit: non idcirco existimari oportere, supellectili legata ea quoque contineri. non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debere. Id Tuberio parum sibi liquere ait. nam quorsum nomina, inquit, nisi ut demonstrarent voluntatem dicentis? equidem non arbitror queri quam dicere quod non sentiret, ut maximè nomine usus sit, quo id appellari solet. nam vocis ministerio utimur. ceterum nemo existimandus est dixisse quod non mente agitauerit. sed et si magnopere me Tuberonis & ratio & auctoritas mouet, non tamen à Seruio dissentio, non videri quemquam dixisse, cuius non suo nomine usus sit. nam et si prior atque potentior est quam vox mens dissentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi forte & eos, qui loqui non possunt, conato ipso & sono quodam και την απροφονη dicere existimamus.

VIII. M O D E S T I N U S Libro nono Responsorum[¶]

CVM quidam uxori sua legauerat dormum cum iure suo omni, & instrumento & supellectili: quærebatur, an videretur & argentum escale & potorium legato contineri. respondit, si quid in supellectili argentum est, deberi. escale autem vel potorium argentum non deberi, nisi hoc quoq; testatorem sensisse legatarius doceat.

VIII. PAPINIANVS Libro septimo Responsorum[¶]

LEgata supellectili, cum species ex abundantia per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur. si tamen species certi numeri demonstratae fuerint, modus generi datus in his speciebus intellegitur. idem seruabitur instructio prædio legato, si quedam species numerū certum acceperint.

Supellectilis mensas esse cuiuscumq; materiae, scilicet vel argenteas vel argento inclusas, placet. nam & argenteos lectos, item argentea candelabra supellectili cedere, posterior atas recipit. cū & Vlixem ex auro & argento lectū viuentis arbōris truncis

a oportet. Sed de his quidem, de quibus dubitari potest, supellectilis potius, an b eam

e qui

d conatu
e Alcia lib. 2. p. 4.
trmiss.

f Vlysses auro &

truncis ædificatum^a ornasse: quem Penelopæ^b recognoscendi
2 viri signum accepit, ut voluit Homerus^c: Supellestili sua
omni legata, acceptum argentum pignori non continebitur:
quia supellectilem suam legauit. vtique si non in vsu credito-
ris id argentum voluntate debitoris fuit, sed propositum^d pro-
pter contractus fidem, ac restituendæ rei vinculum.

X. IAVOLENS libro tertio ex Posterioribus
Labeonis^e

Qui vestem omnem, & res pluriū generum supellestilis
exenso ferre solitus erat, is vxori supellestilem legauer-
at. recte negabat vestem legato cesserari Labeo, Ofilius, Ca-
scellius, quia non posset videri vestis appellatione supellecti-
lis contineri.

XI. IDEM libro decimo ex Posterioribus Labeonis^f

Vasa ænea salientis aquæ posita, item si quid aliud magis
deliciarum quamvis causa paratum esset, non esset su-
pellestilis, Labeo, Trebatius putant. Murrea autem vasæ &
vitrea, quæ ad usum edendi & bibendi causa parata essent, in
supellestili dicuntur^f esse.

XII. LABEO libro quarto Pithanorum à Paulo
epitomatorum^g

Quemadmodum urbanus seruus & rusticus distinguitur
non loco, sed genere usus: ita urbañus penus & supplex
ad usum urbanum, non ad locum urbanum aut peregrinum
dirigenda est. multumque interest, penus & supplex ea, quæ
in urbe sit, an urbañalegetur, vel promittatur.

XIII. MODESTINVS libro nono Responsorum
respondit

Numquam ex eo, quod supellestilem legauit maritus te-
stamento, habitationem, in qua supplex fuit, legasse vi-
detur. quare contra defuncti voluntatem habitationem fibi
mulierem vindicare, procul dubio est.

XIV. CALLISTRATY libro tertio de Cogni-
tionibus^h

Fundis legato, instrumentum eius non aliter legato cedit,
nisi specialiter id expressum sit. nam & domo legata, neque
instrumentum eius, neque supplex aliter legato cedit, quam
si id ipsum nominatum expressum a testatore fuerit.

^a inedificatum
^b ornasset:
^c Penelope
^d Ale. li. 2. præterea,
recte docuit hic inde
cari horum sumptuum
ex Odyssea lib. 3. fid
non est inserviendum
concessum.
^e supellestilia
nomine
^f repository
^g id ipsum ad
usum

LIBER TRIGESI

MVS QVARTVS.

& cibariis

DE ALIMENTIS VEL^a CIUARIIS
LEGATIS.VLPIANVS libro quinto de omnibus tribu-
nalibus^bI^b ALIMENTA fuerint legata, dici potest etiā
aquaī legato inesse, si in ea regione fuerint le-
gata, vbi venundari aqua solet.II. MARCIANVS libro octauo
Institutionum^cSI quis libertis alimenta reliquerit: et si legati fuerint serui,
& rogati legatarij manumittere: ad fideicommissum ad-
mittuntur. vt & Diui quoque Seuerus & Antoninus rescri-
pserunt. & licet ad fiscum bona fuerint deuoluta, ex quibus
alimenta debeantur, præstāda sunt, sicuti si ad quemlibet suc-
cessorem transiissent.

Alimentorum præstatio diuisa.

III. VLPIANVS libro secundo de officio
Consulū^dSolent iudices ex causa alimentorū libertos diuidere, quo-
tiens plures sunt heredes: ne à singulis heredibus minuta-
tim alimenta petentes † distribuantur. quam diuisionē per-
inde tueri oportet, atque si paterfamilias ipse libertos diuisif-
set. Solent & vnum eligere, per quem alimenta præstentur,
aut ex voluntate defuncti, aut arbitrio suo. vt rescripta subie-
cta ostendūt. Exemplum libelli dati mihi à libertis Silij ^e misi
vobis, sciens ad exemplum istam rem pertinere: quia multi te-
stamentis suis præstari ^d libertis iubent necessaria, quæ quia
minimi æris sunt, ad nihilum perducuntur, cum plures here-
des cooperunt per successiones existere. qua de causa puto vos
recte facturos si conuocatis Fauillæ ^e heredibus procuratori-
bus veeorum, constitueritis cui à ceteris dari debeat pecunia,
ex cuius usuris alimenta præstentur. debet autem ^f is qui ac-
cipiet, cauere eis qui dabunt, redditum se ut quisque ex li-
bertis decesserit, aliōve quo modo in ciuitate esse desierit, tan-
tum ex sorte, quantum efficiet pro portione computatio. Di-
uuus Pius Rubrio cuidam Telephoro rescripsit, Cōsules vo-
catis his, à quibus vobis alimenta deberi ex causa fideicom-
missi constiterit, vel omnes ab uno, vel facta pro rata distribu-
tione, quis & à quibus percipiatis, decernent. fiscus ^g enim, si

eo

† distingantur

c Fasalij: alias
Fauillad suis libertis
præstare

e Fasalij

f Conser sum hoc
Ico seueniū Papiani l.57. §. vlt. de
usufmst.

g fiscus etiam,

eo nomine quid ab eo vobis deberetur, ^a exemplum sequetur. iam nunc sciat, partes ^b eorum, qui soluedo esse desierint, non pertinere ad onus reliquorum heredum.

Dominium praediorum relatum in alimenta.

IVI, MODESTINVS libro decimo Responsorum[¶]

TOΙΓ ΤΕ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ, ΤΑΙΣ ΤΕ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ ΜΟΥ, ΟΥΣ ΖΩΣΑ, ΕΝΤΕ ΤΗ ΑΙΑΘΗΚΗ, ΕΝΤΕ ΤΩ ΚΠΔΙΚΙΔΔΩ ΗΛΕΥΘΕΡΩΣΑ Η ΕΛΕΥΘΕΡΩΣΩ. ΔΟΘΗΝΑΙ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΤΑ ΕΝ ΧΙΟΙΣ ΜΟΥ ΧΩΡΙΑ. ΕΠΙ ΤΩ ΚΑΙ ΟΣΑ ΖΩΣΗΣ ΜΟΥ ΕΛΑΜΒΑΝΟΝ, ΕΤΟΙ^c ΧΕΙΣΘΑΙ ^cπαρατεθει
ΑΥΤΟΙΣ ΚΙΒΑΡΙΟΥ ΚΑΙ ΒΕΣΤΙΑΡΙΟΥ ΟΝΟΜΑΤI, quæro quam habeant^d significationem: vtrum vt ex ^d habeat
prædiis alimenta ipsi capiant: an vero vt præter^e prædia, & ci- ^e propter
Varia & vestiaria ab herede percipiant. & vtrum proprietas,
an vsumfructus relictus est. & si proprietas reicta sit, aliquid
tamen superfluum inueniatur in redditibus, quām est in quantitate ciVariorum & vestiariorum: an ad heredem patronæ
pertinet. et si mortui aliqui ex libertis sint, an pars eorum ad
fideicommissarios superstites pertinet. & at die cedente fidei-
commissi, morietum libertorum portiones ad heredes eorū,
ante testatoris decurrant. Modestinus respondit, videntur mihi
ipsa prædia esse libertis reicta, vt plenodominio hæc habeat,
& non per solum vsumfructum, & ideo & si quid superfluum ^f in redditibus, quām in ciVariorum erit: hoc ad libertos pertineat. Sed et si deceperit fideicommissarius ante diem fideicommissi cedēte in pars eius ad ceteros fideicommissarios pertinet, post ^g libertabusque ^f fidei
diem autem cedentem si quiri mortui sint, ad suos heredes haec
transmittent. Lucius Titius testamento suo libertis liber- ^g fidei
tabusque ciVaria & vestiaria à liberis suis eisdemque heredibus ^f suis ^h fidei
præstari iussit, nulla cōdicione addita, quæro, an si sine
patroni liberis Idem liberti agant, ciVaria & vestiaria accipere ⁱ protinus,
possint. Modestinus respondit, nihil proponi; propter quod ⁱ protinus,
petitio eorum, quæ testamento pure legata sunt, non com-
petat.

Interprefatio voluntatis.

V. IDEM libro undecimo Responsorum[¶]

VErba testamenti: OMNIBVS LIBERTIS NOSTRIS ^h si meis
CIVARIA PRAESTABITIS PRO ARBITRIO ⁱ protinus,
VESTRONON IGNORANTES QVOT EX HIS CAROS HABVERIM. item alio loco: PRO THVMVM, PO-
LYCHRONIVM, HYPATIVM COMMENDO, VT ⁱ protinus,
ET VOBISCVM SINT, ET CIVARIA PRAESTE-
TIS PETO. quæro, an omnibus ciVaria debent dari, an his quos commendauit, & cum heredibus esse iussit. Mo-

Pars v.

5 Z

delhi

statuendus sit. destinus respondit, omnibus libertis ciVaria relicta proponi. quorum modum viri boni arbitrio statuendum est.

v i . I A V O L E N V S libro secundo ex Cassio[¶]

L Egatis alimentis, ciVaria & vestitus & habitatio debebitur. quia sine his ali corpus non^b potest. cetera, quae ad disciplinam pertinent, legato non continentur.

v i i . P A V L V S libro quartodecimo Responsum[¶]

Nisi alius testatorem sensisse probetur.

Heres, cui est aliquid prelegatum cum onere alimentorum, non tenet^a caucem, vel reddere coheredibus deficientium portionem.

Secus si est electus ut nudus minister.

v i i i . P A P I N I A N V S libro septimo Responsorum[¶]

PEcunia sorte alimentis libertorum destinatam, vnum ex heredibus secundum voluntatem defuncti præcipientem, cauens non esse cogendum ex persona deficientium partes coheredibus restitui, placuit. ob eam igitur speciem post mortem cinnium libertorum indebiti non competit actio: nec utilis dabitur. Diversa causa est eius, cui legatorum diuilio mandatur: nam ea res præsentem ac momentariam curam iniungit: alimentorum vero præbendorum necessitas oneribus mœstruis atque annuis, verecundiā quoque pulsibus, adstringitur.

Nudus minister non potest bona defuncti distrahere, sed actionem habet pro relictis in causam alimentorum usque ad Falcidiā.

v i i i i . I D E M libro octavo Responsorum[¶]

Alio herede instituto ita scriptis: A TE PETO, GAI SEI QUID QVID EX HEREDITATE MEA REDEGERIS, ILLIS ALVMNIS MEIS DES SINGVLIS DENOS AVREOS, EANDEM QVE SVMMAM PENES TE ESSE VOLO, CVIVS EX INCREMENTO EOS ALERE TE VOLO: RELIQVM RESTITVES NUMERO CONLIBERTO NOSTRO. respondi, quāuis distrahere bona Gaius. Seiūs alio scripto herede non poscit: tamen eum, alumiis relictam pecuniā vt seruet ac restituat intra Falcidiā, recte peritūr: quod de superfluo probari non potest. Eum quoque libertum inter eos, quibus ciVaria item vestiarium patrona, quae viua præstabat, reliquit, recte fideicommissari peritūm existimauit, qui annuos viginti aureos & menstruum frumentum atque vinum acceptauit.

Prelegatum cum onere alimentorum transit ad heredes heredis, licet sint plures.

x . I D E M libro nono Responsorum[¶]

CVM vnus ex heredibus certam pecuniam præcipere iussus esset, de cuius sorte libertis alimenta præstaret: heredem quoque

b Favore legatorū il postulat: quā cum ces-ſer, & periculi inopie pos. us imminet, ob translatiōnem de aliomentis factam hac interpretatio contrahitur, l. cū hi. §. qui transfigit. sup. de transfig.

quoque heredis ad præceptionem admitti placuit. si tamen plures heredes heres haberet, intentione quidem defuncti prima facie refragari: sed aliud probari non oportere. quid enim si ceteros heredes suos euitauit, & quietam ac verecundam atque etiam idoneam, libertis consulens, domum sequi maluit? & ideo ab omnibus heredibus heridis alimenta præstabuntur. Verbis fideicommissi pure manumisso, præteriti quoque temporis alimenta reddenda sunt, quamuis tardius libertatem reciperauerit: nec heres moram libertati fecerit. tunc enim explorat moram oportet, cum de usuris fideicommissi queratur: non de ipsis fideicommissis. Alimentis viri boni arbitratu filiæ relictis, ab herede^a filio pro modo legatæ dotis, a herede suo, quam solam pater exhereditatæ filiæ nubenti dari voluit, atque pro incrementis ætatis eam exhibendam esse respondi, non pro viribus hereditatis.

Restitutio damnati.

x i. P A V L V S libro decimo Quæstionum

IS, cui annua alimenta relicta fuerat, in metallum damnatus, indulgentia principis restitutus est. respondi, eū & precedentium annorum rectè cepisse alimenta, & sequentium deberi ei.

Si pædia pro alimentis relictis obligentur, ex hoc legatum alimentorum non augetur, vel minuitur.

x ii. I D E M libro quartodecimo Responsorum

LVCIUS TITIUS libertis suis ciVaria & vestiaria annua certiorum numinorum reliquit, & posteriore parte testameti ita cauit. OBLIGATOS EIS Q B CAVSAM FIDEICOMMISSI FVNDOS MEOS ILLVM ET ILLVM, VT EX REDITV EORVM ALIMENTA SVPRA-SCRIPTA PERCIPIAN T, quæ situm est, an si quato minores redditus peruererint, quām est quantitas ciVariorum & vestiariorum, heredes ad supplendani eam onerari non debant. vel si alio anno, excesserint, an supplendum sit quod superiore anno minus perceperint. Paulus respondit, ciVaria & vestiaria libertis defuncti integra deberi, neque ex eo quod postea pædia his pignoris iure testator obligare voluit, ut ex reditu eorum alimenta perciperent, minuisse eum, vel auxisse ea quæ reliquerat, videri.

Interpretatio voluntatis.

x iii. S C A E V O L libro quarto Responsorum

GAIO SEIO trecentos aureos legauit, ut ex usuris eius summa libertis ciVaria & vestiaria præstaret, quæ statuerat. codicillis autem eandem summam vetuit dari Gaio Seio, sed dari Publio Maevio voluit. quero, an libertis fideicommissum debeat Maevius, respondi Maevium, nisi aliud, de quo non

^a dubitaretur, deliberaretur², doceat sibi à testatore iniunctum, videris secundum voluntatem testatoris recepisse ea onera, quæ adscripta erant ei summae quæ in eum codicillis transferebatur. Imperator Antoninus Pius libertis Sextiæ Basiliae. Quāuis verba testamēti ita se habeāt, vt quoad cum Claudio Iusto morati esſetis alimenta^b & vestiarium legata sint: tamē hanc fuīſſe defunctæ cogitationem interpretor, vt & post mortem Iusti cadem vobis preſtari voluerit. respondit, eiusmodi ſcripturam ita accipi, vt necessitas alimētis præstandis perpetuo maneat. Item consultus de tali ſcriptura, ET TECUM SINT SEMPER VOLO: quāro, cum manumifſi ab herede, cum eo^d morati diu ſint, ſed ob grauiorem feruitutem ab eo diſceſſerint: an alimenta his debeantur, qua negat ſe præſtare, niſi vice feruitutis Is vteretur. respondit, ſecundum ea quæ proponerentur, deberi.

Ad quod tempus alimenta prætentur: & quomodo
definiatur pubertas.

XIIII. VLPIANVS libro ſecundo Fideicommissorum¹

M^{el}a ait, ſi puer vel puellæ alimenta relinquantur, viſque ad pubertatem deberi. ſed hoc verum non eſt, tamdiu enim debebitur, donec teſtator voluit. aut ſi non paret quid ſentiat, per totum tempus vitæ debebuntur. certè ſi viſque ad pubertatem alimenta relinquantur, ſi quis exemplū alimētorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur, velit ſequi: ſciat Hadrianum conſtituifſe, vt pueri viſque ad decimū octauum^e, puellæ viſque ad quartumdecimum annum alantur. & hanc formam ab Hadriano datam obſeruandam eſt, Imperator noster reſcripſit. ſed eti generaliter pubertas non ſic definiatur: tamen pietatis intuitu in ſola ſpecie alimētorū hoc tempus ætatis eſt obſeruādum, non eſt inciule. Sed ſi alimenta, quæ viuus præſtabat, reliquerit, ea deinde prætabuntur, quæ mortis tēpore præſtare ſolitus erat. quare ſi forte varie præſtiterit: eius tamen temporis præſtatio ſe prætabitur, quod proximum mortis eius fuit. quid ergo, ſi cum teſtatur, mihiu præſtabat, plus mortis tempore, vel contra? adhuc ferit dicendum, eam præſtationem ſequēdam quæ nouiſima fuit.

Aqua legata, ſcrutus legata non intelligitur.

Quidam liberis suis vt alimenta, ita aquam quoque per fideicommissum relinquerat. conſulebar de fideicommisso: cum in ea regione Africæ, vel forte Aegypti resagi* proponebatur, ybi aqua venalis eſt. dicebam igitur eſſe emolumen- tum fideicommissi: ſiue quiſ habens cifternas id relinquerit, ſiue non: vt fit in fideicommisso quanto? quiſ aquam ſibi eſſet compara-

^b alimenta vobis
& veltiaria
^c defuncti

^d quo

^e In hunc locū viſe
Cælium Rhodigū ū
lib. io l. 8. aucti. ca.
61. 62.

f ad hoc

g quantam quiſ

comparaturus. nec videri inutile esse fideicommissum, quasi seruitute prædij non possessori vicinæ possessionis relicta. nā & haustus aquæ, vt pecoris ad aquam a Pulsus, est seruitus & si personæ. tamen ei, qui vicinus non est, inutiliter relinquitur. in eadem causa erunt gestandi, vel in tuo vBas premendi, vel areæ tuæ ad frumenta ceteraque legumina exprimēda vten- di. hæc enim aqua personæ relinquitur.

Executio voluntatis mandata testamento mulieri.

xv. s c a e v o l a libro septimo decimo Dige-
storum^l

AFilio herede codicillis Seiæ decem reliquit, & alumno his verbis. MAEVIO INFANTIA LVNO MEO QVA- DRINGENTA DARI VOLO, QVÆ PETO A TE SEIA SVSCPIAS, ET VSVRAS EI^c QVINCVN^e eius CES IN ANNVM VSQVE VICENSIMVM AETATIS PRAESTES, EVM QVE SVSCPIAS, ET TVEA- RIS. quæsitum est, an Seia postquam legatum suum accepit, si nolit pecuniam alumno reliqtam suscipere, vel in suscipienda ea cestauerit: onus^d alimentorum ex die mor- d onera tis testatoris compellenda sit adgnoscere. respondit, secundum ea quæ proponerentur, compellendam præstare, cum^e e cui fideicommissum sit. Idem quæsit, an heres quoque Seiæ in annos viginti alimenta præstare debeat. respondit debere.

Interpretatio voluntatis.

Testator concubinæ mancipia rustica numero octo legauit, & his ciVaria præstari iussit in haec verba: EIS QVE MANCIPIS, QVÆ SUPRA LEGAVI, CIBARI NOMINE AB HEREDIBVS MEIS PRAESTARI VOLO QVÆ ME VIVO ACCIPIEANT. quæsitum est, cum viuuo testatore semper mancipia rustica tempore messium & arearum delegata fuerint: & eo tempore cibaria ex ratione domini sui numquā acceperint, excepto custode prædij: an heres eius quoque temporis, id est messis & arearum, & cibaria concubinæ pro mancipiis rusticis præstare debebet. respondit eum, cuius notio est, æstimaturum. Claudius: meritò. nam si eodem modo, quo apud testatorem fuerūt, & apud concubinam futura legauit: non debebantur eius temporis, de quo quæsitum est, cibaria. verū si velut in ministerium vrbani ab his transserentur: debebuntur. Titia de- cedens testamento ita cauit, OMNIBVS LIBERTIS LI- BERTABVS QVE MEIS CIBARIA ET VESTIARIA, QVÆ VIVA PRAESTABAM, DARI PRAESTARI- QVE VOLO. quæsitum est, cum tribus solis eo tempore quo eavixit, sicut rationibus continebatur, cibaria & vestiaria

præstiterit: an heres eius à ceteris quoque libertis conueniri possit: an verò tribus tantum sit obnoxius, qui rationibus ipsius ciVaria & vestiaria accepisse reperiuntur. respondit, ab omnibus.

xvi. IDEM libro osta uodecimo Digestorum

Alimenta & vestiaria libertis suis dedit. quæsuum est, an quia nominatim à Moderato vnde ex heredibus dari iussit testator: solus Moderatus debeat, non etiam post mortem Moderati heredes eius. respondit & heredes teneri. Libertis libertabusque, item quos, quasque testamento codicilisive manumiserat, alimenta Commoda, quæ viua præstabat, dari iussserat. item omnibus libertis libertabusque fundos. quæsuum est, an ad ea legata admitteretur liberti paternilibertis, cui scriberet solebat ita ΑΠΟΡΟΥΦΙΝΗΣ ΗΜΕΤΕΡΩ ΑΠΛΑΣΕΡΩ: epistula etiam emissâ ad ordinem cluitatis, vnde oriunda erat, petierat uti publice, quod medicus erat, salario ei præstarentur, manifestando litteris suis, eum suum esse libertum. respondit, eum, cuius notio est, aestimaturum: vt si quidem viua ea & ei præstabat: nihil minus ad fideicommissum admitteretur: aliter verò non.

*Clausuli generalis non refertur ad ea, de quibus
specialiter est causum.*

Basilice^b libertæ decem dedit, quam apud Epistetum & Callistum libertos esse voluit: vt cum fuerit Basilice^c annorū virgininique, cum usuris quicuncibus restituuerentur: ita vt ex usuris aleretur, prout atatem ampliauerit. quæsuum est, an ex alio capite, quo generaliter libertis libertabusque ciVaria & vestiaria & habitationem reliquit, etiam Basilice debeneretur^d, respondit, secundum ea quæ proponerentur, non deberi: nisi hoc quoque ei datum probaretur. Claudio: quia destinauerat alimetis eius usuras pecuniae, quas specialiter ei prælegauerat.

*An appellatione libertorum suorum communes
contineantur.*

Qui societatem omnium bonorum suorum cum uxore sua per annos amplius quadraginta habuit, testamento eandem uxorem & nepotem ex filio aquis partibus heredes reliquit, & ita cauit. **I T E M** LIBERTIS MEIS, QVOS VIVVS MANV M ISI, EA QVAE PRAESTABAM. quæsuum est, an & qui eo tempore, quo societas inter eos permanxit, manumissi ab utrisque, & communes liberti facti sunt, ea quæ à viuente percipiebant, solida ex fideli omnibus petere possint. respondit, non amplius, quam quod vir pro sua parte præstabat, deberi.

a Acta. lib. 2. praec.
termissio.

b Basilice

c Basilica

d deberentur.

quam

f præstabam dari
vole.

Alimenta

Alimenta seruis legata.

XVII. IDEM libro nonodecimo Digestorum¹

S Eruos ad custodiam templi reliquerat, & his ab herede legauerat his verbis: PETO FIDEI QVE TVAE COMMITTO, VT DES, PRESTES IN MEMORIAM MEAM PEDISE QVIS MEIS, QVOS AD CVRAM TEMPLI RELIQVI, SINGVLIS MENSTRVA CIUARIA, ET ANNVA VESTIARIA CERTA. quæstū est, cum templum nondum esset extrectum: ex die mortis, an verò ex eo tempore quo templum explicitum fuerit, percipere serui debeant legatum. respondit, officio iudicis heredem compellendum seruis relicta præstare, donec templum extueretur.

Coniectura mutata voluntatis.

XVIII. IDEM libro vicensimo Digestorum¹

L Ibertis, quos testamento manumiserat, alimentorum nomine menstruos decem legauerat. deinde codicillis generaliter omnibus libertis menstruos septein, & annuos vestiarij nomine drenos legauit. quæstū est, an & ex testamento & ex codicillis libertis fideicommissum heredes præstare debant. respondit, nihil proponi, cur non ea, quæ codicillis data proponerentur, præstari deberent. nam^b ab his, quæ testamento ciVariorū nomine legata essent, recessum est propter ea quæ codicillis relicta sunt.

Existente condicione alimenti petuntur præteriti temporis, etiam si nulla sit facta interpellatio.

1 Manumissis testamento ciVaria annua, si cum matre morabuntur, per fideicommissum dedit: mater filio triennio superuixit: neque ciVaria neque vestiaria eis præstitit, cum in petitione fideicommissi liberti cessarent. Sed & filia, postea quam matri heres extitit, quoad vixit, annis quattuordecim interpellata de: isdem soluendis non est: quæstū est, an post mortem filiae à nouissimo herede petere possint, & tam præteriti temporis quæn futuri, id quod ciVariorum nomine & vestiarii relictum est. respōdit, si condicio extitisset: nihil proponi cur non possent. Ab heredibus Stichum manumitti voluit, cīquē si cum Seio moraretur, ciVaria & vestiaria præstari à Scio, deinde hæc verba adiecit: ^d TE AVTEM SEI dāte PETO, VT CVM AD ANNVM VICENSIM VMQVINTVM PERVENERIS, MILITIAM EI COMPARES: SI TAMEN TE ANTE NON RELIQVRIT. quæstū est, Sticho statim libertatem consecuto, prius autem defuncto Scio, quām ad annum vicensimum quintum perueniret: an ab his, ad quos bona Seij peruenirent, militia Sticho cōparari debet. & si placet deberi, vtrum

statim militia comparanda sit, an eo tempore quo Seius annum vicensimum quintum expleturus fuisset, si superuixisset. respondit, cum placeat comparādam: non ante deberi, quām id tempus cessisset. Possumis heredibus institutis & patre & matre, & substitutione facta, actores manumisit, & peculia eis legauit, & annua: & certis libertis suis legata: & alijs exteris plura. deinde post testamentum factum nata filia, codicillis ita cauit: **S I Q V I D^a T E S T A M E N T O , Q V O D A N T E H O C T E M P V S F E C I , L E G A V I C V I , D A R I V O L V I : P E T O A B H I S , Y T I T E R T I A M P A R T E M P E T I N A E^b F I L I A E M E A E R E D D A N T .** secūdis autem tabulis facta pupillari substitutione, impuberibus libertis, quibus à parentibus libertates dedit, eo amplius alterum tantum, quantum^c in nummo^d, præter cīVaria & vestiaria dari voluit. quæsitum est, cum superuixisset filia testamento aperito & codicillis, postea autem decelerit, & fideicommissum datum ei^e de restituenda parte tertia ad heredes suos transmisserat: an etiam cīVariorum & vestiriorum tertiae partes ei per fideicommissum datæ esse videantur. respondit non videri. Idem quæsit, an eorum, quæ codicillis per fideicommissum relicta sunt, tertiae^f partes ad filiam pertinere deberent. respondit non deberi. Idem quæsit, an alterum tātum à substitutione^g legatum, deducēta tertia parte quantitatis legatorum testamento datorum, computari debeat: vt duæ partes quantitatis debeantur præter codicilos, quibus tertiam partem^h codicillisⁱ legatorum ad filiam suam pertinere voluit. respondit integrum ex tabulis substitutionis deberi. CīVaria & vestiaria per fideicommissum dederat, & ita adiecerat.

Q V O S L I B E R T O S M E O S , V B I C O R P V S M E V M P O S I T V M F V E R I T , I B I E O S M O R A R I J V B E O , V T P E R A B S E N T I A M F I L I A R V M M E A R V M A D S A R C O F A G V M^k M E V M M E M O R I A M M E A M Q V O T A N N I S C E L E B R E N T . quæsitum est vni ex libertis, qui à die mortis neque ad heredes accesserit, neque ad sepulchrum morari voluerit, an alimenta præstanda sint. respondit, non præstanda.

xviii. IDEM libro vicensimo secundo Digestorum^l

Testamento ita cautum fuit, **L I B E R T I S M E I S C I U A T R I A , Q V A E Q V E A L I A P R A E S T A B A M , A B H E R E D I B V S M E I S P R A E S T A R I V O L O .** unus ex libertis ex voluntate patroni negotij sui gratia quadriēnio ante diem mortis aſuit. ex hac causa cīVaria, quæ ante acceperat, mortis tempore non accepit. cui tamen liberto eodein testamento patronus, sicut & aliis quos viuu manumisera^m, legatum quinque

a si quid in

b pecunia

c quantum singu-
lis
d numerato,

e eidem

f tercia pars
g debeat.
h substituto

i debeat propter

^k Sarcophagū, monu-
mentum, & lapide
Sarcophage carnem
excedit, int. U. ge. De
quo Plin. lib. 36. c. 17.

quinque dederat. quæ situm est, an isti quoque c*Varia*, & reliqua quæ ceteris libertis legata sunt, debentur. respondit cur non?

Interpretatio voluntatis.

XX. IDEM libro tertio Responsorum.

STICHVS NUTRICIS MEAE NEPOS LIBER ESTO. CVI DECEM AVREOS ANNOS DARI VOLO. qui deinde interpolitis nominibus eidem Sticho contubernalim eius & liberosb legauit: isquec quæ viuus præstabat, deinde alio capite libertis omnibus quæ viuus præstabat, dari iussit. quæro an Stichus præter suum legatum, & alimenta percipere possit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, non posse. Item cum alimenta libertis vtriusque sexus reliquerit à republica, & ex prædiis, quæ ei legauit, dari voluisse: quæro, Stichi contubernali & liberis vtrum ab herede instituto, an à republica diariad & vestiaria, quæ viuus dabat, præstari deberent. respondit posse benigna voluntatis interpretatione dici, Is quoque à republica præstanda. Titia vsufructum fundi legauit Mæuio, cuiusque fidei commisit, ut ex reditu fundi præstaret Pamphilæ & Sticho annuos centenos numimos quoad viuentf. quæro, an mortuo Mæuio heres alimenta debeatg. respodit, nihil proponi, cur debeat præstari ab herede Titiae. sed nec ab herede legatarij: nisi id testatorh manifeste probetur voluisse etiam finito usufructu præstari, si modò id quod ex usufructu receptum esset, ei rei præstandæ sufficerit. Mater filio herede instituto, per fideicommissum libertatem Pamphilo seruoi dedit. eidem c*Vario* rum nomine legauit quinos aureos, & vestiarij in singulos annos quinquagenos, si cum filio eius moreturk. quero filio defuncto, an alimenta debentur. respondit, si condicioni paruissent, deberi & post mortem.

XXI. VLPIANVS libro secundo Fideicommissorum.

DIARIIS vel c*Variis* relictis, neque habitationem neque vestiarium neque calciarium deberi, palam est. quoniam de c*V*o tantum testator sensit.

Coniectura voluntatis.

XXII. VALENS libro primo Fideicommissorum.

1 Aburnius Valens

CVM alimenta per fideicommissum relicta sunt nō adiecta quantitate: ante omnia inspiciendum est, quæ defunctus solitus fuerat ei præstare. deinde quid ceteris eiusdem ordinis reliquerit. si neutrum apparuerit, tum ex facultatibus defuncti, & caritate eius cui fideicommissum datum erit, modulus statui debebit. Qui fratris sui libertis alimenta debebat,

52vbat,

a Coniung. vixit.
§. codicilie. supr. de
leg. c. 2. l. Thas. §.
herede. de fidei. om-
miss. liberta. August.
lib. 3. men. c. 2.
libertos. fruquere
Flor.
e hisque

d cibaria

e fundilegati.

f viueret.

g debeat.

h testatrix

i seruo sue

k moraretur.

m Coniunge l. 12. de
leg. 3.

bat, is testamento vineas eum hac adiectione reliquerat, **V T H A B E A N T V N D E S E P A S C A N T.** si pro alimentis vineas reliquisser: non aliter eis ex fideicomissi causa eas præstari debere, quām si testamenti obligatione heredes liberasent, aut si id omisum fuisset, & poitea ex testamento agerēt: doli mali exceptione tutum heredem futurum. scilicet si non minus valent vineæ, quām alimentorum estimatio. illam autem adiectionē, **V T H A B E A N T V N D E S E P A S C A N T,** magis ad causam prælegandi^a, quām ad usumfructum constituerendum pertinere.

a relegandi.

b Labo libro
mettarū.

X X I I . P A V L V S^b libro quarto ad Neratium
Rogatus es ut quendam educes, ad viētū necessaria ei præstare cogendas es. Paulus: cur plenius est alimentorum legatum, ubi dictum est & vestiarium & habitationem continet? immo ambo exequanda sunt.

c In hunc trattatum
videlicet Lexari
Basilij de re vestia
vita

**D E A V R O^c A R G E N T O M V N D O O R N A M E N T I S
V N G V E N T I S V E S T E . V E L V E S T I M E N-
T I S E T S T A T V I S L E G A T I S
T I T . I I .**

Generi per speciem derogatur.

P O M P O N I V S libro sexto ad Sabinum^d

d legatum est,

e idem in, vel idem
de

† ipso

SI ALII vestimenta, alij vestis muliebris separatim legata fit: detractis muliebribus; & ei adsignatis, cui specialiter legata sunt: reliquum alteri debetur. idem est, cum alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum esset^d, de argento quod in mundo esset. item si duas statuæ marmoreæ tibi, & deinde omne marmor legatum esset: praeter duas, nulla statua marmorea legata est tibi. idem^e urbanis seruis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit. Cui certum pondus argenti dare heres iussus sit, ei pecuniam numeratam dando iure^f ipse liberatur si in ea pecunia eadem aestimatio fuerit. quod ita verum est, si non certum genus argenti legatum sit.

Interpretatio verborum & voluntatis.

T I . A F R I C A N V S libro secundo Quæstionum^g

f quoniam

QVi tibi mandauerat, ut ornamenta in usum vxoris suæ emeres, eidem vxori, vti adsolet, legauit quæ eius causa parata erunt. tu deinde post mortem mandatoris, ignorans eum decepsisse, emisti. non debebuntur mulieri. quoniam ea verba ad mortis tempus referuntur. at si viuente testatore, muliere autem mortua emeris: non in leganter dicetur, inficax hoc legatum esse. quando^f non possit vere dici, eius causa paratum videri, quæ prius decepsit. cadem dicenda erunt,

runt, & si viuat quidem mulier, sed diuerterit: & quæratur, an postempta ei debeantur, quasi non videantur vxoris causa parata.

III. CELSVS libro nonodecimo Digestorum¹

VXOR legauit quæ eius causa parata sunt, & ante mortem diuorxit: non debet, quia adempta videantur, Proculus ait, nimirum facti quæstio est. nam potest nec repudiatae adiunctorum sequitur.

IV. PAULVS libro quinquagesimo quarto ad Edictum²

CVM quidam libertum suum in Asiam misisset ad purpuras effendas, & testamento vxori suæ lanam purpuream legasset: pertinere ad eam si quæam purpuram viuo eo libertus emisset, Seruius respondit.

V. AFRICANVS libro secundo Quæstionum³

A PUD Phuphidium^b quæstionum libro secundo ita scriptū est: si mulier mandauerit tibi, ut sibi vñiones vsus sui causa emeres: si tu post mortem eius, tunc putares eam viueat, emeris: At ilicinus negat esse legatos ei cui mulier ita legauerit, ORNAMENTA, QVÆ MEA CAVSA PARATA c mei sunt, ERVNT VĒ. non enim eius causa videri parata esse, quæ iam mortua ea empta fuerint.

Solutio ligati, & translatio in aliam sp̄ciem facta à testatore, legatum extinguit.

VI. MARCELLVS libro singulari Respon-

forum⁴

SEIA ab herede Publio Maeuio ita legauit, ANTONIAE FERTYLLAE *D O * L E G O AVRI PONDO TOT, ET VÑIONEM CVM HYACINTHIS. postea vñionem soluit^d, neque vñnum mortis tempore inter ornamenti sua vñionem reliquit. quæro, an heres ex causa fideicommissi estimationem rei, quæ in hereditate non est, præstare debeat. Marcellus respondit, non debere. Item quæro, si probari posset, Seiam vñiones & hyacinthos quosdam in aliam sp̄ciem ornamenti, quod postea pretiosius fecit additis aliis gemmis & margaritis, conuertisse: an hos vñiones vel yacynthos petere possit, & heres compellatur ornamento posteriori extimere, & præstare. Marcellus respondit, petere non posse. nam quid fieri potest, ut legatum vel fideicommissum durare existimatetur cum id quod testamento dabatur, in sua specie non permanferit: hanc & quodammodo extinctum sit: ut interim omittam^h, quod etiam dissolutione ac permutatione tali voluntas quoque videatur mutata.

^b Pamphilium: n̄e Phuphidium fortè est, de quo Cicero in Bru-

dides, dissoluit ac testore Cleopatram fecisse accepimus. Plin. lib. 9. cap. 35. & Plaut. in Anio. & Aesop. filium, auctore Horatio in sermon. ubi quoq; Aeson vsus est verbo, scilicet, pro disfoni, fuit diluc. Accursi, interpretatione soluis, id est, dedit, quasi Seia legataria ratione dedit. Quæ interpretationem & inepitiam & absurdissimam esse, at sensus lector facile intelligit. Vnde autem Marcellus extinisse legata à testatore perditas, eam non debet ab herede. & ornamenti & neque enim fieri posse, & quodammodo remittat,

Legatum

*Legatum, per quod ciuitati queritur aliquod orna-
mentum, valet.*

Lucius Titius testamento ita scripsit, HEREDEM ME-
VM VOLO, FIDEI QVE EIVS COMMITTO, VT
perticem noui, IN PATRIAM MEAM FACIAT PORTICVM² PV-
BLICAM, IN QVA PONI VOLO IMAGINES AR-
GENTEAS, ITEM MARMOREAS. quero, an legatum
valeat. Marcellus respondit valere: & operis ceterorumque,
quae ibi testator ponи voluerit, legatum ad patriam pertine-
re. intellegi enim potuit aliquid ciuitati accedere ornamen-
tum.

*Nomina possessiva, mrum, tuum, suum, praesens
tempus significant.*

VII. P A U L V s libro octauo ad Plautium.

Si ita esset legatum, VESTEM MEAM, ARGENTVM
MEVM DAMNAS ESTO DARE: id legatum videtur,
quod testamenti tempore fuisset. quia praesens tempus sem-
per intellegeretur, si aliud comprehensum non esset. nam cum
dicit, VESTEM MEAM, ARGENTVM MEVM: hac de-
monstratione MEVM praesens, non futurum tempus ostendit.
idem est & si quis ita legauerit, SERVOS MEOS.

Ambigua orationis interpretatio.

VIII. IDEM libro nono^b ad Plautium

Plautius: mulier ita legauit, QVIS QVIS MIHI HE-
RES ERIT; TITIAE VESTEM MEAM, MVN-
DVM ORNAMENTA QVE MULIEBRIA DAMNAS
ESTO DARE. Cassius ait, si non appareret quid sensisset:
omnem vestem secundum verba testamenti legatam videri.
Paulus: idem Iauolenus scribit. quia verisimile est, inquit, te-
statrix tantum ornamentorum vniuersitati derogasse, qui-
bus significationem muliebrium accommodasset. accedere^c
eo, quod illa demonstratio MULIEBRIA nequa vestineq;
mundo applicari saluatatione recti sermonis potest.

VIIII. M O D E S T I N V S libro nono Regula-
rum^d

Cum certum auri vel argenti pondus legatum est, si non spe-
cies designata sit: non materia, sed pretium presentis tem-
poris praeſtari debet.

Interpretatio verborum.

X. P O M P O N I V S libro quinto ad Quintum Mu-
cium^e

Quintus Mucius ait, si pater familias vxori vas, aut vesti-
mentum, aut quippiam aliud ita legauit, QVOD E-
IVS CAVSA EMPTVM PARATVM VE ESSET^f: id
videtur legasse, quod magis illius, quam communis v̄sus cau-
ſa pa-

^b Aug. Libr. t. emend.
e. b. notat. Hal. and.
malè editiss. libro
quinto.

c accidere, vel acci-
dit

ſa paratum eſſet. Pomponius: ſed hoc verum eſt, non ſolū ſi
iplus viri & vxoris communis vſus: Sed etiam filiorum
eius, aut alterius alicuius communis vſus fuerit. id enim vi-
detur de monſtrare, quod proprio vſui vxoris comparatum^a a paratum
fit, ſed quod Quintus Mucius de monſtrat, Bas, aut vſtimen-
tum, aut quid aliud: efficit ut falſa ſint quae ſubiecimus. mul-
tum enim inter eſt, generaliter an ſpecialiter legentur hęc, nam
ſi generaliter, veluti ita, Q VAE VXORIS CAVSA COM-
PARATA SVNT: vera eſt illius definitio. ſi vero ita ſcri-
ptum fuerit, VESTEM^b ILLAM PURPURAM^c, vt certa-
ta^d de monſtraret: licet adiectum fit, Q VAE EIVS CAVSA
EMPTA PARATA VESENTE^e, licet neque emptane-
que parata neque in vſum ei data ſint: legatum omni modo
valet. quia certo corpore legato, demōstratio falſa poſita non
peremitt legatum. veluti ſi ita fit ſcriptū, STICHVM, Q VEM
XX VENDITIONE TITI EMI. nam ſi neque emit, aut
ex alia venditione emit: legatum nihil minus valet. Planè ſi
ita legatum fuerit, VAS, aut VESTIMENTA, aut Q VAE
VXORIS CAVSA PARATA SVNT: tunc aque erit vera
Quinti Muci ſententia, quo caſu ſciendum eſt, etiam ſi alienæ
res hæfuerint, quas putauit teſtator ſuas eſt: heredem teneri,
ut eās det.

X I. PROCVLVſ libro quinto Epiftularum[¶]

S I quis legauerit aurū, gemmas, margaritas quae in eo auro
eſſent: etiam id aurum, cui neque gemmæ neq; margaritæ
ineſſent, legaffe videtur.

X II. PAPINIANVſ libro ſeptimodecimo Quæ-
ſtione[¶]

S I imaginem legatam heres deraſit, & tabulam ſoluit: po- g Coniungel. 6. de
teſt dici, actionem ex teſtameſto durare. quia legatum imma- trit. leg.
ginis, non tabula fuit.

X III. SCAEVOLAL libro quintodecimo Digesto-
rum[¶]

V Xori^h quis legauit hiſ verbis, MUNDVM MVLIE- h Paul.lib.3. ſentent.
BREM OMNEM, ORNAMENTA, ET QVID QVID iiii.9. ſentent. penult.
VIVVS DEDI, DONAVI, EIVS CAVSA COMPAT-
RAVI, CONFECI: ID OMNE DARI VOLO. quæſitū
eſt, an Carrucha dormitoria cum mulis, cum ſemper vxor vſa
fit, ei debeatur. reſpodit, ſi eius vſus cauſa habita eſſet: deberi.
Idem quæſitū, an ex eadem clauſula vſtis, quam ancillis, vel
leſtariis eiusdem vxoris ſuæ comparauerat, vel fecerat, præ-
ſtanda eſſet. reſpondit, præſtandam.

X IV. POMPONIVſ libro quinto ad Sabinum[¶]

S I ſtatua legauero, & poſtea ex alia ſtatua brachium eiⁱ Coniunge. Inquit
adiecerο: omnimodo ſtatua à legatario vindicari potest. in terum. 6. vlt. de
leg. 1.

XV. S C A E V O L A libro quintodecimo Digestorum^m
Species auri & argenti Seiæ legauit, & ab ea perit in hæc verba, A TE SEIA PETO, VT QVID QVID TIBI SPECIALITER IN AVRO, ARGENTO LEGAVI, ID CVM MORIERIS REDDAS, RESTITVAS ILLI ET ILLI VERNIS MEIS: QVARVM RERVM VSUS FRVCTVS DVM VIVES TIBI SVFFICIET, quæsum est, an vñusfructus auri & argenti solus legatariæ debeat. respondit, verbis, quæ proponerentur, proprietatem legatæ addito onere fideicommissi.

A patre potest leg. ii filio, cum sui iuris fuerit.

XVI. I D E M libro octauodecimo Digestorumⁿ

Filiam in potestate patris manentem mater scriptis heredem, eiisque patrem Maeuium substituit, & ita scriptis: QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, FIDEI EIUS COMMITTO, VTI ORNAMENTA MEA OMNIA, AVRVM, ARGENTVM, VESTIMENTA, QVIBVS EGO USA SVM, NE VENEANT, ET FILIAE MEAE RESERVENTVR. quæsum est, cum filia recusante pater ex substitutione heres extitisset, & intestato^a decessisset, filia autem bonis eius abstinuerat: an fideicommissum petere possit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri patris utiliter fideicommissum. Claudio: quoniam verbo seruandi, quod scriptum est, videri in id tempus dilatum fideicommissum, quo sui iuris futurus^b esset is cui datur.

XVII. V. L P I A N V S libro vicensimo primo ad Sabinum^l

SI^c gemma ex anulo legetur, vel aliæ materiæ iunctæ^d, vel emblemata: recte legantur, & separantur, & præstanta sunt.

Qui iubet mihi ut meum reddi, quod meum non est,
videtur mihi legare.

XVIII. S C A E V O L A libro vicensimo secundo Digestorum^m

QVi vxori suæ legauerat bonorum suorum decimam, & mancipia, & species argenti quas expresserat: eidem anulos & vestem reddi ab heredibus petit, quasi propria vxoris fuissent. quæsum est, si vxoris non fuerint: an præstari ex causa legati deberent. respondit, legandi animo dedisse ea videri: nisi contrarium ab herede approbetur. Idem testator fidei commisit vxoris, vt quidquid ad eam ex testamento eius peruenisset, alumno communis restitueret. quæsum est, an etiam eas res quas proprias vxoris suæ fuisset testator sciat, eiisque reddi præcepit, alumno præstare debeat. respondit si

a intestatus

b futura effet ea

c Coniunge l.ca-
sera de leg. 1.
d iuncta,

e ea quæ propria

pro-

proprietate fuissent, non debere. si legato adquirerentur, debere. a propria-

Mulier testamento, & poitea codicillis multas species vestis, argenti, quas vel ipsa se consecisse, vel habere significauit, specialiter per fideicommissum reliquit. quæsitum est, an non aliae legataria cederent, quamquam quæ in hereditate inuentæ essent, respondit eas cedere, quæ inuentæ essent.

Auri & argenti appellatione quid continetur.

x viii. V L P I A N U S libro vicensimo ad Sabinum.

CVM aurum vel ^bargentum legatum est, quidquid auri argenti & argentum gentique relictum sit, legato continetur: siue factum siue infectum. pecuniam autem signatam placet eo legato non contineri ^c. proinde si certum pondus auri sit legatum, vel argenti: magis quantitas legata videtur, nec ex valis tanget. sed si argenti facti pondo centum sint legata: ex facto argento debitur legatum. vnde est quæsitum apud Celsum, an & vascula possit separare. & scripsit, vascula non separaturum, licet ei optio fuerit relictæ. idem Celsus libro nonodecimo ^d quæstionum querit, si centum pondo argenti fuerint relictæ, an replumbari debeant, ut sic appendantur. & Proculus & Celsus aiunt, exempto plumbo appendi debere. nam & emptoribus replumbatae adsignantur, & in rationes argenti pondus sic defertur. quæ sententia habet rationem. Planè si cui vascula argentea, vputa lances quadratae sint legatae: etiam plumbum, quo continentur, eum sequetur. Simili modo queritur, si cui argenum legetur, an emblemata aurea, quæ in eo sunt, eum sequantur. & Pomponius libro quinto ^e ex Sabino di- stinguit multum interesse, certum pondus ei argenti factilegetur, an verò argenum factum. si pondus, non contineri. si argenum factum, contineri: quoniam argento cedit quod ad speciem argenti iunctum est. quemadmodum clavi aurei & purpuræ pars sunt vestimentorum. idem Pomponius libris epistularum, et si non sunt clavi vestimentis consuti; tamen veste legata contineri. Idem Celsus libro nonodeci- mo ^f digestorum, commentariorum septimo scribit, auro le- gato ea quæ inaurata sunt, non deberi. nec aurea emblemata, quæ in absidibus ^g argenteis sint. aii autem auri appellatio- ne anuli aurei contineantur, queritur. & Quintus Saturninus libro decimo ad edictum scribit contineri. lectum planè argenteum, vel si qua alia supellex argentea fuit, argenti appellatione non contineatur, si numero argenti habita non est, vt in iunctura argentea scio me dixisse quod non in argentario paterfamilias reponebat ^h. sed nec candelabra, nec lucernæ argenteæ, vel sigilla quæ in domo deposita sunt, vel imagines argenteæ argenti appellatione continebuntur. nec specu- lum, vel parieti adfixum, vel etiam quod mulier mundi causa ha-

c. In hanc sententia
vide quæ argenteis dis-
serit Cte. in Top. rhæ
triplicem locum tra-
Handi argimenti ex
consequentiis expli-
cas, & in loco à diffe-
rentibus.

d. Libro decimo
octavo

e. Libro secundo

f. Libro decimo
octavo

g. parodisibus
vel, absidibus

h. ponebat.

habuit. si modò non in argenti numero habita sunt. Argéto 3 factò legato, Quintus Mucius ait, vasa argentea contineri. ve-
luti parapsidas, acetabula^a, tryllas^b, pelues, & his similia. non
tamen quæ supellectilis sunt. Sed cui^c vasa sint legata, non so-
lùm ea continentur, quæ aliquid in se recipiant edendi, biben-
diq[ue] causa paratum, sed & quæ aliquid sustineant. & ideo
scutellas vel promulsidaria cōtineri. Repositorya queq[ue] con-
tinebuntur. nam vasorum appellatio generalis est. dicimus^d

^d dicimus enim
^e návaria. ^f niu-
lia. Verum legendum
est, vel niuaria, vel
návalia. ^g Et infra
lib. columnariorum.
^f nondum tamen

vasa vinaria, & návalia^e. Infecti autem argenti appellatio 4 rudem materiam continet, id est non factam, quid ergo si cœ-
ptum sit argentum fabricari, nondum^f perfectum? vitrum fa-
cti an infecti appellatione cōtineatur, dubitari potest, sed pu-
to magis facti. certe si iam erat factum, sed celabatur: facti ap-
pellatione continebitur. an & celati continebitur quod celari
coepit? & puto contineri si cui fortè celatum sit argentum le-
gatum. Si cui escarium argentum legatum sit: id solum de-
bebitur, quod ad epulandum in ministerio habuit: id est ad
esum & potum. vnde de aquaminario dubitatum est. & puto
contineri. nam & hoc propter escam paratur. certe si eacca Vos
argenteos habebat, vel miliarium^g argenteum, vel sartagi-
nem, vel aliud vas ad coquendum: dubitari poterit, an esca-
rio contineatur. & hæc magis cocinarij^h instrumenti sunt.

^g Miliarium vas est
ad aquæ calide opus
preparandum. Aishen.
lib. i. c. 10.

^h coquinarij

Perueniamus & ad gemmas inclusas argento auroque. & 6
ait Sabinus auro argenteo cedere. ei enim cedit, cuius maior
est species. quod rectè expressum. semper enim, cum querimus
quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandæ
causa adhibetur: vt accessio cedat principali, cedent igitur
gemmae fialis vel lancibus, inclusæ auro argenteo, sed &
in coronis mensarum gemmae coronis cedent, & hæc mensis.
in margaritis quoque & auro idem est. nam si margaritæ
auri ornandi gratia adhibitæ sunt: auro cedunt. si contra,
aurum margaritis cedet, idem & in gemmis anulis inclusis.
Gemmae^k autem sunt perlucidæ materiæ, quas, vt refert
Sabinus libris ad Vitellium, Seruius à lapillis eo distin-
guebat, quod gemaæ essent perlucidæ materiæ, velut smaragdi,
chrysolithi, amethysti. lapilli autem contrariae superioribus
naturæ, vt obsidiani^l, venientani. margaritas autem nec gem-
mis nec lapillis contineri, satis cōstitisse, ibidem Sabinus ait,
quia concha apud rubrum mare & crescit & coalescit. mur-
rina autem vasa in gemmis non esse Cassius scribit. Auro 7
legato, vasa aurea continentur: & gemmis, gemmea vasa. Se-
cundum hæc^m siue gemmae sint in aureis valis, siue in argen-
teis: auro argenteo cedent, quoniam hoc spectamus, quæ res
cuius rei ornandæ causa fuerit adhibita, non quæ sit pre-
tiosior.

i vñha

^k De hæc latè tra-
hat Pli lib. 37. na-
turæ hæc.

^l obsidiani, ve-
tani.

m hoc siue

xx. P A V L V s libro tertio ad Sabinum¹

S Ithabili ter gemme geri possint, inclusæ auro fuerint: tum aurum geminis dicinus cedere.

xxi. P O M P O N I V s libro sexto ad Sabinum¹

IN argento potorio utrum id dumtaxat sit, in quo bibi posse sit: an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti colum^a ni Yarium, & vrecoli: dubitari potest. sed proprius est, ut hæc quoque insint. Vnguentis legatis, non tantum ea legata videntur, quibus vnguimur voluptatis causa, sed & valetudinis, qualia sunt, commagena, glaucina^b, crinina^c, rosa^d, mura, colum^e, nardum^f purum. hoc quidem etiam quo elegantiores sint & mundiores, vnguuntur feminæ. Sed de aquiminario Cassius ait, consultum se respondisse, cum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset esca-
trio cedere.

De vestibus & vestimentis legatis.

xxii. V L P I A N V s libro vicensino secundo ad Sabinum

Vestimentum id est, quod detextum est, et si desectum non sit: id est si sit consumatum quod in tela est nondum pertextum vel detextum, contextum appellatur: quisquis igitur vestem legauerit: neque stamen neq; subtemen^h legato continebitur.

xxiii. IDEM libro quadragensimo quarto ad Sa-
binum¹

Vestis, an vestimenta legentur nihil refert. Vestimento-
rum sunt omnia lana, linea que, vel serica, vel bombuci-
na, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, insternandi, incendi,
incumbandiveⁱ causa parata sunt: & quæ his accessionis
vice cedunt: quæ sunt insitæ picturæ, clavi que qui vestibus
insuntur. Vestimenta omnia aut virilia sunt, aut puerilia;
aut muliebria, aut communia, aut familiarica^k. Virilia sunt,
quæ ipsius patris familiæ causa parata sunt: veluti togæ, tuni-
cæ, palliæ, vestimenta stragula, amfitapa, & saga; reliqua q; similia. Puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent,
nisi puerilem. veluti togæ prætextæ, alicuæ^l, chlamydes, pal-
lia^m quæ filii nostris comparamus. Muliebria sunt, quæ ma-
tris familiæ causa sunt comparata, quibus vir non facile vti
potest sine vita Operatione. veluti stola, pallia, tunicæ, capitia,
zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi quam ornandi cau-
sa sunt comparata, plagulæ, penulæ. Communia sunt, qui-
bus promiscue vtitur mulierum virorum. veluti si eiusmodi pe-
nula, pallium me est, & reliqua huiusmodi, quibus sine repre-
hensione vel vir vel vxor vtatur. Familiaricaⁿ sunt, quæ ad fa-
miliam vestiendam parata sunt. sicuti saga, tunicæ, penulæ,

Pars v.

5 a a

linæ,

a Vide Politia. &
Nebrissem, in fine le-
xici, & Ale. li. 8. pac-
ter. c. 4. Est autem in-
strumentum ad per-
colandum vinum.

b gleucina,

c Alia crinina. Resta

autem est Florætina.

Ea enim ex quibus

vnguentia sunt, pro-

vinguentia sepe po-

nuntur: ut hic iste

pro rhodina, nardum

pro nardino & hor

quem est lilium, ex

quo fit vnguentum

cecinium.

d rhodina, & myrra

quoque,

e costum: quod res

alii videtur. Cestum

enim inter vnguentia

& odorata referitur

a Plini. lib. 12. c. 12.

& lib. 22. c. 24. &

Theophyl. lib. de odore

f tum nardinum

g Deest pertextum

vel. His verbis

nulla n. differuntur

inter dectum &

pertextum statu, ut

de præpositio hic au-

geret. lib. 1. sup. deposit.

Auglib. 3. mend. c.

j. quin vide

h subtegmen

i accubandive

k familiaria.

l Alij aliebri legunt.

Flor. sectionem con-

firmant tres libri:

manu scripti. Vide

tumne si legendu

e. digul: he nim

erant vestimenta pug-

tilia, ut calige viri-

lia.

m & alia, quæ

n quia

o Familiaria

^{a autem} linteas, vestimenta stragula, & consimilia. Vestis etiam ex pellibus constabit.

xxiiii. PAULVS libro vndeclimo ad Sabinum!

^b tunicam
^c stragulas pelli-
ceam

C Vm & tunicas^b & stragula^c pellicia nonnulli habeant.

xxv. VLPIANVS libro quadragensimo quarto
ad Sabinum!

^d tegimenta, & te-
gumenta
^e cedere vice mar-
garitarum. Item
^f interi-
^g sed stragula, &
babylonicas,
^h item pilca
ⁱ vdonum:

^k mcam,

1 Culcitre

Argumenta sunt etiam nationes quædam, veluti Sarmatæ, quæ pellibus teguntur. Aristo etiam coactilia vesti cedere ait. & tegimēta^d suū selliorū huic legato cedere^e. Vittæ margaritarum, item fibulæ, ornamentiōrum magis quam vestis sunt. Tapeta vesti cedunt, quæ aut sterni^f aut in scī solent. sed stragulas^g & babylonicas, quæ equis interi solent, non puto vestis esse. fasciæ curales, pedulesque, & ^h iNpilia vestis loco sunt: quia partem corporis vestiunt. alia causa est odonumⁱ: quia vsum calciamentorum prestant. certuicilia quoque vestis nomine continetur.. Si quis addiderit V E S T E M S V A M^k, 2 apparet de ea eum sensisse, quā ipse in vsus suis habuit. Culcitæ etiam vestis erunt. *item pelles caprinæ & agninae vestis erunt.* Muliebri veste legata, & infantilem contineri & 3 puellarum & virginum, Pomponius libro vicensimo secundo ad Sabinum recte scribit. mulieres enim omnes dici, quæ cumque sexus feminini sunt. Ornamenta muliebria sunt, 4 quibus mulier ornatur: veluti inaures, armillæ, viriolæ, anuli, præter signatorios, & omnia quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa. quo ex numero etiam hæc sunt, aurum, gemmæ, lapilli, quia aliam nullam in se utilitatem habent. Mundus mulieris est, quo mulier mundior fit. continentur eo specula, matulæ, vnguenta, vasa vnguentaria, & si qua similia dici possunt: veluti laBatio^m, tricus.ⁿ Ornamentorum hæc, vittæ, mitræ, semimitræ, calauti-^{ca}, acus cum margarita quam mulieres habere solent: reticula, crocufantia^o. sicut^p & mulier potest esse munda, non tamen ornata, vt solet contingere in his quæ se emundauerint^q lotæ in balneo, neque se ornauerint: & contra est aliqua ex somno statim ornata, non tamen commundata. Margarita, si non soluta sunt, vel qui alij lapides, si quidem exemptiles sint: dicendum est ornamentorum loco haberit. sed et si in hoc fint resoluti^r vt componantur^s: ornamentorum loco sunt. Quod si adhuc sint rudes lapilli vel margarita vel gemmæ, ornamentorum loco non erunt: nisi alia mens fuit testantis, qui hæc quoque, quæ ad ornamenta parauerat, ornamentorum loco & appellatione comprehendi voluit. Vnguentata, quibus valetudinis causa vnguinur^t, mundo non continentur.

xxvi. P A V L V s libro undecimo ad Sabinum^l

Quamvis quædam ex veste magis ornatus gratia, quam
quo corpus tegant^a, comparentur: tamen quod eo no- a tegatur,
mine sint repertab^b, potius habenda esse vestis numero, quam b parata,
ornamentorum. Similiter ornamentorum esse constat, qui-
bus vti mulieres venustatis & ornatus causa cooperunt. neque
referre, si quædam eorum alium quoque vsum prebeant, sicuti
mitræ & anademata^c quamvis enim corpus tegant, tamē or- c Alc.lib.2. p. 22.
namentorum, non vestis esse.

De auro & argento.

xxvii. V L P I A N V s libro quadragesimo quarto
ad Sabinum^l

QVINTUS MUCIUS LIBRO SECUNDO IURIS CIVILIS ITA DEFINIT, a-
rgentum factum vas argenteum videri esse. AN CUI AR-
GENTUM OMNE LEGATUM EST, ET NUMMI QUOQUE LEGATI ESSE VI-
DEANTUR, QUÆRITUR. & EGO PUTO NON CONTINERI. NON FACILE ENIM
QUI QUAM ARGENTI NUMERO NUMMOS COMPUTAT. ITEM ARGENTO
FACTO LEGATO, PUTO, NISI EVIDENTER CONTRA SENSISSÆ TESTATOREM AP-

2 pareat, NUMMOS NON CONTINERI. ARGENTO OMNI LEGATO, QUOD
SUUM ESTET: SINE DUBIO NON DEBETUR ID QUOD IN CREDITO ESTET.
HOC IDEO, QUA NON VIDETUR SUU ESTE, QUOD VINDICARI NON POS-

3 sit. Cui aurum, vel argentum factum legatum est, si fractu^d a Clm
aut collisum sit: non continetur. SERVUS ENIM EXISTIMAT, AU-
RUM VEL ARGENTUM FACTUM ID VIDERI, QUO COMMODE VTI POSSU-
MUS. ARGENTUM AUTEM FRAGMENTUM & COLLISUM NON INCIDERET IN

4 EAM DEFINITIONEM, SED INFECTO CONTINERI. CUI LEGATUM EST

AURUM OMNE, QUOD SUUM^e ESSE CUM MORERETUR VINDICARE PO-
TUIT: SUUM ESTE. SED SI QUA DISTRIBUTIO EIUS REI FACTA EST, TUNC
INTEREST QUOMODO SIT LEGATUM. SI FACTUM AURUM LEGATUM EST,
OMNE AD EUM PERTINET CUI LEGATUM EST, EX QUO AURUM ALIQUID EST
EFFECTUM: SIVE ID SUÆ, SIVE ALTERIUS VISIONIS CAUSA PARATUM EST,
VELUTI VASA AUREA, EMBLEMATA, SIGNA, AUT VNI MULIEBRE, & CETE-
RA QUA^f HIS REBUS SUNT SIMILIA. SED SI INFECTU^g LEGATUM EST, QUOD

EIUS ITA FACTUM EST, VT CO^h QUODⁱ AD REM COMPARATUM EST, NON
POSSIS^j VTI SINE RESECTIONE, QUOD^k QUE ABE PATRFAMILIAS^l INF-
ETI NUMERO FWERAT: ID VIDETUR LEGATUM ESTE. SI AUTEM AURU^m VEL
ARGENTUM SIGNATUM LEGATUM EST, ID PATRFAMILIAS VIDETUR TE-
STAMENTO LEGASE, QUOD CIUS ALIQUA FORMA EST EXPRESSUM; VELUTI

5 QUAⁿ FILIPPI SUNT, ITEM QUA^o NOMISMATA, & SIMILIA. ARGENTO
LEGATO, NON PUTO VENTRIS CAUSA HABITA SCAFIA CONTINERI. QUA
6 ARGENTI NUMERO NON HABENTUR. ARGENTUM FACTUM RECETE QUIS
ITA DEFINIERIT, QUOD NEQUE IN MASSA NEQUE IN LAMNA^p NEQUE IN
SIGNATO NEQUE IN SUPPLECTILI NEQUE IN MUNDO NEQUE IN OR-
NAMENTIS INSIT.^q

e sum effet, cum moreretur, eius or-
mae aurum fieri quo^r
tunc patrfamilias
cum moreretur,
vindicare potuit
sum esse, seu

f ad rem, ad qua^s
comparatum
g non potuit
h patrfamilias

i Vasa, in que ren-
tria fortes acipiuntu-
tur. Nebris. & euro-
scutus Alcia. lib. 6.
k lamina
l sit.

XXVIII. ALFENVSIVARVS libro septimo Digestorum

a Cöjnige Liniege
203 de ver. signifi.

b quas

c comparatum
erit,

CVm^a in testamento alicui argentum, quod vsus sui causa paratum esset, legaretur, itemq; vestis aut supplex: quantum est, quid cuiusque vsus causa videretur paratum esse: vtrum ne id argentum, quod vietus sui causa paratum paterfamilias ad co*Tidianum* vsum parasset: an & si eas^b mensas argenteas, & eius generis argentum haberet, quo ipse non temere vteretur: sed commodare ad ludos & ad ceteras apparationes soleret. & magis placet, quod vietus sui causa paratu^c est, tantum contineri.

XXIX. FLORENTINVS libro undecimo

Institutionum¹

d consuetudine

SI quando alterius generis materia auro argenteo iniecta sit: si factum aurum vel argentum legetur, & id quod iniectum est, debetur. vtra autem vtrius materia sit accessio, visu atque vsu rei, consuetudinis^d patris familias estimandum est.

XXX. PAULVS libro singulare de adsignatione
libertorum¹

e scilicet, seu

SI quis ita legauerit, vxori meae mundum, ornamenta, sev qvae eius causa paravi, do lego: placet omnia deberi. sicuti cum ita legatur, iatio vina, qvae in urbe habeo sev in portu, do lego: omnia deberi. hoc enim verbū sev ampliandi legati gratia positum est.

XXXI. LABEO libro secundo Posteriorum Iaboleni
epitomatorum¹

f do lego.

Quilibet maximam, minorem, minimam relinquebat, ita legauerat: lācēm minorem illi^f lego. mediae magnitudinis videri legatam lancem responsum est, si non appareret, quam lance ex his paterfamilias demonstrare voluisse.

XXXII. PAULVS libro secundo ad Vitellium¹

g quippe hæ
hi cymbia non sunt
ornamenta, sed pacu-
lū procerū, ac nesi-
bus familiis.
i parosidibusque.
Quid autem sint ap-
fides, explicat Her-
molaus in colliga-
tione in Pliniū.
k videri

Pediculis argenteis adiuncta sigilla ænea, ceteraque omnia quæ ad eandem similitudinem redigi possunt, argento facto cedunt. Auro facta adnumerantur gemmæ anulis inclusæ, quippe anulorum sunt: cymbia^h argentea crustis aureis illigata. margaritæ, quæ ita ornamētis muliebribus contextæ sunt, vt in his aspectus auri potentior sit, auro facta adnumerantur. aurea emblemata, quæ in lapidibus, apsidibusⁱ argenteis essent, & replum vari possent, deberi Gallus ait. sed Labeo improbat. Tubero autem, quod testator auri numero habuisset, legatum deberik ait. alioquin aurata & inclusa vasa alterius materiae auri numero non habenda. Argento potorio vel escario legato, in his quæ dubium est cuius generis

- generis sint, consuetudinem patris familias spectandam: non etiam in his quæ certum est eius generis[¶] non[¶] esse. Quidam primipilaris vxori sua[¶] argento escarium legauerat, quæsi-
 tuum est, cum paterfamilias in argento suo vasa habuerit, qui-
 bus & potabat & edebat: an legato hæc quoque vasa cõtine-
 3 rentur. Scæuola respondit, contineri. IDem^a cum quære-
 tur de tali legato, HOC AMPLIVS FILIA MEA DVL-
 CISSIMA E MEDIO SVMITO, TIBIQ VE HABETO
 ORNAMENTVM OMNE MEVM MVLIEBRE CVM
 AVRO, ET SI QVA ALIA MVLIEBRIA APPAR-
 RIT^b: cum testatrix negotiatrix fuerit, an non solum argen-
 tum, quod in domo vel intra horreum^c vñibus eius fuit, lega-
 to cedit: sed etiam quod in basilica fuit muliebre: respondit, si
 testatrix habuit proprium argéatum ad vñsum suum paratum,
 nō videri id legatum, quod negotiandi causa venale proponi
 4 soleret: nisi de eo quoque sensisse is qui petat probet. Nera-
 tius Proculum refert ita respondisse vasis electronis legatis,
 nihil interesse quantum ea vasa, de quibus quæritur, argenti
 aut electroni habebant^d: sed vtrum argenteum electron, an electron^d habeant:
 argento cedat. id^e ex aspectu vasorum facilius intellegi pos-
 se. quod si in obscuro sit, inspicendum est^f, in vtro numero ea^f esse,
 vasa is qui testamentum fecit habuerit.
 Enumeratio specierum non restringit genus precedens.
- 5 Labeo testamento suo Neratiae vxori sua nominatim le-
 gavit, VESTEM, MVNDVM MVLIEBREM OMNEM,
 ORNAMENTA QVE MVLIEBRIA OMNIA, LANAM,
 LINVM, PVRPVRAM, VERSICOLORIA, FACTA IN-
 FECTA QVE OMNIA, & cetera. sed non mutat^g substan-
 tiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, quia^h quamvis
 Labeo testamento lanam ac deinde versicoloria scripsit, quasi
 desitⁱ lana tincta lana esse: detracto que verbo VERSICO-
 LORIO, nihilo minus etiam versicoloria debebuntur, si
 6 non appareat aliam defuncti voluntatem fuisse. Titia
 inundum muliebrem Septiciæ legavit. ea putabat sibi lega-
 ta & ornamenta & monilia in quibus gemmæ & margaritæ
 insunt^k, & anulos, & vestem tam coloriam quam versico-
 loriam. quæsitus est, an hæc omnia mundo continentur.
 Scæuola respondit, ex his quæ proponerentur, dum taxat⁺ far-
 7 gumentum Valnecare mundo muliebri contineri. Item cum
 inaures, in quibus duas margaritæ elenchii^l, & smaragdi
 duo, legasset, & postea elenchos eisdem detraxisset: & quæ-
 reretur, an nihilo minus detractis elenchis inaureis deberen-
 tur: respondit, deberi si maneant inaures^m, quamvis mar-
 garitaⁿ eis detracta sint. De alio idem respondit, cum quæ-
 dam ornamentum^o mamillatum ex cylindris triginta quat-

¹ De elenchis &c. typus
panis Plinius libr. 9.
c. 35. De cylindris
idem lib. 37. c. 5. et 8.
in inaureis,
in margarite eis
detracta sint.
o ornamenta ma-
nullarum

a tympanis
margaritis
b & sex

tuor, & tūmpānis^a margaritis triginta quattuor legasset, & postea quattuor ex cylindris, etiam^b sex de margaritis dera-
xisset.

X X X I I . P O M P O N I V s libro quarto ad Quintum
Mucium

^c Vide *Quær. ad l.*
100. si mihi & Titio.
de ver. oblig. inf.

^d *Quintus Mu-
cius. Vt. ope. est illor.*

I Nter vestem virilem & vestimenta virilia nihil interest. sed difficultatem facit mens legantis, si & ipse solitus fuerit utri quadaam veste, quae etiam mulieribus cohauiens est, itaque ante omnina dicendum est, eam legataini esse, de qua senferit testator, non quae re vera aut muliebris aut virilis sit, nam & Quintus [Titius]^d ait, scire se quendam senatorem muliebris cænatoriis uti solitum: qui filegaret muliebrem vestem, non videretur de ea sensisse, qua ipse quasi virili vtebatur.

*Qui legat aurum suum, intelligitur legare quod
potest vindicari.*

X X X I I I . I D E M libro nono ad Quintum Mu-
cium

Scribit Quintus Mucius, si aurum suum omne paterfamilias vxori suæ legasset? id autem, quod aurifaciundi dedisset, aut quod ei debetur, si ab aurifice ei reponsum non esset, mulieri non debetur^e. Pomponius: hoc ex parte verum est, ex parte falsum, nam de eo quod debetur, sine dubio, ut puta si auri libras stipulatus fuerit, hoc aurum quod ei debetur ex stipulatu, non pertinet ad uxorem: cum illius factum adhuc non sit, id enim quod suum esset, non quod in actione haberet, legitur, in aurifice falsum est, si aurum dederit ita ut ex eo auro aliquid sibi faceret, nam tunc licet apud aurificem sit aurum, dominium tamen non mutabit: tamen eius qui dedit: & tantum videtur mercedem præstatutus pro opera aurifice, per quod eo perducimur, ut nihilo minus uxori debeat, quod si aurum dedit aurifaci, ut non tamen ex eo auro fieret sibi aliquid corporisculum, sed ex alio: tunc quatenus dominium transit eius auri ad aurifacem, quippe quasi permutationem fecisse videatur, & hoc aurum non transibit ad uxorem.

An alienatione rei legatum extinguatur.

Item scribit Quintus Mucius, si maritus uxori, cum haberet quinque ponda auri, legasset ita, aurum quodcumque uxoris causa paratum esset, ut heres uxori daret: etiam si libra auri inde venisset, & in aliis tempore amplius quam quattuor librae non deprehendantur, in totis quinque libris heredem esse obligatum. quoniam articulus est & præsentis temporis demonstrationem in se continens. quod ipsum quantum ad ipsam iuris obligationem pertineat, recte dicetur: id est ut ipso iure heres sit obligatus. verum sciendum, si in hoc alienau-

e debet.

f tantum

g conueneret.

alienauerit testator indelibitam, quod deminuere vellet ex legato vxoris suæ: tunc mutata voluntas defuncti locum faciet doli mali exceptioni: vt si perseverauerit mulier in petendis quinq; libris, exceptione doli mali submo Beatur. sed si ex necessitate aliqua cōpulsus testator, non quod vellet deminuere ex legato: tunc mulieri ipso iure quinq; libræ auri debebitur, nec doli mali exceptio nocebit aduersus petentem. quod si ita legasset vxori, A V R V M, Q V O D E I V S C A V S A P A R A T V M E R I T: tunc rectissime scribit Quintus Mucius vthæc scriptura habeat in se & demonstrationē legati, & argumentum: ideoq; ipso iure, alienata libra auri, amplius quattuor pondō non remanebunt in obligatione. nec erit vtendum distinctionI^b, qua ex causa alienauerit testator.

Aestimatio rei legatae soluta.

XXXV. P A V L V S libro quartodecimo Responsorum^b

TITIAE AMICAE MEAE, CVM QVA SINE MENDACIO VIXI, AVRI PONDO QVINQUE DARI VOLO. quæro, an heredes ad præstationem integræ materiæ auri, an ad pretium, & quantum præstandum compellendi sint. Paulus respondit, aut aurum ei, de qua ^c quæritur, ^{c quo} prestari oportere: aut pretium auri, quanti comparari potest. ^{d computari}

Item quæro, si liceat contestata prætor ita pronuntiavit, vt materia præstetur: an tutores audiendi sint ab hac sententia pupillum, aduersus quem pronuntiatum est, apud successorem eius in integrum restituere volentes. Paulus respondit, prætorem, qui auro legato certi ponderis materiam præstari iussit, rectè pronuntiatiæ videri.

XXVI. S C A E V O L A libro tertio Responsorum^b

SEIAE DVLCISSIMAE POCVLVM AVREVVM QVOD ELEGERIT, FIDEI HEREDVM COMMITTO, VT DARENT^c. quæro, cum in hereditate non sint nisi truel- edent, quæro lx^d, scyphi, modioli, phialæ: an Seia de his species eligere f. truelæ, id est præfundiores scyphi, & oblongiores. & nanæ culæ in his. Ale. libro 7. parerg. ea. 3. quem vide, & Alex. libr. 3. 2. nra. die. c. 10.

XXXVII. P A V L V S libro vicensimo primo Responsorum^b

ORNAMENTORUM APPELLATIONE VESTEM MULIEBREM NON CONTINERI, NEC EROREM HEREDIS IUS MUTASSE RESPONDI.

XXVIII. S C A E V O L A libro tertio Responsorum^b

ITIA TESTAMENTO, IDEM CODICILLIS MULTAS SPECIES TAn ARGETI QUAM VESTIS SPECIALITER PER FIDEI COMMISIUM RELIQUE. quæro an non alia species legato cedant, quam quæ in hereditate inuenta essent. respôdit, eas cedere, quæ inuenta essent. de ceteris cauendum, vt si inuenta essent, prætentur.

Interpretatio voluntatis.

SEMPRONIAE PIAE HOC AMPLIUS COPERTORIA TABIANA³ ET TVNICAS TRES CVM PALLIOLIS QVAE ELEGERIT, DARI VOLO. quero an ex vniuersa veste, id est lan ex syntheſi^b tunicas singulas &c palliola Sempronia eligere possit. respondit, si essent tunicæ singulares^d cum palliolis relictæ: ex his dumtaxat eligi posse. quod si non est, heredem vel tunicas & palliola, seT ex syntheſi præstaturum, vel veram æſtimationem earum. Seia testamento ita cavit, SI MIHI PER CONDICIONEM HUMANAM CONTIGERIT, IPSA FACIAM. SIN AVTEM^e, AB HEREDIBVS MEIS FIERI VOLO: IVBEO QVÆ SIGNVM DEI EX LIBRIS CENTVM INILLA SACRA AEDĒ ET IN PATRIA STATVf SVBSCRIPTIONE NOMINIS MEI. quæſitum est, cum in eo templo non nisi aut ærea^g aut argentea tantum sint dona: heredes Seie vtrum ex argento an ex auro signum pone-re compellendi sunt, an æreum. respondit secundum ea quæ proponerentur, argenteum poniendum.

XXXVIIII. IAVOLENVS libro secundo ex Posterioribus Labconis^h

SI vxori mundus muliebris legatus esset, ea tantummodo deberi, Ofilius, Labeo responderunt, quæ ex his tradita vtendi causa vxoriⁱ viro fuissent. aliter enim interpretantibus sumnam foreceptionem, si vascularius, aut faber argentarius uxori ita legasset. Cum ita legatum esset, ARGENTVM, QVOD DOMO^j MEAE ERIT CVM MORIAR: Ofilius nec quod depositum^k à ſe, nec quod commodatum reliquisset, argentum legatum videri, respōdit. idem Cascellius de comodato. Labeo quod depositum esset, ita deberi, si præsentis^l custodiae cauſa, non perpetuæ, veluti^m theſtauto, depositum esset, quia illa verba QVOD DOMONⁿ MEAE ERIT ſic accipi debere, EſſE ſOLEBAT. & hoc probo. Atteius Seruium respondit scribit, cui argentum, quod in Tusculano fundo cum moreretur habuisset, legatum esset, & quod antequam moreretur, ex vrbe in Tusculanum iuſſu teſtatoris translatum effet, deberi. contra fore, si iniuſſu translatum effet.

X L. SCAEVOLA libro septuaginta Digestorum^o

MEdico ſuo contubernali & communium expeditionum comiti inter cetera ita legauerat: ARGENTVM VIA-ORIVM MEVM DARI VOLO. quæſitum est, cum patrifamilias in diuerſis temporibus reipublicæ cauſa afuerat:

a Ita dicit, quod à Tabis Italia initia- te portabantur.

b Synthesis est ordo quidam, & conformis vestium compositione: cum tunica, sagum, chlamys, caligæ, & ius dem coloris sunt: vultus libram vocant.

c Alc. lib. 2. paterg. ca. 21. quem vide.

d an & palliolis

e singulæ

f essent,

g Greci more p̄d̄y d̄.

Aug. lib. 2. cmen. ca. 1.

h aurea

i domi

k depositum effet,

l tantum. custodia

m velut depositum

thesauri effet:

n domi

rat^a: quod viatorum argentum hoc legato comprehensum a abfuerit esse videtur. respondit, quod habuisset argentum viatorum eo tempore cum testamentum faciebat, deberi. Vxori suæ testamento ita legatum est, SEM PRONIAE DOMINAE MEAE HOC AMPLIUS ARGENTVM BALNEARE. quæsitum est, an etiam id argentum, quod diebus festis in balineo^b vti consuebit, legato cedat. respondit, omne legatū b balneo videri.

Legato generis non derogatur per legatum speciei inutile.

Mulier decedens ornamēta legauerat ita, SE IAK AMICAE MEAE ORNAMENTA UNIVERSA DARI VOLO. codem testamento ita scriperat, FVNERARI ME ARBITRIO VIRI MEI VOLO, ET INFERRI MIHI QVAEVVM QVE SEPVLTVRAE MEAE CAVSA FERAM EX ORNAMENTIS, LINEAS DVAS EX MARGARITIS, ET VIRIOLAS EX SMARAGDIS. sed neque heredes neque maritus, cum humi corpus daret, ea ornamēta, quæ corpori iussus^c erat ad Ici^d, dederunt. quæsitum est, vtrum ad eam cui ornamēta vniuersa reliquerat pertineant, an ad heredes. respondit, non ad heredes, sed ad legatariam pertinere.

DE LIBERATIONE LEGATA TIT. III.

Casus in quo res mea mihi legatur.

VLPIANVS libro vicensimo primo ad Sabinum¹
Q MNIBVS debitoribus^e ea quæ debent, recte legantur: licet domini eorum sint. Julianus scripsit, si res pignori data legetur debitori à creditore, valere legatum, habere quæ eum actionem, vt pignus recipiat prius quam pecuniā soluat. sic autem loquitur Julianus, quasi debitum non debat lucrari. sed si aliatestantis voluntas fuit, & ad hoc peruenietur exemplo lutionis.

Dereo & fideiūsfore.

II. POMPONIVS libro sexto ad Sabinum¹
H Eredium damnatum à fideiūsfore non petere, a Vre petere posse. sed à reo petere vetitum, si à fideiūsfore petat: reo ex testamento teneri Celsus putat. idem^f Celsus^g ait, nullam dubitationem habere, quin herede petere à debitore vetito, nec heres heredis petere possit.

Qui dat, vel dari mandat instrumentum, videtur liberationem relinquare.

III. VLPIANVS libro vicenimo tertio ad Sabinum¹
Liberationem debitori posse legari iam certum est. sed etsi chirographum^f quis decedens debitori suo dederit, ex-

e debitoribus etiam

f Hue persinet exemplum contrarie in poster Thebanos. Thefas, quod est apud Quintil. lib. 3. cado Argum.

^{a per fideicommissum} ceptionem ei competeat puto, quasi pro ^a fideicommissio hu-
 b Eadem species reiusmodi datione valitura. Iulianus ^b etiam libro quadrupliciter, quosq; apud gensimo digestorum scripsit, si quis decedens chirographum
 Iulianus lib. 6o. Dig. mortis causa capi-
 ture de mor. can. dicitur. Seij Titio dederit, vt post mortem suam Seio det, aut si con-
 ualuerit, sibi redderet: deinde Titius defuncto donatore Seio
 dederit, & heres eius petat debitum: Seius doli exceptionem
 habet.

Quem habeat effectum legatum liberationis.

Nunc de effectu legati videamus. & si quidem mihi liberatio sit relicta, cum solus sim debitor: siue à me petatur, exceptione uti possim: siue non petatur, possim agere, vt liberer per acceptilationem, sed & si cum alio sim debitor, puta duo rei suimus promittendi, & mihi soli testator consultum voluit: agendo consequar, non ut accepto liberer, ne etiam conreus ^c meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto liberabor. sed quid si socij suimus? videamus ne per acceptilationem debeam liberari ^d. alioquin dum à conreto meo petitur, ego inquietor. & ita Iulianus ^e libro trigensimo secundo digestorum scripsit: si quidem socij non simus, pacto me debere liberari. si socij, per acceptilationem. Consequenter queritur, an & ille socius pro legatario habeatur, cuius nomen in testamento scriptum non est: licet commodum ex testamento ad utrumque pertineat, si socij sunt. & est verum, non soluna eum, cuius nomen in testamento scriptum est, legatarium habendum: verum eum quoque qui non est scriptus, si & eius contemplatione liberatio relicta esset. vtrique autem legatarij habentur & in hoc casu. nam & si quod ^f ego debo Titio, fit ei legatum mei gratia, vt ego liberer: nemo me negabit legatarium, vt & Iulianus eodem libro scribit, & Marcellus notat, vtriusque legatum esse, tam meum quam creditoris mei, & si soluendo fuero. interesse enim creditoris, duos reos habere.

III. POMPONIVS Libro septimo ex Plautio!

^g Coniunge l. 2. de leg. 2.
 3 posit

Quid ergo est, cum agere poteris creditor ex testamento? non aliter heres condemnari debebit, quam si caueatur ei aduersus debitorem defensu iri. item agente debitore, nihil amplius heres praetare debet, quam ut cum aduersus creditori defendat.

V. VLPIANVS Libro vicensimo tertio ad Sabinum!

^h libertate. Melior est Hor. de magis congruit simulo.

Si quis reum habeat & fideiussorem, & reo liberationem ⁱ sleget: Iulianus ibidem scripsit, reum per acceptilationem liberandum. alioquin si fideiussorem cooperit conuenire, alia ratione reus conuenitur. quid tamen si donationis causa fideiussor interuenit, nechabetaaduersus reum regressum? vel quid si ad fideiussore pecunia perquenerit, & ipse reum dederit vice sua,

sua, ipseque fideiussit pacto est reus liberandus, atquin' sole-^a alioquin
mus dicere, pacti exceptionē fideiussori dandā, quæ reo com-
petit. sed cum alia sit mens legantis, alia pacifcentis, nequa-
quam hoc dicimus. Quod si fideiussori sit liberatio legata, si
ne dubio, & ut Julianus scripsit, pacto erit fideiussor liberan-
dus. sed & hic puto interdum acceptilatione liberandum, si
vel reus ipse vere fuit, aut in eam rem socius reus^b. Idem
Julianus eodem libro scripsit, si filius familias debitor fuerit,
& patri eius fuerit liberatio relata: patrem pacto liberandum
esse, ne etiam filius liberetur. & parui, inquit, refert, si sit ali-
iquid in peculio die legati cedente, nec ne securitatem enim
patet per hoc legatum consequitur. maxime, inquit, cum rei
iudicandæ tempus circa peculum spectetur. huic patri simili-
lem facit Julianus maritum, cui uxor post diuortium liberatio-
nem dotis legauit. nam & hunc, licet die legati cedente soluen-
do non sit, legatarium esse: & vtrumque ait solutū repetere non
posse. sed est verius quod Marcellus notat, patre petere posse.
non dum enim erat debitor, cum solueret. maritum non posse,
quod debitum soluit. patrem enim et si quis debitorem existi-
materit, attamen loco esse condicionalis debitoris: quæ solu-
tum repetere posse non ambigitur. sed si damnatus sit heres fi-
lium liberare, non adicit Julianus, vtrum acceptilatione filius,
an pacto sit liberandus. sed videtur hoc sentire, quasi accepti-
latione debeat liberari. quæ res patri quoque proderit. quod
optimendū est, nisi euidenter approbetur, contrarium sensisse
testatorum. id est ne filius inquietetur, non ne pater. tunc enim
acceptilatione cum non liberandum, sed pacto.

*Si liberatio relinquitur ei, qui duobus iuribus tenetur, ab utroque
liberandus est in dubio, nisi alter sit actum:*

Idem Julianus scripsit, si pro filio pater fideiussit, eiique
liberatio sit legata: eum pacto liberandum, quasi fideiussore, non
quasi patrem. & ideo de peculio posse conueniri. hoc ita
deum putat, si diu taxat quasi fideiussorem cum voluit te-
stator liberari. ceterum si & quasi patrem: & de peculio erit
liberandus.

V. I A V O L E N V S Libro sexto Epistularum¹

POst emancipationem vero filij eatenus pater actionem ha-
bebit, quatenus aliquid ex peculio, aut in rem verso præ-
staturus est. id enim legatorum nomine ad patrem pertine-
bit, quod eius intererit. Illud quæri potest, an eo quoque
nomine pater ex testamento agere possit. vt etiam filius^d &^e
actione liberetur. quibusdam eousque extendi actionem pla-
cebat. quia patris interesse videatur, si peculum filio post em-
ancipationem concessisset, integrum ius eius permanere.
ego contra sentio: nihil quicquam amplius patri præstan-
dum

* putans, dum ex eiusmodi scriptura testamenti puto², quām ut nihil
ex eo, quod præstaturus heredit fuerit, præstet.

VII. VLPIANVS¹ libro vicesimotertio ad Sa-
binum¹

Non solum autem quod debetur, remitti potest: verum etiam
pars eius, vel pars obligationis: ut est apud Iulianum tra-
ctatum libro^b trigesimotertio digestorum.

Alternatio.

Si is, qui^c stipulatus Stichum aut decem, dampnauerit he-
redem Stichum non petere: legatum valere constat. sed quid
contineat videamus. & Iulianus scribit actionem ex testa-
mento in hoc esse videri, ut debitor accepto liberetur. quae res
utique debitorem & in decem liberavit: quia acceptilatio so-
lutioni comparatur. & quemadmodum si Stichum soluif-
set debitor, liberaretur: ita & acceptilatione Stichi liberari.
Sed si debitorem decem damnatus sit heres viginti liberare:
idem Iulianus scripsit^d libro trigesimotertio^e, nihilo minus
esse liberandum decem. nam & si ei viginti accepto ferantur,
in decem liberabitur. sed si duobus heredibus institutis, alte-
rum ex his damnauerit creditori soluere, valet legatum pro-
pter coheredem: eumque ex testamento acturum, ut creditor i
soluatur.

Exactione debitoris legatum liberationis evanescit.

Liberatio autem debitori legata^f ita^g deum effectum ha-
bet, si non fuerit exactum id à debitore dum viuat testator.
ceterum si exactum est, evanescit legatum. vnde querit Iulia-
nus, si ab imponeris substituto sit liberatio relicta, deinde im-
pubes exegerit quod debetur: an evanescat legatum. & cum
constet pupillum in his quae à substituto relinquuntur, per-
sonam sustinere eius à quo sub condicione legatur: consequēs
est, substitutum actione ex testamento teneri, si pupillus à de-
bitore exegerit. idemque est & si pupillus nō exegerit, sed so-
dū reterenim^h eum solummodo litem sit contestatus: teneriⁱ eum ut remittat a-
ctionem, nam & si debitori liberatio sub condicione lega-
ta fuisset, & vel lis fuisset contestata, vel etiam exactum pen-
dente condicione: ex testamento actio maneret, liberatione
relicta.

VIII. POMPONIV^j libro sexto ad Sabinum¹

Non solum nostrum debitorem, sed &^k heredis & cuius-
libet alterius, ut liberetur, legare possumus. Potest heres
damnari, ut^l ad certum tempus non petat à debitore^m, sed si-
ne dubio nec liberare eum intra id tempus debebitⁿ. & si de-
bitor decesserit, ab herede eius intra id tempus peti non po-
terit. Illud videndum est, an eius temporis, intra quod petere
heres vetitus sit, vel usuras vel poenas petere possit. & Priscus,

Nera -

^b lib. 32.

^c quiet.

^d reterenim eum

^e etiam

^f vt &
^g debitor suo.
^h cogitur.
ⁱ sed celi

Neratius existimabat, committere eum aduersus testamentū, si petisset. quod verum est.

Legatum personale.

- 3 Tale legatum HERES MEVS A SOLO LVCIO TITIO NE PETITO, ad heredem Lucij Titij non transit, si nihil viuo Lucio Titio aduersus testamentum ab herede, eo quod ab eo exigere debitum temptauit^a, sit cōmissum. quotiens enim cohāret personae id quod legatur, veluti personalis seruitus, ad heredē eius^b non transit. ^{a testantur.} Si non cohāret, trans b id quod Legatur non transit.
- 4 sit. Si verba liberationis in rem sint collata, pro eo est, quasi heres ab eo debitore, heredēque eius petere vetitus fit. vt adie-
cōtio heredis perinde nihil valeat, atque non esset valitura,
- 5 ipsius debitoris persona non comprehensa. Is qui reddere rationes iussus fit, non videtur satisfacere si reliquum reddat,
- 6 non editis^c rationibus. Si heres vetitus fit agere cum eo qui negotia defuncti gesserit, non videtur obligatio ei prælega-
ta, quæ dolo, vel ex^d fraude eius qui negotia gesserit, com-
missa fit: ^d & testator id videtur sensisse. ^e ideo si heres nego-
tiorum gestorum legisset, agens procurator ex testamento in-
- 7 certi doli mali exceptione excludi potest. Et ei liberatio re-
ctelegatur, apud quem deposuero, vel cui commodauero,
pignoriue dedero, vel ei quem ex furtiuca causa mihi^f dare
oportet.

VIII. VLPIANVS libro vicesimoquarto ad
Sabinum^g

Si quis rationes exigere vetetur, vt est sēpissime rescriptū, non impeditur reliquas exigere, quas^g quis se reliquauit, & si quid dolo fecit qui rationes gessit. quod si quis & hæc velit remittere, ita debet legare: DAMNAS ESTO HERES MEVS QVID QVID AB EO EXEGERIT ILLA VEL ILLA ACTIONE^h, ID EI RESTITVERE, VEL AC-^h ratione, TIONEM FI REMITTRE.

X. IVLIANVS libro trigensimotertio Dige-
storumⁱ

Si damnatus heres fuerit à fideiussore quidem non petere: quod autē reus debet, Titio dare: pacisci debet ne à fideiussore petat: & aduersus reum actiones suas præstare legatario. quemadmodum damnatus heres ne à reo petat, & damnatus dare quod fideiussor debet: & reo acceptum facere, & legata-
rio litis aestimationem sufferre cogatur.

XI. ID E M^o libro trigensimosexto Digestorum^k

Si debitor fideiussorem suum ab herede suo liberari jussit, an fideiussor liberari debeat? respondit debere. Itē quæsum est, an quia mandati actione heredes tenerentur, inuti-
le legatum est^l, quod debitor creditori suo legat. respondit, i esse quo-

quotiens debitor creditori suo legaret, ita inutile esse legatum, si nihil interesset creditoris, ex testamento potius agere quam ex pristina obligatione. nam & si Titius mandauerit Maeuio, ut pecuniam promitteret, deinde liberari eum iusserit a stipulatore: manifestum est, quantum interstit promissoris liberari potius, quam praestare ex stipulatu, deinde mandati agere.

*Liberatio ab onere reddendarum rationum ad reliqua
non ponitur, nisi exprimatur.*

xii. IDEM libro trigesimo nono Digestorum[¶]

LVCIUS Titius cum Erotem auctorem haberet, codicillis ita cauit: EROTEM LIBERVM ESSE VOLO, QVEM RATIONES REDDERE VOLO EIUS TEMPORIS, QVOD ERIT POST NOVISSIMAM MEAM SUBSCRIPTIONEM. Postea viuus Erotem manumisit, ^a in eodem actu habuit rationesque subscriptas usque in eum die qui fuit ante paucissimos dies quam moreretur. heredes Lucij Titij dicunt quasdam summas & seruum adhuc Erotem & postea liberum ^b accepisse: neque in eas rationes, quae a Lucio Titio subscriptae sunt, intulisse. quero, an heredes ab Erote nihile exigere debent eius temporis, quo Lucius Titius subscriptis respondi, Erotem ex ea causa, quae proponeretur, liberationem petere non posse: nisi & hoc specialiter ei remissum est.

xiii. IDEM libro octagesimo primo Digestorum[¶]

SI creditor debitori, qui se exceptione perpetua tueri poterat, legauerit quod sibi deberet: nullius momenti legatum erit: at si idem debitor creditori legauerit, intelligendum erit exceptionem eum remitti ^d creditori voluisse.

xiv. YLPIANVS libro primo Fideicommissorum[¶]

Idem est, & si in diem debitor fuit ^e, vel sub condicione.

xv. IDEM libro sexagesimo quarto ad Edictum[¶]

SI ^f quis in testamento damnatus est, ne a Titio debitore exigat: neque ipsum neque heredem eius potest conuenire. nam neque heredis heres agere, neque ab heredis herede potest peti. Heredis autem heres potest damnari, ne exigit debitorem.

Liberatio legata conductori.

xvi. PAULVS libro nono ad Plautium[¶]

EI ^g, cui ^h fundum in quinquennium locaueram, legauis quidquid eum mihi dare facere oportet, oportet Virtue, ut finaret heres sibi habere. Nerua, ⁱ Atilicius, si heres pro libe-

• & 50

b libertus

quoad

d remittere

fuerit,

Ex his de reb.
autho. iud. i. f. 1.

g Sic, cui
h Ceteris eis l. f. 2
i alieno de verb. oblig.

i & Atilicius,

hiberet eum frui, ex conducto: si iure locationis quid retinet, ex testamento fore obligatum aiunt: quia nihil interefset, peteretur^a, an retineretur: totam enim locationem legatam ^{a petere} videri.

XVII. IAVOLENVS libro secundo Labeonis
Posteriorum||

REliqua quoque in iudicio locationis venire.

XVIII. PAVLVS libro nono ad Plau-
tium||

CA'sius: etiam si habitatio eo modo legata esset, gratuitam habitationem heres prestare deberet. & præterea placuit, agere possè colonum cum herede ex testamento, ut liberetur conductione, quod rectissimè dicitur.

XVIII. MODESTINV'S libro nono Regu-
larum||

CVinitate testemur, HERES MÈVS DAMNAE ESTO LIBERARE ILLVM, QUOD DEBITUS IS NEGOTIA MEA ^b quia negotia mea gessit: ET SI QVID EVM MIHI DARE FACE- RE OPORET, AB EO NON EXIGERE, damnatur^c e damnatus heres: nec creditas ab eo quoque pecunias exiget. in simili autē legato vix est ut de eo quoque legando paterfamilias senserit, quod seruise eius peculij nominedebetur.

Legatum liberationis personale.

XX. IDEM libro decimo Responsorum||

AVRÉLIO SEMPRONIO FRATRI MEO. NEMI-
NEM MOLESTARI VOLO^d NOMINE DEBITI, ^d nolo
NEQUE EXIGERE ALIQUID AB EO QVAM DIV-
VIVERET NEQUE DE SORTE AVTC VSVRA NO-^e nequa-
MINE DEBITI: ET ABSOLVO^f EIH ET LIBERO
XX. PIGNORIBVS EIVS DOMYM ET POSSES-
SIONEM CAPER LATAM^f. Modestinus respōdit, ipsum
debitorem, si conueniatur, exceptione tutum esse. diuersum in
persona heredis eius.

Liberatio generalis restricta interpretatione.

Gaius Seius cum adoleuisset, accepit curatores Publium Mævium & Lucium Sempronium. sed enim idem Gaius Seius intra legitimam ætatem constitutus cum in fatum^f con+ concederet, testamento suo de curatoribus suis ita cœuit: QVAE-
STIONEM CVRATORIBVS MEIS NEMO FACIAT.
REM ENIM IPSE TRACTAVI. quaro, an ratione cura-
heredes adulti à curatoribus petere possint: cum defunctus, ut ex verbis testamenti apparet, confessus sit, se omnem rem suam administrasse. Modestinus respondit, si quid dolo cura-
tores fecerunt; aut si quæ res testatoris penes eos sunt: eo no-
mine conueniri eos posse.

f Caprelatum.
Alcibi. corp. ic cum
peolatus, li. 6. pa-
terg. c. 2. Angust. tæ-
men hanc emenda-
tionem improbat lig.
emen. c. 7. cui assen-
tier.

a Neratius

*Legatum liberationis quomodo extinguitur.***xxi. T E R E N T I V S**^a Clemens libro duodecimo
ad Legem Iuliam & Papiam^b

b placet,

c peruenierit,

SI id quod mihi (deberes, vel tibi vel alij legauero, idque mihi) solueris, vel qualibet alia ratione liberatus à me fueris: exstinguitur legatum. vnde Iuliano placuit^b; et si debitor heres existiterit creditor, posteaque ipse creditor decesserit: legatum extingui. & hoc verum est. quia confusione perinde exstinguitur obligatio, ac solutione. sed si sub condicione dato legato heres praeoccupauerit, & exegerit debitum; aliud dici oportet. quia in arbitrio heredis esse non debet; vt quandoque condicione existente neque ipsi legatario debeat legatum, si tum viuat, & capere possit, neque ei ad quem hoc commodum peruenit^c, si legatarius capere non possit.

xxii. P A P I N I A N V S^d libro nonodecimo
Quæstionum^e

QUOD MIHI SEMPRONIVS DEBET, PETI NOLO. non tantum exceptionem habere debitorem: sed & fideicommissum vt liberetur petere posse, responsum est.

xiii. i d e m^f libro septimo responsorum^g
Procurator, à quo rationem heres exigere prohibitus, eo quen nomine procuratorem liberare damnatus est, pecuniam ab argentario debitam ex contractu, quem vt procurator fecit, iure mandati cogetur restituere, vel actiones praestare.

*Interpretatio voluntatis.***xxiv. i d e m**^h libro octavo Responsorumⁱd rogatus
e cogitatum est

f ignorauerit,

CVm heres rogatur^d debitorem suum liberare, de eo tantum cogitatum^e videtur, quod in obligatione manserit. itaque si quid ante tabulas apertas fuerit solutum, ad causam fideicommissi non pertinebit. quod autem post tabulas apertas ante aditam hereditatem ab eo, qui voluntatem defuncti non ignorauit^f, fuerit exactum, dolo proximum erit: ideoque repeti potest.

*Debitum quomodo utiliter legetur.***xxv. P A V L V S**^j libro decimo Quæstionum^k

Legavi Titio quod mihi debetur, vel adiecta certa quantitate huc specie, vel non adiecta. aut ex contrario, æque cū distinctione. veluti **T I T I O Q U O D E I D E B E O**. vel ita, **T I T I O C R E N T V M Q V A E E I D E B E O**. quæro, an per omnia requirendum putes, an debitum sit. & plenius rogo, quæ ad hæc spectat attingas. cottidiana enim sunt. respondi, si is cui Titius debebat, debitum ei remittere voluit: nihil inter-

interest, heredem suum iussit^a, ut eum liberaret, an prohibeat ^a iussit,
eum exigere. vtroque enim modo liberandus est debitor, &
vtroque casu competit vltro ad liberandum debitori actio.
quod si etiam centum aureorum, vel fundi debiti mentionem
fecit^b: si quidem debitor fuisse probetur, liberandus est. quod
si nihil debeat, poterit^c dici, quasi falsa demonstratione adie-
^b fecisset. ^c potest
cta, etiam peti quod comprehensum est posse. sed poterit hoc
dici, si ita legavit, C E N T V M A V R E O S Q V O S M I H I
D E B E T : V E L S T I C H V M Q V E M D E B E T , H E R E S
M E V S D A M N A S E S T O N O N P E T E R E . quod si sic
dixit, H E R E S M E V S C E N T V M A V R E O S , Q V O S
M I H I T I T I V S ^d D R E B E T , D A M N A S E S T O E I D A R E :
etiam illud temptari^d poterit, vt petere possit, quasi falsa de-
monstratione adiecta, quod mihi nequaquam placet: cum
dandi verbum^e ad debitum referre se testator existimatuerit. ^d interpretari
^e verba
Contra autem, si debitor creditori leget, nullam utilitate in vi-
deo, si sine quantitate leget, sed & si id demonstraret, quod de-
bere se confitetur: nulla utilitas est, nisi in his speciebus, in qui-
bus emolumenium debiti ampliatur. quod si centum aureos,
quos se debere dixit, legavit: si quidem debet, inutile est lega-
tum. quod si non fuit debitor, placuit utile esse legatum. cer-
ta enim nummorum quantitas similis est Sticho legato cum
demonstratione falsa: idque & Diuus Pius rescripsit, certa
pecunia doris acceptae nomine legata.

A legatario potest relinquere liberatio heredibus: qui agnito legato
repellitur exceptione: nisi beneficio etatis iuuetur.

XXVI. SCAEVO LA libro quarto Responsorum

Tutor decebens aliis heredibus scriptis, pupillo suo, cuius
tutelam gessit, tertiam partem bohorū dari voluit, si he-
redibus suis tutelæ causa cōtrouersiam non fecerit, sed eo no-
mine omnes liberauerit. pupillus legatū^b prætulit, & postea
nihilominus petit quidquid ex distractione aliave causa ad
tutorem suū ex tutela percuenerit. querob, an verbis testamen-
ti ab his exactiōibus excludatur. respondit, si prius quam
condicioni pareret, fideicomissum percepisset, & pergeret
petere id in quo contra condicionem faceret, dolimali excep-
tionem obstat: nisi paratus esset, quod ex causa fidei-
comissi percepisset reddere. quod ei etatis beneficio indul-
gendum est.

XXVII. TRYPHONINVS libro octavo Dispu- tationum

Videamusⁱ, si ei, cum quo de peculio actio erit: liberatio te-
stamento legata sit: an si die, quo legata cedere solent,
nihil in peculio sit: legatarij loco habetur^k. atquin nondum
debitor fuit, nec procedit, vt emolumētum aliquid ex legato.

Pars v.

5 b b

ⁱ Coniunge l. 57. de-
pecu l. 45. de iu. lega-
tum, al. legatum sibi
prætulit.

^k aliquod

ad eum perueniat, nisi propterspem futuri peculij, numquid ergo in pendentis sit, an legatarius fuerit: perinde atque si qua alia causa spem legati dubiam ficeret^a.

Interpretatio voluntatis.

XXVIII. SCAEVO LA libro sextodecimo Digestorum^b

AVRELIO Symphorus^b fideiussferat prō tutore quodam, & decedens eisdem^c pupillis legauit in hæc verba: AREL-LIO^d LATINO ET ARELLIO^e FELICI SINGVLIS QVIN^f, CVM QVIS EORVM QVATTUOR DECIM ANNORVM EVERIT: AD QVOD TEMPVS PRAESTARI EIS VOLO, SINGVLIS ALIMENTORVM NOMINE MENSTRVOS DENARIOS SENOS, ET VESTIARII NOMINE ANNOS DENARIOS VIGINTI QVINQUE. QVO LEGATO CONTENTI ESSE DEBETIS, QVANDO^f TVTELAE VESTRA NON MINIMO DAMNO RATIONEM MEAM ADFLIXERIT. A VOBIS AVTEM HEREDES MEI PETTO, NE QVID EX RATIONE TVTELAE AB HIS EXIGERE, VEL ABS HOC LEGATO EORVM RETINERE VELITIS. quæstum est, si heres eius ex causa fideiussionis aliquid præstiterit: an^h herede filiorum eius, pro quo fideiussferat, repetere possit. respondit, verbis quæ proponerentur, id solum videri heredum fidei commissum, ne exigerent quod ex ratione tutelæ, quam ipse Symphorusⁱ administrauerat, ab Arellis^k sibi deberetur. Testamento facto debitoribus liberationem reliquerat, post inciso lino & recognito testamento, aliud testamentum fecit, in quo repetit legatum his verbis: QVI SVQS QVE^l LEGATA IN EO TESTAMENTO, QVOD INCIDERAM, DEDI: OMNIA RATA ESSE, ET QVAE QVAE^m SCRIPTA SVNT, VLO. quæstum est, adita ex sequente testamento hereditate, an debitores, quibus priori testamento liberatio relata erat, consequi possint, vt etiam eius quantitatis nomine, quam post prius testamentum debere cooperant, liberarentur. & si ab his heredes petere coeparent, an doli mali exceptione suimmouerenturⁿ. respondit, non liberari. Titius Seio debitori suo ita legauit, DО LEGO SEIO DENARIOS DECIM. ITEM DONO ILLI QVID QVID SORTIS ET VSVRARVM NOMINE MIHI DE BEBAT. præterea generaliter damnauit heredes, fideique eorum commisit, ut darent, restituerent^o vnicuique quidquid ei legasset. postea Seius aliam præterea pecuniam à Titio mutuatus est, quaro, an hæc quoque pecunia,

a faceret, quod
magis est.

b Symphorus
c eiusdem
d Aurelio al.
Rellio
e Aurelio al.
Rellio

f quoniam

g ob hoc legatum

h sasb

i Symphorus
k ab Aurelio al.
ab Rellio

l quibuscumque

m quacunque

a summanouerantur

o restituuerentque

nia, quæ post testamentum factum data esset^a Seio, legata^a est intellegitur. respondit, cum in præteritum tempus verba collata proponerentur: non esse posterius credendum^b legatum.^b creditum

- 3** Titius testamento factō, & filiis heredibus institutis, de patre tutore suo quondam factō ita locutus est: *S E I V M P A T R E M M E V M L I B E R A T V M E S S E V O L O A B A C T I O N E T V T E L A E .* quæro, hæc Berba quatenus accipi debent. id est, an pecunias, quas vel ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in suos viſus conuertit, vel nomine suo fñnerauit: filiis & heredibus testatoris nepotibus suis debeat reddere. respondit, eum cuius notio est æstimaturum. præsumptio enim propter naturalem affectum^c facit, omnia patri videri concessa: nisi aliud sensisse testatorem ab heredibus eius a Probetur^d. Meuia testamento suo alterum ex heredibus^e suis actione tutela voluit liberari his verbis. *R A T I O N E M T V T E L A E , Q V A M E G I T T I V L I A N V S P A V L V S C V M A N T I Y T I O C I - C E R O N E , P O S C I A B E O N O L O : E Q Q V E N O M I N E C A V S A O M N I L I B E R A T V M E S S E V O L O .* quæro, an si qua pecunia ex tutela apud eum remansit: peti ab eo possit. respondit, nihil proponi, cur pecunia quæ pupilla est^f, & apud tutorem posita maneret, legata videretur. ^f sicut, & esset, **5** Testamento ita scriperat, *T I T I O A D F I N I M E Q Q V I D Q V I D M I H I Q V A C V M Q V E I X . C A V S A D E B E B A T , R E M I T T I V O L O . E Q Q V E A M P L I V S D E C È M D O . c o d i c i l l i s i t a s c r i p s i t^g , T I T I Q U H Q C A M - g scriperat, PLI V S A D F I N I ^h , E T D E B I T O R I M E Q V S V R A M . P E C V N D A E , Q V A M U M I H I D E B E B A T ⁱ , A B i d e b e t, M E R E D E M E O D O N E C A D V I V E T ^k . Q V O D S I k v i u t , e x i g i v e t o . E X I G E R E V L T R A ^l . V O L Y N E A T E M M E A M P V - ^{Q u a d .} 1 c o n t r a T A V E R I T , E I V S S O R T I S V S V R A M L E I D E M T I T I O I A B H E R E D I B U S . M E I S D O N E C V I V I T P R A E S T A R I V O L O . quæstum est, cum augendi potius, quād minuendi testator voluntatem habuerit: an heredes, ex causa fideicommissi Titio teneantur, ut eum omni debito liberent. respondit, secundum ea quæ proponerentur, videri minutum legatum, quod primo dederat. Legatum est testamento hoc modo, *S E P Q C O N C E D I V O L O Q V I D Q V I D M I H I A B E O D E B I T V M E S T A V E L F I D E M M E A M P R Q E O O B L I G A V I .* quæro, vtrum id solum, quod testamenti facti tempore debebatur, legatum sit: an etiam si quid ex ea summa usurarum nomine postea accessit, legato cedar. respondit, videri omnem obligationem eius debiti per fideicommissum solui voluisse. Sticho testamento manumisso fundum instrutum & alia legauit.*

^c Ad hanc sententiam pertinent: me morabilis exēpta, que refert Vale. Maxili.

^d cap. 4. d' approbaretur.

^e tutoribus ^f Iulius

a & denuo

&^a hæc verba adiecit: QVEM RATIONEM REDDERE VETO, QVIA, INSTRUMENTA PENES SE HABET. quæsitum est, an Stichus reliqua, quæ ex administratione actus debuerat, reddere debuerit. respondi Stichum eo nomine non teneri. Claudio: nemo enim ex seruitutis actu post libertatem tenetur. & consultatio ad ius debiti relata fuerat^b. retineri ergo reliqua possunt cum peculio, aut ex eo deduci, si legatum est: CENTVM, QVAE APVD APRONIANVM DEPOSITA HABEO, APVD IPSVM ESSE VOLO DONEC FILIVS MEVS AD ANNOS VIGINTI PERVENERIT: EIVS QVR PECVNIAE VSVRAM EXICI VETO. quæsitum est, an ex causa fideicommissi Apronianus consequi possit, ne ante tempus à testatore prescriptū easuma ab eo exigatur. respondit, secundum ea quæ proponerentur, consequi posse. Filias heredes scripsérat, quarum fidei commisit in hæc verba: NE A GAO SEIO RATIONES ACTVS REI MEAE, QVAE PER MENSAM XIVIS^c SIVE EXTRA MENSAM IN DIEM MOR-
TIS MEAE GESTA EST, EXIGATIS. EO QVE NOMINE EVM LIBERETIS. quæsitum est, cum uniuersas rationes in diem mortis iste administrauerit &^d per mensam suam &^e quæ extra administrabantur: an ad rationes reddendas heredibus teneatur. respondit, liberatio nein quidem secundum ea quæ proponerentur, legatam esse. sed quatenus præstanta sit, ex qualitate disceptationis iudicem astimaturum. Eum qui tutelam ipsius adminis-
trauerat, &^f fratrem suum; & alios quodam scripsit heredes: & tutori legauit quæ impenderat in se & fratrem ipsius, decem. quæsitum est, an utile esset in persona eius fideicommissum. respondit, si id dederit &^g per fideicommissum; quod elebatur: peti non posse. idem quæsit, si in tutoris persona inutile esset: an in persona fratri utile vide-
retur^h: quoniam illi proficeret, cuius & ipsius tutelam adminis-
trasset. respondit, fratri utile esse legatum: cum suo de-
bito liberetur. Idem quæsit, si tutor amplecteretur fidei-
commissum ita, ut quibusdam starí velletⁱ verbis testamenti, in quibusdam autem recedat, quod minorem quantitatē sumptuum dicat fideicommissō contineri, quam ipse eroga-
uerat: an audiri deberet. respōdit, non impediri eum scriptura testamenti, quo minus omne, quod sibi deberi probasset, petere posset. Quidam ita legauit, SEMPRONIAE VXO-
RI MEAE REDDI IVBEO AB HEREDIBVS MEIS
QVINQAGINTA EA QVAE MVTVA ACCEPE-
RAM CHIROGRAPHO PARTICVLATIM IN NE-
GOTIA MEA. quæsitum est, an si vereyxoris debitor fuerit,
fideicom-

b fuit.

c quod sibi legatum est.

d & quæ per

e extra inellit: an

f scripsérat

g dedit

h videatur:

i in quibusdam

k velit

l à quibusdam

fideicommissum constiterit respondit, si debita^a fuisset: nullū a debitor
esse fideicommissum. Idem quæsiit an si hanc pecuniam vt
debitam apud iudicem petierit, & victa fuerit: an fideicom-
missum peti possit. respondit, secundum ea quæ proponun-
tur^b, posse ex causa fideicommissi peti, quod apparuit^c non b proponerentur,
fuisse ex alia causa debitum. c paruerit

X X V I I I . P A U L V s libro sexto ad Legem Iuliam
& Papiam^d

Siis, qui duos reos promittēdi habet, damnauerit heredem
vt vrosque liberet: si alter ex his capere non possit, nec so-
cij sint: delegari debebit is qui nihil capit. ei cui hoc commodū
lege competit. cuius petitione^d vtrumque accidit^e: vt & hoc d petitioni
commodum ad eum perueniat, & is qui capit, liberetur. quod^e accedit:
si socij sint, propter eum qui capax est, & ille capit per conse-
quentias, liberato illo per acceptilationem. id enim eueniret
etiam^f si solum capacem liberare iussus esset. f & si socium ca-
pacem

X X X . I D E M libro decimo Quæstionum^g

PEtitor vel possessor damnauit heredem suum, ne centum-
uirale iudicium exerceat. de effectu legati queritur. & di-
ctum, ita demum utile videri legatum esse, si malam causam
aduersarius testatoris habuit^g, vt litigāte herede vinci debue- g habuerit,
rit. tunc enim non tantum litis emolumentum, sed etiā sum-
ptus heres legatario præstare cogitur. nam in bona causa ni-
hil videtur esse in legato nec^h propter sumptus: quod quidam h sed nec
existimauerunt.

Interpretatio voluntatis.

X X X I . S C A E V O L A libro tertio Responsorumⁱ

Creditor debitori legauit ita: G A I O S E I O Q V I D-
Q V I D M I H I S V B P I G N O R E H O R T O R V M
S V O R V M D E B V I T, A B H E R E D I B V S M E I S D A R I
V O L O. quæro, cum testator viuus à Scio aliquid recepit, an
id ex causa legati peti possit. respondit, secundum ea quæ pro-
ponerentur, non posse. Idem repetit, & ait^j item^k testa-
torem ante factos codicillos, quibus legauit, pæne omnem
pecuniam sortis & visuarum recepisse, ita vt modicum sortis
& visuarum debeatur. & quæsiit, an ei^l petitio competeteret + repetitio
propter verba ad præteritum relata Q V I D Q V I D M I H I
D E B V I T. respondit, prius quidem secundum ea quæ pro-
ponerentur, recte responsum estⁱ. verūm posterius propter i esse.
ea, quæ in tempore adderentur, ita ab iudice æstimandum, vt
inspiceret obliuione^k pecuniae solutæ, aut^l quid eo inscio nu-
merata esset, id fecisset: an consulto, quid quantitatem quon-
dam debitam, non ius liberationis dare voluisset. Inter ce-
tera liberto ita legauit, ET S I Q V I D M E V I V O G E-
S I T, R A T I O N E S A B E O E X I G I V E T O. queritur, an
5 bb iij chartas

^k oblinione in Re-
Hier est Flor.
^l au

chartas in quibus rationes conscriptæ sunt, item reliquias secundum accepta & expensa heredibus reddere debeat. respondit, ea de quibus quæreretur, posse heredem vindicare. id autem quod contuleris, qui remanent in hereditate, crediderit^a, & in rem domini versum esset, defuisse in reliquis esse.
 a creditisset.
 Titia quæ duos tutores habuerat, ita cauit: RATIONEM TUTELÆ MÆAE, QVAM EGIT PUBLIVS MAEVIVS CVM LVCIO TITIO, REPOSCI AB EO NOLO. quæritur, an si qua pecunia apud eum ex tutela remansit, peti ab eo possit. respondit, nihil proponi, cur non pecunia quæ pupillæ^b esset, & apud tutorem remaneret, legata videretur. Item quæritur, an contutor liberatus videretur. respondit, contutorem non liberari.
 b pueræ
 c autem
 GAIUS SEIUS OPTIME MERITO "HOC AMPLIVS LEGO, CONCEDIQUE VOLEO, NEQUE AB EO PETI NEQUE AB HEREDIBVS EIVS QVIDQVID MIHI AVT^c CHIROGRAPHIS AVT RATIONIBVS DEBITOR EST, VEL QVIDQVID A ME MVTVM ACCEPIT, VEL FIDEM MEAM PRO EO OBLIGAVI. quero, utrum id solum, quod eo tempore quo testamentum fiebat debebatur, legatum sit: an & si quid ex ea summa usurarum nomine postea accessit, legato cedat. respondit, secundum ea que proponerentur, videri omnem obligationem Scio eius debiti per fideicommissum solui voluisse. Item quæritur, si postea nouatione facta, & ampliata summa, cooperit debere: an id, quod ex vetere contractu debebatur^d, nihilo minus in causa legati duret. & an vero nouatione facta quasi nouus debitor ampliatae summae possit conueniri. respondit, id dumtaxat legatum videri, quod tunc debuisset. si tamen mansit in ea voluntate testator, quæ tunc fuisset.
 d debeatur.
 e quatunc fuit.

DE ADIMENDIS VEL TRANSFERENDIS

f & fideicommissis.

LEGATIS VEL^f FIDEICOM-

MISSIS TIT. IIII.

PAVLVS libro tertio ad Sabinum^g

VI ACTV legato iter adimatis, nihil adimit: quia numquam actus sine itinere esse potest.

II. POMPONIVS libro quinto ad

Sabinum^h

FVNDVM ILLI PRAETER VSVM FRUCTVM NEQUE DО NEQUE LEGO, vt virusfructus in legato relinquatur. sed & fructus adimi potest, vt proprietas relinquatur. Item pars fundi legati adimi potest.

III. VLPIANVS libro vicefimo quarto ad
Sabinum¹

Si quis ita legauerit, TITIO FVN DVM DO LEGO. SI TITIVS DECESSERIT, SEIO HERES MEVS DARE DAMNAS ESTO: recte trāslatum legatum videtur. sed et si iam mortuo eo cui legatum erat, easdē res transtulerit, Sempronio debetur.

Interpretatio voluntatis contra subtilitatem verborum.

- 1 Si quis Titio legauerit sic, TITIO DATO, AVT SI TI
TIVS ANTE DECESSERIT QVAM ACCIPIAT,
SEMPRONIO DATO: secundum meram suptilitatem v-
trique obligatum videri heredem, id est² & Sempronio & he-
redi Titij. sed si quidem mora Titio ab herede facta est, ad he-
redes eius legati exactio transmittitur, Sempronio repellēdo.
sin autem nulla mora intercesserit³, tūc Sempronius legatum
accipit, & non Titij heredes. sed⁴ si ante diem legati cedentem
decesserit Titius, soli Sempronio debetur legatum. Idem di-
cendum est & fideicomissa hereditate puerō data, aut si an-
te restitutam decessisset, matri eius relata: vt si puer ante diem
legati cedentem decessisset, matri debeatur⁵. si postea, ad pu-
pilli heredes fideicomissum transmittitur, ut pote re ipsa
mora subsecuta. sed & cū quis ita legasset, HERES MEVS
TITIO DATO: SI NON DEDERIT, SEMPRONIO
DATO: ita deīnum Sempronio debetur, si dies eius in perso-
na⁶ Titij non cessisset.

^a intercessit,^b sed & si^c daretur.^d in personam

Cautio exacta à legato.

- 2 Si quis ita legauerit, HERES MEVS TITIO FVN-
DVM DATO, ET SI TITIVS EVM FVN DVM ALIE-
NAVERIT, HERES MEVS EVNDEM FVN DVM
SEIO DATO: operatus est heres. non enim à Titio fideicom-
missum relictum est, si alienasset fundūm, sed ab herede eius
legatum est. heres igitur debebit dolī exceptione posita^f, pro-
3 spicere sibi cautione à Titio de fundo non alienādo. Si quis
plus quam dedit, ademerit: ademptio valet. veluti si quis vi-
4 ginti legauerit, & quadraginta ademerit. Si loci vsumfru-
ctum leget testator, & iter adimat: nō valet ademptio. nec vi-
tiatur legatum. sicuti qui proprietatem fundi legat, iter adi-
mendo legatum non minuit.

Ademptio inutilis ob incertitudinem.

- 5 Si^h duobus Titiis separatim legauerit, & vni ademerit, necⁱ si qu...
appareat cui ademptum sit: utriusque legatum debetur. quem-
admodum & in dando, si non appareat cui datum sit, dice-
6 mus^j neutrilegatum.^k Si Titio fundus pure, eidemque sub
condicione legatus sit, deinde postea ademptum sit sic, TITIO
FVN DVM, QVEM SVB CONDICIONE I.F.GAVI,

ⁱ dicimus.^h Huc pertinet quid
lib.7. Inflit. Ura. dis-
se. in Quincia de am-
biguo, seu ambiguo
lito.^j ademptus sic sit.

HERES MEVS NE DATO: ex nulla datione debetur: nisi
specialiter dixerit, pure eum legatum velle accipere. Con-
dicio legati an adimi possit vel hereditatis vel statuliberi, vi-
dendum. & Julianus scribit, in statulibero detractam condic-
tionem non repræsentare libertatem. Papinianus quoque li-
bro septimodecimo^a quæstionum scribit generaliter cōdicio-
nem adimi non posse. nec enim datur, inquit, cōdicio, sed ad-
scribitur. quod autem adscribitur, non potest adimi, sed quod
datur sed melius est, sensum magis quam verba amplecti. &
condiciones sicut adscribi, ita & adimi posse. Cum Titio^b
centum testamento legasset, & eidem codicillis ita legasset,
T I T I O Q U I N Q U A G I N T A D U M T A X A T , N E C A M -
P L I V S H E R E S M E V S D A T O : non amplius quinqua-
ginta legatarium petiturum.

Tacita ademptio.

Non solum autem legata, sed & fideicomissa adimi pos-
sunt: & quidem nuda voluntate. vnde queritur, an etiam ini-
miciis interpositis fideicommissum non debeatur. & si quidem
capitales vel grauissimæ inimicitiae intercesserint, adem-
ptum videri^b quod relictū est. sin autem leuis offensa, manet
fideicommissum. secundum^c hæc & in legato tractamus, do-
li^d exceptione opposita.^e

**I I I . I D E M libro trigensimo tertio ad Sabi-
num^f**

QUOD si iterum in amicitiam redierunt^f, & pænituit testa-
tore in prioris offensæ legatum vel fideicommissum re-
licitum redintegratur. ambulatoria enim est voluntas defun-
cti usq; ad vitæ suprimum exitum.

V. G A I V S libro secundo ad Edictum vrbicum^g

Sicut adimi legatum potest, ita & ad alium transferri: vel u-
ti hoc modo, **Q U O D T I T I O L E G A V I ,** **I D S E I O**
D O L E C O I quæres in personam^h Titij tacitam ademptio-
ne in continet.

V. P A V L V S libro quinto ad Legem Iuliam &
Papiam

TRANSLATIO legati fit quattuor modis. aut enim à persona
in personam transfertur: autⁱ ab eo qui dare iussus est,
transfertur, vt alius det: aut cum res pro re datur, vt pro fun-
do decem aurei: aut quod pure datum est, transfertur sub con-
dicione. sed si id quod à Titio dedi, à Maevio dem: quamvis
soleant esse duo eiusdem rei debitores, tamen verius est, hoc
casu ademptum esse legatum. nam cum dico, **Q U O D T I -**
T I V M D A R E D A M N A V I , **S E I V S D A M N A S E S T O**
D A R E: videor dicere, ne Titius det. Item si pro fundo de-
cem^k legentur, quidam putant non esse ademptum prius le-
gatum.

b videtur
c secundum hoc
al. sed hoc
d dolis mali
e Siciliæ fideicom-
missario, vel legata-
rio ab herede,
f redierunt,

g Pronomini enim sub
stantia efficit, vt a-
demptio sit prima vi-
deatur: sive cum ad to-
rum referatur, nō pa-
titur ut ambo occur-
tant. Ad. li. 7. parer.
cap. 8.

h persona
i Id est, aut pro es-
quid dare iussus fue-
ret, alias dare tube-
tur: & aliud iniungi-
tur, vt det. Itaq; rectè
sequitur ut alias
det: non autē lega-
tum vt detur alias.

k fundo decem, de-
cim legentur:

gatum. sed verius est ademptum esse. nouissima enim voluntas seruatur.

VII. VLPIANVS libro vicensimo quarto ad Sabinum¹

Quod si alij legetur sub condicione, quod alij pure datū ^{a legatum eā}, est: non plene recessum videtur à primo. sed ita demū, si condicio sequentis extiterit. ceterum si hoc animo fuerit testator, ut omnimodo recessum à primo putauerit: dicendum ^{b omnino} erit, à primo ademptum legatum.

VIII. IULIANVS libro trigensimo secundo Digestorum¹

Et ideo si viuo testatore mortuus fuerit is, in quem translatum legatum fuerit: nihilo magis ad eum, à quo translatum fuerit^c, pertinebit. ^{c fuit,}

VIII. VLPIANVS libro quinto Disputationum¹

CVM centum, quæ quis pure reliquit, condicione adiecta iterum eidem legauit: si quidem quasi aliam hanc summam esse voluit: & quod pure relictum est, statim debebitur: & quod sub condicione adscriptum est, si condicio extiterit. quod si eandem summam mutata voluntate sub condicione reliquit, pura datio conditionalis effecta videbitur. quare si in eodem testamento, in quo centum adscriperat, postea quin- ^{d eo} quaginta reliquerit: si quidem alia voluit esse hæc quinquaginta, centum quinquaginta debebuntur. si vero quinquaginta tantum deberi voluit, quinquaginta tantum debebuntur. idem est & si in codicillis id fuerit factum.

X. IULIANVS libro trigesimo septimo Digestorum¹

SI legatum pure datum Titio adimitur sub condicione, & pendente condicione Titius decesserit: quamvis condicio defecerit, ad heredem Titij legatum non pertinebit. nam legatum cū sub condicione adimitur, perinde est ac si sub contraria condicione datum fuisset. Quod ita legatum est, ^{e quod sita} TITIO DECIM HERES MEVS DATO: SI TITIO NON DEDERIT, EADĒM DECIM SEMPRONIO DATO: si moriatur Titius ante diem legati, Sempronius legatum utiliter petet. translatum enim legatum intellegi debet.

XI. IDEM libro quinquagesimo quarto Digestorum¹

Qui hominem legat, & Stichum adimit, non permitit legatum, sed extenuat. ^{f permitte}

XII. VLPIANVS libro quinquagesimo ad Sabinum¹

VT Stichum legatarius eligere non possit.

XIII. MARCIANVS libro sexto Institutionum¹

a quipiam

Dui Seuerus & Antoninus rescriperunt, cum testator prostrema scriptura quaqua² ratione motus pessimum libertum esse adiecerit: ea quae priori scriptura ei relictam furent, adempta videri.

† primo

XIV. FLORENTINVS libro vndeclimo Institutionum¹

Legata inutiliter data ademptione non confirmantur: veluti si^b domino herede initito seruo pure legatum sub condicione adimatur. nam pure legatum si sub condicione adimatur, sub contraria condicione datum intellegitur. & ideo confirmatur ademptio autem quo minus, non quo magis legatum debeatur, interuenit. Quibus ex causis datio legati inutilis est, ex isdem causis etiam ademptio inefficax habetur. veluti si viam pro parte adimas, aut pro parte liberum esse vetes.

XV. PAULVS libro singulari de adsignatione libertorum¹

Cum seruus legatus a testatore & alienatus, rursus redemptus sit a testatore: non debetur legatario, opposita exceptione doli mali. sanè si probet legatarius nouam voluntatem testatoris, non submovebitur.

XVI. IDEM ex libro singulari de iure Codicillorum¹

Nihil interest, inducatur quod scriptum est, an adimatur.

XVII. CELSVS libro vicefimo secundo Digestorum¹

eposteriorem

Nihil prohibet priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere.

*Alienatione voluntaria extinguitur legatum.*XVIII. MODESTINVS libro octavo Differentiariarum¹

domino

Rem legatam si testator viuus alij donauerit, omnimodo extinguitur legatum. nec distinguimus, vtrum propter necessitatem rei familiaris, an mera voluntate donauerit. vt si necessitate donauerit, legatum debeatur: si nuda voluntate, non debeatur. hæc enim distinctio in donantibus munificentia non cadit: cum nemo in necessitatibus liberalis existat.

XIX. IDEM libro vndeclimo Responsorum¹

MODESTINUS respondit, si adimento legatum quod Mætio relictum sit, fideicommissum ab eo datum defunctus reuocare noluit: heredes ex causa fideicommissi conueniri posse, recte probari.

Inutilis

Inutilis translatio perimit legatum.

XX. POMPONIVS libro primo ad Quintum Mucium¹

Licet transferam legatum in eum, cum quo nobis testamen- ^a Etsi
tit factio non est, siue in seruum proprium, cui sine liberta-
te legauerit: licet eis non debeatur, nec illi tamen debetur,
cui fuerit^b ademptum. ^b fuit

XXI. LICINNIUS RUFINVS libro quarto Re-
gularum¹

Legatum nulli alij adimi potest, quam cui datum est. qua-
propter si filio aut seruo alieno legatum fuerit, domino
aut patri legatum adimi non potest.

XXII. PAPINIANS libro sexto Responsorum¹

Ex parte heres institutus etiam legatum acceperat: eum te- ^c cum
stator inimiciis grauissimis persecutus, cum testamētum
aliud facere instituisset, neque perfidere potuisset, præteriit.
hereditariae quidem actiones ei non denegabuntur: sed legatum
si petat, exceptione dolii mali submouebitur.

*Si ex pecunia legata perteſſatorem aliquid ematur, legatum non
extinguitur, sed ex re empta p̄ſtabitur.*

XXIII. IDEM libro septimo Responsorum¹

Pater inter filios facultatibus diuisis, filiam ex ratione pri-
mipili^d commodorum trecentos aureos accipere voluit, ac
postea de pecunia commodorum possessionem parauit^e. ni-
hilo minus fratres & coheredes sorori fideicommissum præ-
stabunt. non enim absumptum videtur quod in corpus patri-
monij versum est. cum autem inter filios diuiso patrimonio
res indiuītas ad omnes coheredes pertinere voluisset, ita pos-
sessionem ex commodis comparata diuīdi placuit, vt in eam
superflui pretij filia portionē hereditariam accipiat. hoc enim
eueniret in bonis pecunia relicta.

^d Primi pilii dicebā
sur decima legionia
centurio, de quo Ve-
ges, lib. 2. Vetus, in-
quit, consuetudo te-
nuit, ut ex primo prie-
cipi legio, si promone-
retur centurio primi
pili: hic tamquam ca-
piti totius legionis
merita conseqüe-
tur. & præmis, hac il-
le. Ut iam facilis fa-
hic locua, vide (ſi li-
ber) & loc. cap. pen. ad
12. li. C. In hoc loco
explicando graviter
Accorrerantur.
e comparauit.
f Hac lex iſidē ver-
bi repetitus in fr. li. g.
de condit. & dim. b.
& tribuitur Hermo-
geniano, nif foris in-
ſcriptio vñioſa eſt.
g videtur,
h testamento con-
firmauit.

XXIV. IDEM libro octavo Responsorum¹

Legatum sub condicione datum cum transfertur, sub eadē
condicione transferri videtur, si non condicio priori perso-
nae cohæreat. nam si quis vxori sublati liberis legauerit, repe-
tita condicio non videbitur^g, quæ fuit in persona mulieris
necessaria. Pater hortos instructos filiæ legauit: postea que-
dam ex mancipiis hortorum vxori donauit. siue donationes^h
confirmauit, siue non confirmauit, posterior voluntas filiæ le-
gato potior erit. sedetsi non valeat donatio, tamen minuisse
filiæ legatum pater intellegitur.

XXV. IDEM libro nono Responsorum¹

Alteri ex heredibus præceptionem prædij dedit: mox alte-
ri p̄ſtari aduersus debitorem actiones ad eum finem
mandauit, quo prædium fuerat comparatum. cuni postea præ-
dio

dio distracto citra ullam offensam eius qui preceptionem acceperat, pretium in corpus patrimonij redisset: non esse praestandas actiones coheredi respondi.

XXVI. PAVLV^s libro nono Quæstionum[¶]

Si seruo cum libertate dato legato & alienato adimatur libertas, quamvis alieno inutiliter adimatur, tamē legatum ademptorem non peruenturum. & meritō: constitit enim ademptio, quia possit redimi. sicut datio, cum in eum conferatur, qui testamenti faciendi tempore fuit testatoris, deinde alienato codicillis libertas datur. quid ergo si eum, quem liberum esse quis iusserat, manumiserat viuus, deinde codicillis libertatem ei ademerit? videamus an perdiderit legatum vana ademptio libertatis. quod quidā putant. sed superuacua scriptura non nocet legato.

XXVII. IDEM libro vicesimo primo Quæstionum[¶]

a Si seruus

b quod ipsi: *ad. de c. 11.*c reciderit, *ad. inci-*
derit,

d Paulus

Seruuus^a legatus est, & ei aliquid. si alienato eo adimatur quod ei^b legatum est, valet ademptio: quia & legatum potest procedere, si redimatur. Seruo legato, & inter viuos manumisso si legatum adimatur: nullius momenti ademptio est. igitur legatum, quod ipsi datum est, capiet. nam et si rursus inferuitutem ceciderit^c, non tamen legatum eius resuscitabitur. nouus enim videtur homo esse.

XXVIII. VALENS^d libro quinto Fideicommissorum[¶]

e seruari.

Si tibi certam rem legauerero, & rogauerero te ut eam Titio restitueres: deinde eandem rem tibi fideicommissero, nec rogauerero te ut alij eam præstares: queritur, an in tua potestate sit, ex causa fideicommissi eligere ut fideicommissum non præstes. & magis posteriorem scripturam testamenti placuit spectari^e.

XXIX. PAVLV^s libro tertio Sententiarum[¶]f Continge hanc le-
gem cum l. 22. & 13.
in fa. sup. co. 111.

Libertus^f, qui in priore parte testamenti legatum accepit, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est: commutata voluntate actionem ex testamento habere non potest.

XXX. SCAEVOLA libro vicesimo Digestorum[¶]

g sua Sempronie

Alumnæ suæ^g plura legauerat. quædam ex his abstulit: aquædam ut præstarentur ab herede suo peti: in quibus & viginti dari voluit his verbis: HOC AMPLIUS DOLE GO DARIQUE VOLO VIGINTI AVRI LIBRAS: & adiecit, FIDEIQVE TVAE ATTI COMMITTO, VT IN PRIMIS SEMPRONIAM SORGREM TVAM PRO TVA

TUA PIETATE ET REGERE ET TVERI VELIS.
 ET SI PVTAVERIS EAM AD BONAM VITAE CON-
 SVTVDINEM REVERSAM, ITA VIGINTI AVRI.
 LIBRAS EI REDDERE, CVM MORIERIS:^a INTE-
 RIM TAMEN REDITVS EIVS, ID EST VSVRAS
 SEMISSES EI PRAESTES. postea codicillis ad Mae-
 uium legatarium easdem viginti libras auri transtulit, & fi-
 deieius commisit in haec verba: VIGINTI LIBRAS AV-
 RI, QVAS TESTAMENTO SEMPRONIAE ALVM-
 NAE MEAE RELIQVI, EAS DARI VOLO MAEVIO,
 CAUTIONIBVS INTERPOSITIS VT EX EA SVM-
 MA EIDEM SEMPRONIAE QVAM DIV ADVIXE-
 RIT^b, PRAESTET MENSTRVOS DENARIOS b vixerit,
 QVINQVE, ET VESTIARII NOMINE DENA-
 RIOS CENTENOS VICENOS QVINOS, ID QVE
 FIDEI VESTRAE COMMITTO. CERTA SVM AV-
 TEM TE MAEVI PRO TUA PIETATE PETITV-
 RVM AB HEREDE TVO, VT VOLVNTAS MEA IN
 PERSONA^c ALVMNAE MEAE DVRET. quæsitum
 est, an Maeuius legatarius cogendus sit post mortem suam
 viginti libras auri Semproniae restituere, sicut rogatus fuerat
 Attius^d heres. respondit, secundum ea quæ proponerentur,
 viginti quidem auri libras non cogendum p̄f̄stare. sed alia
 quæ ab eo alumna reliq̄sunt, deberi & à Maevio & ab he-
 rede eius donec viuit alumna. Titia testamento Seiam li-
 bertam, eandemque collactaneam ex parte duodecima here-
 dem instituerat. Pamphilo liberto suo p̄d̄ia per fideicom-
 missum dedit, in quibus & ΣΥΓΚΤΗΣΙΝ^e p̄d̄itorum, c σύγκτησις
 quæ appellabatur circa Colonem, eidem^f libertos postea per
 epistulam alias etiam res donauit, in quibus^g de Seia & Pam-^g cuius polita
 philo ita est locuta: ΤΙΤΙΑ: ΤΟΙΣ^h ΚΑΗΡΟΝΟΜΟΙΣ
 ΜΟΥ ΧΑΙΡΕΙΝ: ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΒΕΒΑΙΑ ΕΙΝΑΙ ΤΑ
 ΥΠΟΤΕΤΑΓΜΕΝΑ, ΟΣΑ ΦΘΩΣΑ ΕΙΣ ΤΟ ΟΝΟ-ⁱ πεποιηθεια
 ΜΑ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΔΟΥ ΝΕΠΟΙΚΕΝΑΙ^j ΕΑΝ
 ΣΕΙΑ Η ΣΥΝΤΡΟΦΟΣ ΜΟΥ ΚΑΗΡΟΝΟΜΟΣ
 ΜΗ ΓΕΝΗΤΑΙ, ΕΞ ΟΥ ΓΕΓΡΑΦΑ ΑΥΤΗΝ ΜΕ-
 ΡΟΥΣ. ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΑΧΤΗ ΔΟΘΗΝΑΙ^k ΤΗΝ^l ΣΥΓ-
 ΚΤΗΣΙΝ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΚΟΔΩΝΗΝ. quæsitum est, cum
 Seia liberta omissa parte hereditatis ei testamento adscripta,
 ex codicillis fideicommissum id est ΣΥΓΚΤΗΣΙΝ circa
 Colonen eligat: an si Pamphilus ex causa fideicommissie ea-
 dem p̄d̄ia vindicet, doli mali exceptione summoueri de-
 beat. respondit translatum videri fideicommissum p̄d̄io-
 rum, id est ΣΥΓΚΤΗΣΙΝ quæ est circa Colonen^k, in^l Colonia^m
 Seiam libertam.^l Ab heredibus petierat, ut si in prouincia^l Seia liberta ab
 de-

a eius cuius. Me
libre est Flora.
b & in patrum
repository.

decessisset, sexaginta Lucio Titio darentur, ut is corpus eius
curaret in patriam reportari: & adiecerat haec verba, QVI
CONCEDI VOLO SI QVID EX FA PECVNIA
SVPERERIT. eadem die codicillos ad heredes suos ita scri-
pserat, PETO A BOBIS, UT SIVE IN PROVINCIA
SIVE IN VIA ALIQUID MIHI HUMANITVS AC-
CIDERIT: CORPVS MEVM CVRETIS ET IN
CAMPANIA ET IN MONUMENTVM FILIORVM
MEORVM REPORTARE. quæsitum est, an id quod su-
perfuerit ex sexaginta, à Lucio Titio tacite ademerit, respon-
dit, ademptum videri. Qui filias ex disparibus portionibus
testamento heredes instituerat, p.ene omnium bonorum suo-
rum eodē testamento diuisione fecit. deinde haec verba ad-
iecit: ΤΑ ΔΕ ΛΟΙΠΑ ΠΑΝΤΑ ΤΩΝ ΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΜΟΥ, ΟΜΟΙΩΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΚΑΗΡΟΝΟΜΙΑΣ
ΥΠΑΡΗ ΕΣΤΑΙ ΜΟΝΩΝ ΤΩΝ ΔΥΟ ΗΜΟΥ ΘΥΓΑ-
ΘΕΡΩΝ ΠΡΙΝΗΣ ΚΑΙ ΣΕΚΟΥΝΔΗΣ, Η ΤΗΣ
ΕΣ ΑΥΤΩΝ ΗΕΡΙΟΥΣΣΗΣ. postea codicillis longe
aliam diuisionem fecit bonorum inter easdem, inter quas &
testamento diuiserat: quædam tamen nulli nominatim de-
dit. quæsitum est, an Prima & Secunda filia d ex verbis te-
stamenti consequi possint, ut sole habeant ea quæ nominati-
tim nulli relicta sunt in diuisione, quæ nouissima à patre fa-
cta est. respondit, non à tota voluntate recessisse videri, sed f
his tantum rebus quas reformasset. Cum post apertas ta- 4
bulas testamenti Priscillianus g vivérat, de cuius legato h por-
tioneque hereditatis mater epistula ita cauerat Q V O N I A M
COGNOSI PRISCILLIANVM FILIVM MEVM
IN EXTREMIS ESSE: IVSTISSIMVM ET PIIS-
SIMVM DVXI, PORTIONEM EIVS HEREDITATI-
S, QVAM EI TESTAMENTO DEDERAM, LE-
GARE MARIANO FRATRI MEO ET IANVA-
RIO MARITO MEO AEQVIS PORTIONIBVS.
ET SI QVID EI AMPLIUS LEGAVERAMI, UT
SI QVID EI HUMANITVS CONTIGERIT, AD
LEGO, DARIQUE EIS VOLO: postea ex eadē infirmitate Priscillianus deceſſit. quæſitum est, an legatū quo-
que eius ad Iānuarium & Marianum ex causa fideicommissi
pertineat. respondit, poste videri, si deceſſisset ex ea infirmitate,
omnimodo & legatum ad eos de quibus quæreretur
tranſtulisse.

XXXI. IDE M^o libro quartodecimo Digestorum

k herede. melior est
Flori, et idem heres
et legatus insi-
ligatur.

Filio ex parte heredi k instituto duos fundos cum mancipiis
& instrumento omni legavit. idem vxori plura legata &
seruos Stichum & Damam legavit. sed cuncti in altero ex fun-
dis

dis filio prælegatis cognouisset vilicum non esse, Stichum misit: & tam rei rusticæ quām rationibus fundi p̄ficit. quæstū est, Stichus vtrum ad vxorem, an ad filiū pertineret ^a. respon-
 dit, cum mēmor erat eorum quæ testamento cauisset: Stichū his p̄rediis, in quæ translatus est, actorem cedere: nec vxorei
 3 potie Stichum ex fideicommissi causa petere. Matri suæ he-
 redi ex parte institutæ quattuor p̄dia legauit, & fidei eius cōmisit, vt ex his duo socero restitueret. deinde codicillis so-
 cero ademit fideicommissum. quæstū est, an nihilo minus ex prælegatione ad matrem pertineret, respondi, nihil pro-
 ponit, cur ad matrem pertincent.

^a pertincent.

Cognitio de criminis post mortem accusati.

Seia testamento suo legauit ^b auri pondo quinque. Ti-
 tius accusabit ^c eam, quod patrem suum mandasset interficiendum. Seia post institutam accusationem codicillos cōfe-
 cit, nec ademit Titio priuigno legatum, & ante finem accu-
 sationis decessit. acta causa pronunciatum est patrem Titij
 stelere Seiae non interceptum ^d. quero, cum codicilli lega-
 tum, quod ^e testamento Titio dederat, non ademerit: an ab
 heredibus Seiae Titio debeatur. respondit, secundum ea quæ
 3 proponerentur, non deberi. Filiae, quam in potestate habe-
 bat, inter cetera legauit peculium. idem post factū testamen-
 tum pecuniam à debitore filiae exegit, & insuam rationē con-
 uertit. quero, an filia eo nomine cum heredibus patris agere
 possit. respondit, si probaret, non adimenti animo factum:
 agere posse.

^b legavit Titio
^c accusabat^d interemptum
^e quod in

xxxii. VENULEIVS libro decimo

Actionum^m

D Etrahere legatis vel ad Icere, si nihil præter numeratam
 pecuniam legatum sit, promptum est. cum verò res cor-
 porales interuenient ^f: & scriptura difficilior sit, & obscura ^g
 portio. Cum libertas adimitur, legata seruis relicta nihil at-
 tinet adimi.

^f interuenient:
^g obscura ob idDE REBUS ^h DUBIIS
TIT. V.

Coniectura voluntatis.

PAPINIANVS libro septimo Responsorum

F VNDVM Mæuianum aut Seianum Titio legauerat. cū
 vniuersa possessio plurium prædiorum sub appellatione
 fundi Mæuiani rationibus demonstraretur, respondi, nō
 videri cetera p̄dia legato voluisse defunctum cedere, si fun-
 di Seiani pretium à fundi Mæuiani pretio non i magna pecu-
 nia distingueretur.

^h Ad hanc tractatiū
 periret locus apud
 Rhetores de ambig-
 uo, seu amphiboliaz.
 de qua Quintilius
 Cicero, 2. de Invent.

ⁱ Si deest negotio,
 & male, etiam Ac-
 cursus in indice.

II. IDEM libro nono Responsorum

CIuibus^a ciuitatis legatum vel fideicommissum datum ciuitati relictum videtur.

III. PAVLVS libro quartodecimo Quæstionum

IN àmbiguo sermone non vtrumque dicimus, sed id dumtaxat quod volumus. itaque qui aliud dicit quām vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult: neque id quod vult, quia id non loquitur.

III. IDEM libro nonodecimo Responsorum

PAulus^b respondit, cum nomen fideicommissarij testamento adscriptum non sit: nulli personæ neque certæ neque incertæ datum fideicommissum videri, indubitatum est.

Legatum relictum incerte persone valet.

V. GAIUS libro primo Fideicommissorum

QVidam relegatus factō testamento post heredis institutioñem & post legata quibusdam data ita subiecit: s i
QVIS EX HEREDIBVS CETERISVE AMICIS,
QVORVM HOC TESTAMENTO MENTIONEM
 HABVI, SIVE QVIS ALIUS RESTITUTIONEM
 MIHI IMPETRAVERIT AB IMPERATORE, ET ANTE DECESSERO QVAM EI GRATIAS AGEREM:
VOLO DARI EI QVI ID EGERIT, A CETERIS
 HEREDIBVS AVREOS TOT. VNUS ex his, quos heredes scripsierat, impetrauit ei restitutionem, & antequam id sciret, decessit. cum de fideicommisso quereretur an deberetur, consul Iulianus respondit deberi. sed^c etiam si non heres vel legatarius, sed alius ex amicis curauit eum restituī: & ei fideicommissum præstari.

Coniunctio legatariorum.

Sitibi & postumo suo vel alieno hereditate restituere quis^d rogauerit,

VI. MAECIANS libro tertio Fideicommissorum

VEl ex parte ^e* te, & ex parte ^f* postumum heredem instituisset, legatumve similiter vel fideicommissum desisset:

VII. GAIUS libro primo Fideicommissorum

VTrum ita postumus partem faciat, si natus sit: an & si natus non sit, quæritur. ego commodius dici puto, si quidem natus non est: minime eum partem facere, sed totum ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto. si autem natus fuerit, vtrosque accipere quantum cuique relictum est;

vtrno

^a Plin. li. 5. epist. ad Calvisium ait, non potuisse hereditatem a us legatum ciuitatis suis reliqui: & Vlp. 22. tit. 5. nec mynicipia, nisi quod à libertate suis heredes infiniti possunt. Itaque hic interpretandum est, hoc casu legari illi posse.

^b Coniunge ea 21.
C. 22. de fidei lib.

^c egerit:

^d est:

^e * te, & ex parte ^f* postumum heredem instituisset, legatumve similiter vel fideicommissum desisset:

vt uno nato, pars tibi dimidia debeatur. duobus natis, tertia tibi debeatur. tribus natis, quia trigemini^a quoque^b nascuntur, quarta^c debeatur.^d & nostra quidem aetate Serapias^e Alexandria mulier ad Diuum Hadrianum perducta est cum quinque liberis, quos uno fetu enixa est. sed tamen quod ultra tres nascitur, ferè portentosum videtur.

Relictum incerte persone.

1 Cum quidam pluribus heredibus institutis, vnius fidei commisisset, vt cuia moreretur, vni ex coheredibus cui ipse vellet restituueret eam partem hereditatis quae ad eum peruenisset: verissimum est, utile esse fideicommisum. nec enim in arbitrio eius, qui rogatus est, possum est, an omnino velit restituere, sed cui potius restituat, plurimū enim interest, utrum in potestate eius, quem testator obligari^d cogitat, faciat si velit dare: an post^e necessitatem dandi solius^f distribuendi liberum arbitrium concedit.

^a tergemini
^b In hunc locum Plin.
nat. hist. ii. 7. cap. 3.
^c Serapia
^d obligare
^e an impositane.
^f soliei

Portio relicta coheredibus quomodo eis distribuatur.

2 Quæsitum est, si coheredes ex disparibus partibus scripti sint: utrum partem suam in viriles partes restituere singulis debat, an pro portionibus hereditariis ex quibus heredes scripti sint. & placuit, si testator ita restitui iussisset partem, si aliquam pecuniam dedisset: si quidem æquas partes iussi fuerint dare, conueniens videri esse, etiam ex fideicomisso æquas partes eis^g restitui oportere. si vero dispares in ea pecunia distribuenda significauit^h testator: ut videaturⁱ hereditariis portionibus congruere, consentaneum esse, etiam fideicomissum pro hereditariis partibus eis restitui debere.

De communientibus.

VIII. PAULVS libro secundo Sententiarum^j

Sⁱ inter virum & vxorē donatio facta fuerit: priore defuncto cui donatum est, ad eum res redit: qui donauerat, quid si simul tamis qui donatum est, quamvis qui donauerit: questionis decidētæ gratia magis placuit valere donationē eo maxime, quid donator non superuiciat, qui rem condicere^m possit.

^j Coniuge l. 5. quæ
vxori de do. int. vi.

^m concedere

VIII. TRYPHON IN VS libro vicesimo primo

Disputationum^k

Q^ui duos impuberis filios habebat, ei qui supremus moriturⁿ, Tertiū substituit: duo impuberis simul in naue moreretur, perierunt. quæsitum est, an substituto, & cuius hereditas deferatur. dixi, si ordine vita deceſſissent: priori mortuo frater o si ex ab intestato heres erit, posteriori substitutus, in ea tamen hereditate etiam ante defuncti filii habebit hereditatem. in proposita autem questione, vbi simul perierunt: quia^p cum neutri frater superstes fuit, quasi utrique ultimi deceſſisse sibil videantur^q: an vero neutri^q, quia comparatio posterioris dece-

^p quaritur eam
neuter fratribus
superstes fuerit, al.
utrum quia neuter
frater superstes
fuerit,
q neuter,

Pars v.

5 cc

dentis

dentis ex facto prioris mortui sumitur? sed superior sententia magis admittenda est, ut utriusque heres sit, nam & qui unicum filium habet, si superimum morienti substituit, non videtur inutiliter substituisse. & proximus adgnatus intellegitur etiam qui solus est, qui que neminem antecedit. & hic utriusque, quia neutri eorum alter superstes fuit, ultimi primi que obierunt.

Cum^b bello pater cum filio perisset, materque filij quasi postea mortui bona vindicaret, adgnati vero patris, quasi filius ante perisset: Diuus Hadrianus credidit patrem prius mortuum. Si cum filio suo libertus simul perierit, intestati patrino legitima defertur hereditas, si non probatur superuixisse patri filius, hoc enim reuerentia patronatus suggestente dicimus. Si maritus & uxor simul perierint, stipulatio de dote ex capitulo si in matrimonio mulier decessisse sit habebit locum, si non probatur illa superstes viro^d fuisse. Si Lucius Titius cum filio pubere, quem soli testamento scriptum heredem habebat, perierit: intellegitur superuixisse filius patri, & ex testamento heres fuisse; & filii hereditas successoribus eius defertur, nisi contrarium approbetur, quod si impubes cum patre filius perierit, creditur pater superuixisse, nisi & hic contrarium approbetur.

Relictum incerte persone, vel ademptum.

x. VULPIANVS libro sexto Disputationum!

Si fuerit legatum relictum ex cognatis meis qui primus capitolium ascenderit: si simul duo venisse dicantur, nec apparet quis prior uenerit: an impedietur legatum? vel ei qui monumentum fecerit, & plures fecerint, ve ei qui maximus natus est, & duo pares aetate sint, sed & si legatum Sempronio amico fuerit relictum, & duo sint aequaliter caritate coniuncti, sed & si duobus hominibus eiusdem nominis fuerit legatum, puta Sempronij, mox Sempronio ademptum sit, nec appareat cui ademptum sit: utrum datio in utriusque persona infringitur, an ademptione nulla est, quaeri potest. Item si ex pluribus seruis eiusdem nominis vni, vel quibusdam libertas relista est. & verius est, in his omnibus etiam legata & libertates impediuntur, ademptionem autem in utriusque valere.

Benigna interpretatio orationis ambigue.

Planè si ita libertatem acceperit ancilla, si PRIMUM MAREM PEPPERIT, LIBERA EST O, & haec uno utero marem & feminam peperisset: si quidem certum est quid prius edidisset, non debet de ipsius statu ambigi, utrum libera esset, necne, sed nec filia. nam si postea edita est, erit ingenua. sin autem hoc incertum est, nec potest nec per suptilitatem iudiciale manifestari: in ambiguous rebus humaniorē sententiam sequi oportet, ut tam ipsa libertatem consequatur, quam filia

a alteri

b Camin

c hec

d viro suo

e reliquum vni

f velia

g aut si

h ademptione. Re
sponsa Els. quod co
Bartoni rufum est.

i quod

filia eius ingenuitatem: quasi per præsumptionem priore ma-
sculo edito.

X I. I V L I A N U S libro trigesimo sexto Digesto-
storum¹

Quotiens libertis v̄susfructus legatur, & ei qui nouissimus
superuixerit, proprietas: vtile est legatū, existimo enim
omnibus libertis proprietatem sub hac condicione **S I N O-**
V I S S I M U S S V P E R V I X E R I T dari.

X I I. I D E M libro quinquagensimo Digestorum¹

Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua ora-
tio est, cōmodissimum est id accipi, quo res, de qua agi-
tur, magis valeat quam pereat.

Interpretatio ambiguitatis.

X I I I. I D E M libro singulae de Ambiguitatibus¹

Siis, qui ducēta depositum, ita leget: **S E I O C V M D V C E N-**
T I S , Q V A E A P V D E V M D E P O S V I , T R E C E N T A-
L E G O : singulæ summae separatae quidem certam habent de-
monstrationē, coniunctione vero tali incident in ambiguita-
tem. sed dicendum est, non trecenta, sed quingenta deberi. quia
duæ summae iunguntur. Si quis leget, **F V N D V M S E I A-**
N V M H E R E S M E V S A T T I O^a C V M D I O N E M A E-
V I I S E R V O D A T O : dubitatur quidem, ^bDioni quoque
fundus legatus sit, an Dio cum fundo legatus sit. sed magis
dicendum est, non solum fundum, sed etiam feruum Dionem
esse legatum: maxime si nullas iustas causas habuit Dioni le-
gandi.

Cum ita stipulationē concipimus, **S I H O M I N E M**

A V T F V N D V M N O N D E D E R I S , C E N T . V M D A R I

S P O N D E S ? vtrumque est faciendum, ne stipulatio cōmit-
tatur. id est, siue alterum siue neutrum factum sit, tenebit stipulatio.

idemque est euidenter, cum propositis specialiter

pluribus rebus quas fieri volumus, ita stipulamur, **S I Q V I D**

E O R V M F A C T V M N O N E R I T ? veluti **S T I C H V M**

E T D A M A M E T H E R O T E M S I S T I ? **S I Q V I S E O-**

R V M N O N S T E T E R I T , D E C E M D A R I ? necesse est

enim omnes esse fistēdos, vt stipulationi satisfiat. vel, vt pro-

pius accedamus, fingamus ita stipulationem factā, **S I S T I-**

C H V M E T D A M A M E T H E R O T E M N O N S I T E-

R I S , D E C E M D A R I ? neque enim dubitavimus, quin

æque omnes fisti oporteat. Vtrum ita concipias stipulatio-

nem, **S I I L L V D A V T I L L V D F A C T V M N O N E R I T ,**

an hoc modo, **S I Q V I D E O R V M F A C T V M N O N**

E R I T , Q V A E V T F I E R E N T , C O M P R E H E N S A

S V N T , hoc interest, quod quamvis altero facto verum

sit, hoc aut illud vere factum esse: non ideo tamen h̄ verum, h̄ tamen minus

erit, hoc aut illud factum non esse. nam simul ea possunt

^a a Tilio
^b an Dioni

^c ac fundum

^d Eadem est Diale-
tica ratio: atq; alibi
apud Vlpia verum est
omnes fuisse non esse.
I. si. rem. si quis
est. Nam illic cōun-
tum, non (re) aīens
copulatio, hic colle-
ctum, non (vi) ita
quādistributio
syncategemata
surpantur.
e littera,

^f Idest, si nihil eos
rum futurum erit, ut
infā, sc̄nā quid que
obiciuntur, &c. Baro.
g idcirco
verum. Baro.

esse vera, quæcumque inter se contraria sunt, quia cum significatio nō ex vniuerso, sed ex aliquo sumitur, si veritatem aliquid inde sit, veram efficit totam orationem. sicut è contrario duæ orationes pugnantia continentes simul falsæ sunt. veluti, **S I Q V I L I B E R O R V M P A R T I M P V B E R E S D E C E S S E R I N T.** nam & hoc falsum erit, omnes impuberis decessisse: & illud, omnes puberes decessisse. id accidit, quia significatio sumitur ex vniuerso, in quo si aliquid falsum est, totam orationem falsam efficit. animaduertendum igitur est, quid sit de quo queritur. nam cum ita concipio, **S I**

c erit:

d Demonsfras illum formulam si quideorum factum non erit: velitam, omnes im- puberes decessisse, aut (quod idem est) omnis puberis non decessisse. In vers. huius autem, demonstrat contraria illa, in quibus significatio ex vniuerso sumitur, ut ea sequentia apparet.

I L L V D A V T I L L V D N O N F E V R I T : quare debet, an aliquid factū non dicitur, illius effectus hic est, vt neutrū fiat. huius autem, vt vtrumq; fiat, nec in illo prodest aliquid non fecisse, si aliquid factū sit: neque in hoc aliquid fecisse, si aliquid factū non sit. proinde si quis ita interrogat, **E O R V M Q V I D,** **Q V A E O B I C I V N T V R T I B I , F E C I S T** ille neget: hoc exprimat, corum quid, quae obiciuntur, non feci. id est nihil horum feci. Si quis autem plura in stipulatiū deducat, quorum vnum fieri velit, ita cōprehendere debet: **I L L V D A V T I L L V D F I E R I S P O N D E S ? S I N I H I L E O R V M F A C T U M E R I T , T A N T U M D A B I S ?** Item si pater familias in testamento ita scriperit, **S I Q V I S M I H I F I L I V S A V T F I L I A G E N I T V R , H E R E S M I H I E S T O : S I M I H I F I L I V S A V T F I L I A H E R E S N O N E R I T , S E I V S H E R E S E S T O :** non satis voluntatem suā declarauit, si non aliter extranctū heredem esse volet, quam si neque filius neque filia heres sit. hoc enim modo cōcipi oportet, **S I M I H I N E Q V E F I L I V S N E Q V E F I L I A H E R E S E R I T.** potest autem interdum superior scriptura esse necessaria, si quis cum filiū & filiā habeat, vtrumq; heredē instituere velit. sed siue alter heres futurus sit, extranctū miscere: siue neuter, extraneum substituere. sed proclivior est sententia testatoris sic esse interpretāda, vt siue filius siue filia natī ei fuerint, extraneus non admittatur, nisi specialiter hoc testator expreſſerit.

X I I I I . M A R C I A N V s libro sexto Institutionum

S I quis ita scriperit, **I L L I S Q V I T E S T A M E N T U M M E V M S I G N A V E R I N T , H E R E S M E V S . D E C E M D A T O :** Trebatius vtile legatum esse putat. quod Pomponius verius esse existimat. quia ipsum testamentum confirmatur testibus adhibitis. quod verum esse existimo.

Ligatario repudiante fingeatur res nunquam fuisse legata, sed semper heredis.

X V . I D E M libro secundo Regularum

QVædam sunt, in quibus res dubia est, sed ex post facto reintroducitur, & appetit quid actū est. vt ecce si res legata fuerit,

e sunt qui hic addant negationem, & futurus non sit, legatur.

f immiscere:**g** uenti,**h** proclivius**i** sententiam**k** interpretandam,

fuerit, & deliberante legatario eam rem heres alij tradiderit. nam si quidem voluerit legatarius habere legatum, traditio nulla est. si vero repudiauerit, valet. Tantundem est, & si pecuniam hereditariam legatam crediderit heres. nam si quidem non repudiauerit legatarius, alienam pecuniam credidit. si vero repudiauerit, suam pecuniam credidisse videtur. quid ergo si consumpta fuerit pecunia? tunc idem erit ex cunctu dicendum.

De commorientibus.

xvi. ID E M^{III} libro tertio Regularum[¶]

Quod de pariter mortuis tractamus, & in aliis agitatum est. vt ecce si mater stipulata est^a dotem a marito mor- a esset tua filia in matrimonio sibi reddi, & simul cum filia perit^b: an b perisset: ad heredem matris actio ex stipulatu competenter? & Diuus c & heredibus Pius rescripsit, non esse commissam stipulationem. quia mater filiae non superuixit. Item queritur, si extraneus, qui dotem stipulatus est, simul cum marito decesserit, vel cum ea propter quam stipulatus esset: an ad heredem suum actionem transmittat.

xvii. P A V L V S[¶] libro duodecimo ad Plautium[¶]

Idem est, si dos uxori praegata sit, & simul cum marito perierit.

xviii. M A R C I A N V S[¶] libro tertio Regularum[¶]

Sed & in illo queritur, si pariter pupillus, & qui ei substitutus erat frater necessarius decesserit: an frater fratri existat heres, an contra. vcl si duo inuicem necessarij substituti sunt, & una perierint: an heredes existuisse videantur. vel alter alteri, hoc est si inuicem hereditatem rogati fuerint restituere. in quibus casibus si pariter decesserint, nec appareat quis ante spiritu emisit: non videtur alter alteri superuixisse. Sed & circa legem Falcidiam, si dominus cum seruis simul vita funetus sit: serui quasi in bonis eius mortis tempore fuerint, non computantur.

xix. V L P I A N V S[¶] libro vicefimoquinto ad Sabinum[¶]

Si cognatis legatum fit, & hi cognati quidem esse desierunt, in ciuitate autem maneant: dicendum deberi legatum. cognati enim testamenti facti tempore fuerunt. certe si quis testamenti facti tempore cognatus non fuit, mortis^d tempore factus est per adrogationem: facilius legatum consequitur. Si quis cognitione leget, idem est atquesi cognatis legasset.

Collegio lictio legari potest.

xx. P A V L V S[¶] libro duodecimo ad Plautium[¶]

Cum senatus temporibus Diu Marci permiserit collegiis legare: nulla dubitatio est, quod si corpori cui licet coire e quin-

legatum sit:debeatur. cui autem non licet, si legetur:non valabit, nisi singulis legetur. hi enim non quasi collegium, sed quasi certi homines admittentur ad legatum.

Regula de ambiguo.

xx i. I D E M libro quartodecimo ad Plautium[¶]

Vbi est verborum ambiguitas, valet quod acti^e est. veluti cum Stichum stipuler, & sint plures Stichi: vel hominem^a vel Carthagini^b, cum sint duas Carthagines: semper^c in duabus id agendum est, ut quam tutissimo loco res sit bona fide contracta. nisi cum aperte contra leges scriptum est.

De conimorientibus.

xx ii. I A V O L E N V S libro quinto ex Cassio[¶]

Cum pubere filio mater nauphragio periit. cum explorari non possit, uter prior^d existens sit, humanius est credere filium diutius vixisse.

xx iii. G A I V S libro quinto ad legem Iuliam & Papiam[¶]

Si muliercum filio impubere nauphragio periit, priorem filium necatum esse intellegitur.

Regula de ambiguo.

xx iv. M A R C E L L V S libro undecimo Digestorum[¶]

Cum in testamento ambigue, aut etiam perperam scriptum est: benigne interpretari, & secundum id quod credibile est cogitatum, credendum est.

xx v. C E L S V S libro vicesimo secundo Digestorum[¶]

Quem heredi meo dixer o velle me liberum esse, liber esto. cvi vt dare damnas sit heres meus dixer o, ei heres meus dare damnas esto. testatoris voluntas, si quibusdam argumentis apparebit de quo dixit, adimplenda est.

xx vi. I D E M libro vicesimo sexto Digestorum[¶]

Cum queratur in stipulatione quid acti^e sit, ambiguitas contra stipulatorem est.

xx vii. M O D E S T I N V S libro primo Regularum[¶]

Si quis de pluribus vnum manumitti voluerit, nec appareat de quo manumittendo testator sensit: nulli eorum fideicommissaria competit libertas.

xx viii. I A V O L E N V S libro tertio ex Posterioribus Labeonis[¶]

Qui habebat Flaccum fullonem & Philonicum pistore, uxori Flaccum pistorem legauerat. qui corum, & numerique deberetur^h? placuit primò eum legatum esse, quem testator legare sensisset. quod si non appareret, primùm inspectendum esse, an nomina seruorū dominus nota habuisset. quod si habuisset, eum deberi qui nominatus esset, tametsi in artificio

a actum

b Carthagine
c semper enim

d prius

e actum

g Labo

h debetur: vel,
deberetur, qua re-
batur.

I nota habuisset,

artificio erratum esset, si autem ignota nomina seruorum ef-
fent, pistorem legatū videri perinde ac si nomen ei adiectum
non esset.

a Male In quibus illi
sublata est haec par-
ticularis.

XXVIIII. SCAEVOLA Libro octauodecimo Di- gestorum

Plures testamento manumiserat, in quibus Sabinam & Cy-
progeniam, cum quisque eorum ad trigesimum annum
aetatis peruenissent: & cum liber quisque eorum esset, cer-
tam summam darivoluerat, & coniuncta scriptura ita caue-
rat: **S A B I N A E** ET **C Y P R O G E N I A E** D A R I **I V O L O**,
CVM AD STATUTAM AETATEM PERVENERINT,
SINGVLIS DEC EM. ET HOC AMPLIUS ALIMEN-
TORVM NOMINE IN ANNOS SINGVLOS Q VO
AD VIVENT, SINGVLIS DEC EM. quæstū est, utrum
omnibus manumissis alimenta debeantur, anverò Sabinæ &
Cyrogeniæ solis, respondit, secundum ea quæ proponeren-
tur, videri omnibus alimenta legata.

DE HIS QVAE POENAE CAVSA RE- LINQVNTVR TIT. VI.

Quod relinquitur non in legatarij gratiam, sed in poenam &
coercitionem hereditis, non valet.

e Antoninus Pius
primus constituit, se
poena causa legatum
relinquere maneret: ut
refert Lul. Capiso. in
eodem.
d nomine: in vulga.

AFRICANVS libro Quæstionum

FILIO FAMILIA s' vel seruo herede instituto, etiam si e filio etiam fami-
liae nullius momenti legatum esse respondit. non enim
id solum quod in heredes, sed omne quod in cuiusq; lucrum
aliquid ex ultima voluntate sentientis, talem poenam in te-
stamento scriptum sit, nullius momenti habendum.

f Trilonianus vide-
trin addidisse Afri-
ca no hac verba. Vide
vel probrof. ex l...
C. ad.
g heredis,
h aliquid

II. MARCIANVS libro sexto Institutionum

Poenam à condicione voluntas testatoris separat. & non i Coniunge Linette
poena an condicio an translatio fit, ex voluntate defuncti
apparet. idq; Diui Seuerus & Antoninus rescripsierunt.

mento. 27. de cond. &
demonstr.

DE REGVLA CATONIANA TITVLVS VII.

CELSVS libro trigesimoquinto Digestorum

CATONIANA regula sic definit: quod si testamenti
facti tempore deceperit testator, inutile foret: id lega-
tum quandocumq; deceperit non valere. quæ definitio
in quibusdā falsa est. quid enim si quis ita legauerit, si POST
KALENDAS MORTVVS EVERO, TITIO DATO?

an cauillamur? nam hoc modo, si statim mortuus fuerit, non esse datum legatum verius est, quam inutiliter datum. item si tibi legatus est fundus, qui scribendi testamenti tempore tuus est: si eum viuo testatore alienaueris, legatum tibi debetur: quod non deberetur, si testator statim decessisset.

II. P A V L V s libro quarto ad Plautium^b

a sic quis

SEd & si sic^a legauerit, si FILIA MEA TITIO N V P R A E R I T: sufficere visum est, si mortis tempore nupta inueniatur, licet testamenti facti tempore fuerit impubes.

III. P A P I N I A N V S libro quintodecimo Quæstionum^c

CAtoniana regula non pertinet ad hereditates neque ad ea legata, quorum dies non mortis tempore, sed post aditan cedit hereditatem.

IV. V L P I A N V S libro decimo ad Sabiniūm^d

PLacet Catonis regulam ad cōdicionales institutiones non pertinere.

RV. IDEM libro vicesimo secundo ad Sabinum^e
REgula Catoniana ad nōuas leges non pertinet.

DE HIS QVAE PRO NON S C R I P T I S
HABENTVR T I T . V I I I .IV L I A N V S libro septuagesimo octauo Dige-
rōrum^f

b August. 31. 4. cm.
cap. 3.
c legatum libi

I^b Q u i s hereditatem vel legatum^c adscriperit, quāri-
stur, an hereditas vel legatum pro non scripto habeatur. &
quid si substitutum habeat huiusmodi institutio. respon-
dit pars hereditatis, de qua me cōsulisti, ad substitutū per-
tinet. nam senatus, cum pœnas legis Corneliae constitueret
aduersus eum qui sibi hereditatem vel legatum scripsisset, eo-
dem modo improbatæ videtur, quo improbatæ sunt illæ,
d habetur,
e essent.
f Coniunge l. in se-
famene 27. de condi-
cio. qd dem-
gunt,
h intellegetur
i esse
k valere.
l Legatum autem in
causam alimentorum
damnum in metallū
idcirco valeat, quia in
facto magis, quam in
ire confessus d. lega-
tum. de cap. d. min.
sup.

QVA EX PARTE M E T I T I V S H E R E D E M S C R I-
P T V M I N T A B U L I S S V I S R E C I T A V E R I T , E X E A
PARTE H E R E S E T O . vt perinde haberentur^d, ac si in-
sertæ testamento non fuissent^e.

I. ALFEN V S V A R V S libro quinto Digestorum^g
QVæ fin testamento scripta essent^h, neque intellegerenturⁱ
quid significarent: ea perinde sunt^j ac si scripta non es-
sent. reliqua autem per seipſa valent^k.

III. M A R C I A N V S libro vndecimo Institutio-
num^l

Sin metallum damnato quid extra causam^m alimentorum
relictum fuerit: pro non scripto est, nec ad fiscum pertinet.
nam

nam poenæ seruus est, non Cæsar. & ita Diuus Pius rescripsit. Sed et si post testamentum factum heres institutus vel legatarius in metallum datus sit, ad fiscum non pertinet. Item ad damnatus sit, si seruo alieno quid legatum fuerit, & postea à testatore redemptus sit: legatum extinguitur. nam quæ in eam causam peruererunt, à qua incipere non poterant^b, pro non scriptis^b possunt, habentur.

IV. VLPIANVS libro tertio* decimo* ad legem IULIAM & Papiam¹

Seo tempore, quo alicui legatum adscribatur, in rebus humanis non erat: pro non scripto hoc habebitur^c. sed & e haberetur. si in hostium potestate erat, quo^d testamentum fiebat, ne- quo tempore que ab hostibus rediit: pro non scripto erit. & ita Julianus scribit.

V. PAVLVVS libro duodecimo Quæstionum¹
Qod quis sibi adscriperit, si alij restituere à testatore ius-
sus est: cum onere fideicommissum^e id apud heredem e fideicommissi remanet, quamvis pro non scripto esset^f. idem est & in testa-^f mento militis.

DE HIS QVAE VT^b INDIGNIS AVFER-
 RVTVR TIT. VIII.

Varia causa, ex quibus legatum auferitur.

MARCIANVS libro sexto Institutionum¹

DIUI Seuerus¹ & Antoninus rescriperunt, quasi indi-
gnum carere legato seu fideicommissio libertum¹, que
ei^k testamento patroni relicta erant¹, cum patronum suum post mortem eius quasi illicitæ mercis negotiatorem detulerat, quamvis & præmium^m meruit.

Impugnatio testimoni.

g De iis quibus ut
indignis legata au-
feruntur.
h velut

i Verus
k ex testamento
l fuerant,
m præmium liber-
tatis inceverit.

VI. IDEM libro vndecimo Institutionum¹

Avfertur hereditas ex asse, & ad fiscum pertinet, si eman-
cipatus filius contra tabulas bonorum possessionem pa-
tris ut præteritus petierit, & ex substitutione impuberis adie-
rit hereditatem. Item si quis contra mandata duxerit vxorem
ex ea prouincia in qua officium aliquidⁿ gerit: quod ei ex te-ⁿ aliquod
stamento vxoris adquisitum est, Diuui Seuerus & Antoninus
rescriperunt, retinere eum non posse: tamquam si tutor pu-
pillam contra decretum amplissimi ordinis in domum suam
duxisset. vtroque ergo casu, et si ex asse heres institutus adie-
rit hereditatem, fisco locus fit. nam quasi indigno ei auferitur
hereditas. per contrarium autem ducta tam ab eo qui offi-
cium in prouincia gerebat, quam à tutori illicite: magis est,

ut dicatur capere illam ex testamento: nec quasi indignam esse repellendam. idem erit, si quis viui ignorantis bona, vel partem bonorum alicuius cognati donauerit. nam quasi indigno auferitur.

III. ID EM libro quinto Regularium¹

Indignum esē Diuus Pius illum decreuit, vt & Marcellus libro duodecimo digestorū refert, qui manifestissime comprobatus est id egisse, vt per neglegentiam & culpam suā mulier, à qua heres institutus erat, moreretur.

III. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum²

^b Ex iure de ius s. ref. et.

PApianus^b libro quinto quæstionum ait, si quis vnum he redem quasi per falsum adscriptum accusauit: legatum ei non auferri à coherede relictum, quem non inquietauit.

V. PAULVS libro primo de Iure Fisci³

^c Querela inoffici: si digna est editio maiori, quia ad iniurium patrem spelleret: ac fuscum autem falsi, & non iure facti testimoni, alijs notam iniurant, quām testi-zeri.

il testamentum nō iure e consecutus,

^d Sophronij g acceperunt

kvtriusque

ē meruerit,

k admittetur

l voluntatem

POst legatum acceptum non tantum licebit falsum arguere testamentum: sed & non iure factum contendere. inofficium spelleret: ac fuscum autem dicere non permittitur. Ille qui non iure factum contendit, nec optinuit, non repellitur ab eo quod meruit. ergo qui legatum fecitus^e, postea falsum dixit, amittere debebit quod consecutus est. De eo verò, qui legatum accepit, si neget iure factum esse testamentum, Diuus Pius ita rescrispit. cognati Sophronis^f licet ab herede instituto acceperant^g legata, tamen si is eius condicionis fuerit visus, vt optinere hereditatem non possit, & iure intestati ad eos cognatos pertinet: petere hereditatem ipso iure poterūt. Prohibendi autem sint, an non: ex cuiusque^h persona, condicione, ætate, cognita causa à iudice constituendum erit.

Excusatio tutela.

Amittere id quod testamento meruitⁱ, & eum placuit, qui tutor datus excusauit se à tutela. sed si consecutus fuerit, non admittitur^k ad excusationem. diuersum puto in eo qui legatum tantum meruit, & à matre pupilli tutor petitus, excusare se maluit. hic enim nihil contra iudicium^l defuncti fecit. sed hoc legatum, quod tutori denegatur, non ad fiscum transferatur, sed filio relinquitur, cuius utilitates desertæ sunt.

Si pater accusauerit testamentum, vel dominus: denegabitur ei actio etiā meius, quod filio eius vel seruo legatum est, si ad ipsos emolumenntum rei peruenturum est. quod si personam illorum spectet, diuersum dicendum est. Si seruum suum rogatus sit manumittere, qui legatum meruit, vel etiam ipsi seruo utrumque datum sit: dicendum est, non debere obesse seruo factum domini, sed à fisco redimendum, vt manumittatur, si tamcn velit seruum vendere. quia non potest cogi, qui iudi-

- 5 iudicium spreuit defuncti. Si filius familias falsum accusauerit testamentum, videndum est, an denegari debeat actio patri. & puto, si inuito patre accusauit, non esse denegandam patri actionem. Si is, cui rogatus sum legatum restituere, falsum dixerit: restituere id fisco debebo. Qui accusauit falsum, heres legatario exsttit, vel heredi scripto. nihil huic nocere dicendum est, similis est ei & qui in officiosum dicit^a. Aetati eius, qui accusauit, ignoscitur. & maxime si tutor vel curator dicere falsum^b vel in officiosum velit. & ita imperatores Seuerus & Antoninus rescripsierunt. His verò^c qui testimonio suo intentionem accusatoris adiuuauerunt, deneganda est actio. idque^d Diuus Seuerus decreuit. Sunt qui putant, & rectè, & ei denegandam, qui accusatori adfuit, vel fideiusror pro eo exstiterit. Quidam & praesidem indignum putant, qui testamentum falsum pronuntiauit, si appellatione intercedente heres scriptus optinuit. Aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exsequitur, in omnibus officijs necessitas satis excusat. Qui principale testamentum arguit, & à secundis tabulis repellēdus est. item à codicillis ad testamentum factis, licet non confirmatis. non idem sequendum est si secundas tabulas vel codicillos coarguit. quia non vtrumque hoc casu improbasse videtur. An libertas ei seruo data, qui testimonio suo, infringere voluerit testamentum, auferri debeat, videndum est. fideicomissum vtique non est dignus consequi. & de libertate Diuus Pius iudicauit, esse ea priuādum.
- 12 Ei qui tutor datus est, non prodest ad excusationem quod falsum dixit, sed à legato remouetur. Qui mortis causa donationem accepit à testatore, non est similis in hac causa legatario. alia causa est eius qui propter testamentum à legatario vel à statulibero accipere iussus est. hic enim vt indignus repellitur. & Falcidiæ beneficiū heredi scripto auferri debere, Diuus Pius & Diuus Marcus putauerunt. Omnes, qui vt indigni repellentur^e, summouendi sunt à præmio, quod secundum^f edictum Diui Traiani datur his qui se deferunt.

V. MARCELLVS libro viceximo secundo Digestorum^g

R Escriptum est à principe, heredem rei, quam amouisset, quartam non retinere. & ideo si is qui quadringenta habebat, vniuersa quadringenta legauit, & heres centum subtraxisset: trecentorum quartam retinebit, septuaginta quinque scilicet: & ducenta vigintiquinque dabit legatariis. lex^h centum quæ subripuit, legatariis quidem dabit septuaginta quinque. reliqua, id est vigintiquinque, ad fiscum venient.

^a dixit.^b falsum testa-mentum^c quoque^d idemque diuus Verus, & Antoni-nus decreuerunt.^e repelluntur.^f Hoc edictum repe-te ex hoc ipso auctore L. editio, inscr. de in-fisc.

VII. M O D E S T I N V s libro sexto Differentiarum[¶]

QUi Titij testamentum falsum dixit, nec optinuit, heredi eius heres exsisteret prohibendus non est. quia non principaliter in Titij hereditatem succedit.

VIII. I D E M [¶]libro nono Regularum[¶]

Indigno herede pronuntiato, adempta hereditate, confusas actiones restituiri non oportet.

De inimicitiis.

VIII. V L P I A N V s libro quartodecimo ad legem

Iuliam & Papiam[¶]

Si inimicitiae capitales interuenierunt inter legatarium & testatorem, & verisimile esse coepit, testatorem noluisse legatum siue fideicommissum praestari ei cui adscriptum relictum est: magis est, ut legatum ab eo peti non possit. sed & si palam & aperte testatori maledixerit, & infastas voices aduersus eum iactauerit: idem erit dicendum. si autem^a status eius controversiam mouit, denegatur eius, quod testamento accepit, persecutio. ex qua specie statim fisco deferetur^b.

Tacite relictum incapaci.

X. G A I V s libro quintodecimo ad legem Iuliam & Papiam[¶]

In fraudem iuris fidem accommodat, qui vel id quod relinquitur, vel aliud tacite promittit restituturum se personae, quæ legibus ex testamento capere prohibetur: siue chirographum eo nomine dederit, siue nuda pollicitatione repromiserit. Si quis ei, qui capere possit, rogatus fuerit restituere, & is mortis tempore prohibetur legibus hoc capere: non dubito quin, et si deficit fideicommissum, apud eum tamen, qui rogatus est restituere, manere debet^c. quia nulla fraus eius interuenisse^d videtur: nisi si in futurum casum fidem accommodauit, id est ut licet capere legibus prohiberi coepit, restituat.

Recte dictum est, si pater^e filij, quem in potestate habebat, tacitam fidem interposuerit, non debere id filio nocere: quia parendi necessitatem habuerit^f.

XI. P A P I N I A N V S [¶]libro quintodecimo Quæstionum[¶]

Heres, qui tacitam fidem contra leges accommodauit, in ea parte, quæ^g fraudem adhibuit, Falcidiam non vtitur. & ita senatus censuit. sed si maior modus institutionis quā fraudis fuerit: quod ad Falcidiā attinet, de superfluo quarta retinebitur.

XII. I D E M [¶]libro sextodecimo Quæstionum[¶]

CVM quidam scripsisset heredes, quos instituere non potuerat: quamuis institutio non valeret, neque superiorius testa-

etiam

de desertus.

e. debat.

d. Observa non tam
daptū fraudandi,
quæ euentū futilari.
te pater filio.

e. Hac pertinet ele-
gas disperatio
xpud Gil. lib. 2. no. 11.
Act. 22. 7.

g. in qua

testamentum ruptum esset: heredibus tamen ut indignis, qui non habuerunt supremam voluntatem, abstulit iam pridem senatus hereditatem. quod Diuus Marcus in eius persona iudicauit, cuius nomen peracto testamento testator induxerat. causam enim ad præfectos ærarij misit. verum ab eo legata relictæ salua manserunt. de præceptionibus eidem datis voluntatis erit quæstio. & legatum ei non denegabitur: nisi hoc euidenter testatorem voluisse appareat.

Matrimonium cum adulteria.

xiii. IDEM [¶] libro trigesimo secundo Quætionum [¶]

Claudius Seleucus Papiniano suo salutem. Mæius in adulterio Semproniæ damnatus, eandem Semproniam non damnatam duxit uxorem: qui moriens heredein eam reliquit. quæro, an iustum matrimonium fuerit, & an mulier ad hereditatem admittatur. respondi, neque tale matrimonium stare, neque hereditatis lucrum ad mulierem ^a pertinere. sed quod relictum est, ad fiscum peruenire ^a. sed et si talis mulier virum heredem instituerit, & ab eo quasi ab indigno hereditatem auferri dicimus.

xiv. IDEM [¶] libro trigesimotertio Quætionum [¶]

Mulerem, quæ stupro cognita in contubernio militis fuit, et si sacramento miles solutus intra annum mortem obierit, non admitti ad testamentum iure militiae factum: & id quod relictum est, ad fiscum pertinere, proxime tibi respondi.

Impugnatio codicillorum.

xv. IDEM [¶] libro sexto Responsorum [¶]

Heredi, qui falsos codicillos esse dixit, neque optinuit, hereditas non aufertur. si tamen aliquid à colerede codicillis acceperit, eius actio denegabitur. itaque si bonorum inter heredes diuisionem defunctus codicillis fecerit: partes quidem hereditarias, in quibus legatum consistere non potuit, tenebit. sed Falcidiæ beneficio non vtetur, si tantum in amissis portionibus erit, quod Falcidiæ aequitate compensatio- nis recusat.

xvi. IDEM [¶] libro octavo Responsorum [¶]

CVM tabulis secundis pater impuberi filio fratribus filios coheredibus datis substituisset, ac substituti fratribus filij post mortem pueri matrem eius partus subiecti team postulasent, ut hereditatem patrui legitimam optinerent: victis auferendam esse partem hereditatis ex causa substitutionis respondi. quia ex testamento sententiam secundum se dictam non haberent.

De concubina.

Quoniam stuprum in ea contrahi non placuit, quæ se non patroni concubinam esse patitur: eius, qui concubinam habuit, quod testamento relictum est, actio non denegabitur. idque in testamento Coccei Cassiani clarissimi viri, qui Rufus ^a ingenuam honore^a pleno dilexerat, optimi maximiq; principes nostri iudicauerunt, cuius filiam, quam alumnam testamento Cassianus nepi coheredem datam appellauerat, vulgo quæsitam apparuit. Cum heredis nomine mutata voluntate pater familias incis tabulis ^b induxitisset, atque ideo fisco portionis emolumenatum adiudicatum fuisse: eam r̄m legatarii non obesse, qui retinuerant voluntatem, Diuo Marco placuit. & ideo cum suo onere fiscum succedere.

Vindicta defuncti onissa.

XVII. IDEM libro tertiodecimo Responorum[¶]

Heredem, qui sciens defuncti vindictam ^c insuperhabuit, fructus omnes restituere cogendum existimauit. nec probe desideraturum, actionem confusam restitui. deceptum autem ignoratione facti, bone fidei possessoris defensionem habitum, ante motam scilicet controuersiam, si ratio fructuum subducatur: nec improbe confusam actionem reddi postulaturum.

Tacitum fideicommissum incapaci relictum.

XVIII. IDEM libro quintodecimo Respon-

forum[¶]

EVm, qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit, eos quoque fructus, quos ante litem motam percepit, restituere cogendum respondi: quod bona fidei possessor fuisse non videtur. exemplo bonorum fisco vindicatorum. post motam ^d de tacito fideicommisso controuersiam, ante pretia fructuum percepta cum usuris esse restituenda respondi. sed omnium fructuum, quorum pretia percepta fuerat. quod si fructus in usu habuit ^e, eorum pretia tantum restitui satis erit. sed Diuus Seuerus bonorum tacite relictorum, circa distinctionem temporis, fructus dumtaxat deberi, non etiam usuras eorum benigne decreuit, quo iure vitur. Bonis uniuersis ex causa taciti fideicommissi fisco restitutis, ^f heredem onus artis alieni non spectare conuenit. nec aliud seruatur morte non defensa. si quid tamen ob aditam hereditatem actionibus aut seruitutibus confusis amiserit, auxilio ^g restitutionis non merebitur. Pro parte heres institutus, prædij legatum acceperat, & ^h in hereditate non capienti restituendi tacitum ministerium suscepserat. quamquam legatum pro ipsius parte non constitisset, ideoque portionem illam pro herede possideret: tamen ei prædium integrum effe relinquendum respon-

^a omitti, & insuperhabuit. Interpretatio est omitti, quæ explicavit verbum, insuperhabuit, ut supradictum est, in persona de religione & sumpfanet.

^d motam autem^e habuisset,^f ad heredem^g auxilium^h & hereditatem non

di. neque enim rationem^a iuris ac possessionis varietatē in-
ducere diuisiōnē voluntatis.

XVIII. PAVLV S libro sextodecimo Respon-
sorum

SI scriptis heredibus ideo hereditas ablata est, quod testa-
tor aliud testamentum mutata voluntate facere voluit, &
impeditus ab ipsis est: ab yniuerso iudicio priore recessisse eū
videri.

Vindicta omissa.

XX. HERMOGENIANVS libro tertio iuris Epi-
tomarum^b

EI qui mortem vxoris non defendit, vt indigno dos au-
fertur.

XXI. PAVLV S libro quinto Sententiarum^c

Portiones $\frac{1}{2}$ quæ eorum fisco vindicantur, qui mortem li-
bertorum suscep̄t̄ decedentium non defenderunt. omnes
enim heredes, vel eos qui loco heredis sunt officiose agere cir-
da defuncti vindictam conuenit.

De eo qui impugnat testamentum nomine alieno.

XXII. TRYPHONINVS libro quinto Disputa-
tionum^d

Tutorem^e, qui pupilli sui nomine falsum vel inofficio-
sum testamentum dixit, non^f perdere sua legata, si non
optinuerit, optima ratione defenditur. & filibertum patris
pupilli suo^g nomine capit is accusauerit, non repellit bono-
rum possessione contra tabulas: quia officij necessitas, & tu-
toris fides excusata esse debet. nec quisquam iudicum calum-
nia notabit tutorem, qui non suis simultatibus accusatio-
nem sub nomine pupilli instituit, sed coḡēt̄ fortē matre pu-
pilli, vel libertis patris instantibus. & si tutor reum ali-
quem postulauerit pupilli nomine, & ideo non sit exsecutus,
quod interim ad pubertatem pupillus peruererit: non oportet dici in Turpilianū eum senatusconsultum incidisse. dis-
creta sunt enim iura, quamvis plura in eandem personam
deuenerint: aliud tutoris, aliud legatarij. & cum non suæ
personæ iure, sed pupilli accusauerit: propriam poenam me-
teri non debet. denique pupillo relicta in eo testamento, nisi
a principe conseruata sint, pereunt. adeo ille est accusatoris
defensor, & quasi patronus. idem & Sabinus libris ad Vitel-
lium scriptit.

XXIII. GAIUS libro singulari de tacitis fideicom-
missis^h

SI quilibet heres ex cuiuscumque testamento tacite roga-
tus fuerit, vt quadranteim, quē legis Falcidiæ beneficio reti-
nuit, non capienti restituat: æque locus erit senatusconsulto.
neque

^b Continetur in libro
de peccatis.

^c Idem rescriptum
Severus & Antoninus
ann. 130. supr. de
inoff. test.

^d sive nomine

^e sive nomine

neque enim multum intererit inter tale fideicommissum, & cum quis id, quod ad se ex hereditate peruerterit, restituere rogatus sit.

XXIIII. PAPINIANVS libro octauodecimo

Questiōnum

a. Coniunge leſilio.

b. de leg. 1.

b. Hec nota non ad omnes ſpells, qui a patre non poſſent. Nā

quod legatū dānato

in metalium, pro non

ſcripto habetur, nec à

firſo vindicatur, etiā

ſi testator ſuperfet

ſit, l. penul. de iis que

pro non ſer. hab. Ex

Claudio tert. & con-

trario dicitur, ſi non

deceſſerit cui illicite

legatur, viua adhuc

teſtatore, & firſo lega-

tū ſuū vendicari. Pro-

inde ſi palam legatum

dānato in metalium,

relixi qui alioqui ca-

per non poſſit, illici-

te legatus non intelligi-

tur. Sed cū id ſi in

fraudem legū, ut ex

rogatu hinc dare,

& iſi fidē ſuū accep-

modati, in fraudem,

de iis que vi indiglo-

3. de in. b. Quia re

non tam confitit, quā

exiſtunt ſpectatūr. d.

3. ut merito ſi viuo

teſtature deceſſat qui

capere non poſſit,

ignor. ſi ut heredem

firſt, cum tempore mer-

tie capere poſſet, qui

teſtamentis ſallit rem

pare nō poſſuit Baro.

& firſo

d. Vlpianus

e. dies aut certus,

aut incertus,

f. vcl. Reſiliens

Flor. In qua ſigniſ-

rio verbī, vis, eſt val-

de obſervanda, &

obſeruata eſt ab Ale-

k. monum filiarum de-

terrā ſignific. lib. 2. di-

ſp. 2. c. 9. lib. 1. pa-

rerg. ea. 28. cū ſ. ob.

ſeruationibus addē inſigne hoc exemplum reſtitutum beneficio Flo.

g. ſcriptione. h. Significat diem lega-

torum cedere, ſimiliter reſi-

cipere, ſimiliter reſi-

Divisio condiciorum.

II. V L P I A N V libro quinto ad Sabinum¶

Condiciorum quædam sunt, quæ quandoque impleri posse a quocunque sunt etiam viuo testatore. vtputa si NAVIS EX ASIA VENERIT. nam quandoque venerit nauis, condicione paratum videtur. quædam, quæ non nisi post mortem testatoris: b Ut arbitria, sive potestatis eiusmodi sunt, ut rursum fieri non possint, sed semel tantum. l. hac condicio. infra eod. aut nisi testator se viuo impleri voluerit: voluntas enim eius precipuum locum in hac re semper habet. l. in conditionibus, infra eod.

III. I D E M libro sexto ad Sabinum¶

Optinuit impossibile condicione testamento adscriptas pro nullis habendas.

IV. P O M P O N I V S libro tertio ad Sabinum¶

Si his legatum est, quibus patronus legata præstat, tempore rare debet prætor codicione: ut & patrono & heredibus scriptis pro portione dentur condicione explenda gratia. Si ita scriptum sit, si IN QVINQVENNIO PROXIMO TITIO FILIUS NATVS NON ERIT, TVM DECEM SEIAE HERES DATO: si Titius ante mortuus sit, non statim Seiæ decem deberi: quia hic articulus tvm extremi f seto quinquennij tempus significat.

Quis possit condicione implere.

V. P A V L V S libro secundo ad Sabinum¶

Condicibus pupillus & sine tutoris auctoritate parere potest. nec quem moueri, quod expleta condicione necessarius heres aliquando esse potest. nam hoc iure potestatis fieri, non condicione expletæ. Item seruus vel filius familias sine iussu patris vel domini condicione implere possunt. quia eo facto nemo fraudatur.

De arbitrio.

VI. P O M P O N I V S libro tertio ad Sabinum¶

Multa testamento non committitur ab herede, vel legato, vel eo qui ex ultima voluntate aliquid lucratur, qui alicuius arbitriatu monumentum facere iussus sit, si is, cuius arbitrium est, non viuat, vel adesse non possit, aut reis arbitrii nolit.

Condicio impossibilis.

Si seruos certos quis manumisisset, heres esse iussus erat. h. qui manum quibusdam ex his ante mortuis, Neratius respōdit defici cum sūlet. condicione. nec aestimabat, pareri posset condicione, nec ne. sed Seruius respondit, cum ita esset scriptum, si FILIA ET MATER MEA VIVENT, altera iam mortua, non defici i viuer. condicione. idem est & apud Labeonem scriptum. Sabinus quoque & Cæsius, quasi impossibile eas condiciones in

testamento positas prout scriptis esse. quæ sententia admittenda est.

Cautio pro impleta conditione.

VII. V L P I A N V S libro octauodecimo ad Sabi-
num

a necessitas

b Sed in iis tantum, **M**vcianæ cautionis vtilitas^a consistit in condicionibus, quæ
que mortis legatiorum finiuntur. l. **T**OLIVM NON ASCEND X RIT. SI STICHVM NON
misiuri, infra, &c. non M A N V M I S E R I T, & in similibus. & ita Aristoni, & Nera-
autem in iis que
vno legatario, im-
pleri possunt. Lavia-
genuo, infid, cod. Ra-
tio differens est,
quia qua mortis lega-
tariorum finiuntur,
b esnat in sola volun-
tate & potestate le-
gatario eius: unde me-
ris petunt legatum,
ea condicione: quoniam non est cui caueat^c, non impediri
cum in eoru potestate
sit facere, vel non. A/
rverò ubi legaueris
vniuersitate pos-
sunt, non pendent ex
eorum voluntate &
potestate, sed ex eis
aliquo, &c. cœtu, qui
expeditadus est. In iu-
tame, que vno le-
gatario possunt im-
pleri, locum habet, si
id voluerit testator l.
cum tale. infid cod.
c caueatur,
d ipso adeunte
e ut eam

Min non faciendo sunt conceptæ. vtputa^b si in capi-
torum finiuntur. l. **T**OLIVM NON ASCEND X RIT. SI STICHVM NON
maritum suum, cui dotem promiserat, ita heredem scriberit
ex parte, si d o t e m , q u a m e i p r o m i s i , n e q u e
p e t i e r i t n e q u e e x e g e r i t : denuntiare eū posse
coheredi, paratum se accepto facere dotem, vel cauere. & ita
adire posse hereditatem. sed si ex assē sit institutus maritus sub
ea condicione: quoniam non est cui caueat^c, non impediri
eum, quo minus audeat hereditatē. nam iure ipso videtur im-
pleta condicio, eo quod non est, quem possit de dote conue-
nire ipse^d adeundo hereditatem.

Interpretatio voluntatis.

VIII. P O M P O N I V S libro quinto ad Sabinum

Si quis ita legauerit, D V M V X O R M E A C V M F I L I O
S E R I T, H E R E S M E V S E T T A N T V M D A T O : si cala-
titans patronum, de medio discessit, vt tamen consilium reti-
neret habendi secum liberos: deberi ei legatum Trebatius &
Labeo aiunt. quia non omne momentum exigendum sit, vt
cum liberis sit: sed si eam mentem, & id propositum habeat,
ne filium à semet dimittat, néve per eam sit, quo minus cum
ea filius educetur.

V I I I I . V L P I A N V S libro vicefimo ad Sabinum

SOlemus dicere eum, qui in tempus liberorum vxori legat,
de his non sensisse, quos iam tunc vxor habuit, cum te-
retur maritus.

Quo tempore impleri debeat conditio.

x. I D E M libro vicefimotertio ad Sabinum

HAec condicio F I L I A E M E A E C V M N V B S E R I T ta-
lis est, vt qui testatus est, impleri solummodo condicionē
voluerit: non f satis egerit, quando. & ideo & si viuo testa-
tore nupserit post testamentum factum, iNpleta condicio
videtur. præsertim cum cōdicio haec est, vt semel impleri
debeat. Sed enim non omnes coniunctiones implent condi-
tionem. puta enim nondum nubilis ætatis in domum mariti
deducta^e, non paruit condicioni. sed et si ei coniuncta fit,
cuius

^f non etiam satis
exigi, alias, satis
exegerit, quæ legatio
est recesserit.

g deductam,

Cuius nuptiis ei interdictum sit: idem dicemus. an tamen nubendo postea parere cōdicioni possit, quasi non nubserit, dubitari potest. & si testator de primo nuptiali iugo sensit, puto defectam condicione^a. benigne tamen dicendum est, nondum a conditione^a impletam condicionem defectam. Si sic legatum sit, si NAVIS EX ASIA VENERIT, & ignorate testatore nauis venerit testamenti facti tempore: dicendum, pro impleta haberi. Et si cui sic legatum est, CVM PYDES ERIT, simili modo hoc erit dicendum.

xi. P A V L V s libro quarto ad Sabinum[¶]

Si iam facta sint quæ condicionis loco ponuntur, & sciat testator: quæ iterum fieri possunt^b, exspectentur ut fiant, si verò nesciat, praesenti^c debeantur. Item sciendum est, promiscuas^d condiciones post mortem impleri oportere, si in hoc fiant, ut testamento pareatur: veluti, si CAPITOLIVM ASCENDERIT, & similia. non promiscuas, etiam viuo testatore existere posse: veluti, si TITIVS CONSUL FACTVS EVERIT.

Falsa causa non vitiat legatum.

xii. V L P I A N V s libro vicefimoquarto ad Sabinum[¶]

Si ita legatum sit, QVONIAM FILIVS MAIOR EX ARCA MEA DECEM SYSTVLIT, HERES MINOR FILIVS DECEM E MEDIO SVMITO, debetur legatum: quia idcirco relictum est, ut condicio filiorum ex aquaretur. & sane hæc causa est: nam^e causa in præteritum, poena in futurum confertur.

xiii. P A V L V s libro quinto ad Sabinum[¶]

Si fundus alicui legatus fuerit, si pupillo vel furioso pecuniā dedit: videtur explesse condicionem, curatori vel tutori dando.

xiii. P O M P O N I V S libro octauo ad Sabinum[¶]

TITIVS, SI STATVAS IN MVNICIPIO POSVERIT, HERES ESTO, si paratus est ponere, sed^f locus à municipibus ei non datur: Sabinus, Proculus, heredem eum fore: & in legato idem iuris esse dicunt.

De condicione nuptiarum.

xv. V L P I A N V s libro trigesimoquinto ad Sabinum[¶]

CVi^g fuerit sub hac condicione legatum, si IN FAMILIA NYBIS ISSET, videatur impleta condicio statim atque ducta est vxor: quamvis nondum in cubiculum mariti venerit. nuptias enim non concubitus, sed consensus facit^h.

b Nam si terē fieri non possunt, non est expectandum ut iterum fiant, & legata sub illis relicta pure debeantur. superiōris.
§ si sic legatum ibi, cum puber erit, &c. c. presenti die
d Quia in potestate accipientur sunt, & iterum fieri possunt que dicuntur arbitrii. iu fatto. inf. eodē

e namque causa al. namque causa

g Coniunge l.30. de reg. iiii.
a Præclarè in hanc sententiam Plutar. in preceptis cunib. in

Interpretatio testamēti.

XVI. C A I V libro primo de testamentis ad Edictum
Prætoris[¶]

a incurrit,

b oritur,

e quem so-

d interuenisset.

• Ratio est in l. cùm
tale. Si falsam cau-
sam in fid., est.

IN his, quæ extra testamentum incurrerent^a, possunt res ex bono & æquo interpretationem capere ea verò, quæ ex ipso testamento orerentur^b, necesse est secundum scripti iuri rationem expediri.

Defalsa demonstratione, & falsa causa.

XVII. I D E M libro secundo de legatis ad Edictum
Prætoris[¶]

Demonstratio falsa est, veluti si ita scriptū sit, **S E R V V M**
S T I C H V M, **Q V E M D E T I T I O E M I . F V N D**
V M T V S C V L A N V M, **Q V I M I H I A S E I O D O N A**
T V S E S T. nam si constat de quo homine, de quo fundo sen-
serit testator: ad rem non pertinet, si is, quem^c emisſe significauit, donatus esset, aut quem donatum sibi esse significauerat, emerit. Igitur & si ita seruus legatus sit, **S T I C H V M** **C O C V M**, **S T I C H V M** **S V T O R E M** **T I T I O** **L E G O**: licet neque coetus neque tutor sit, ad legatarium pertinebit, si de eo sensisse testatorem conuiciat, nam & si in persona legatarij designanda aliquid erratum fuerit, constat autem cui legare voluerit: perinde valet legatum, ac si nullus error interueniret^d. Quod autem iuris est in falsa demonstratione, hoc vel t-
magis est in falsa causa. veluti ita, **T I T I O** **F V N D V M** **D O**,
Q V I A **N E G O T I A** **M E A** **C V R A V I T**. item **F V N D V M**
T I T I V S **F I L I V S** **M E V S** **P R A E C I P I T O**, **Q V I A** **F R A**
T E R **E I V S** **I P S E** **E X** **A R C A** **T O T** **A V R E O S** **S V M**
P S I T. licet enim frater huius pecuniā ex arca non sumpsit, vtile legatum est. at si condicionaliter concepta fit causa, ve-
luti hoc modo, **T I T I O**, **S I** **N E G O T I A** **M E A** **C V R A**
V I T, **F V N D V M** **D O**: **T I T I V S** **F I L I V S** **M E V S**, **S I**
F R A T E R **E I V S** **C E N T V M** **E X** **A R C A** **S V M P S I T**,
F V N D V M **P R A E C I P I T O**: ita vtile erit legatum, si & ille
negotia curavit, & huius frater centum ex arca sumpsit.

Quod si cui in hoc legatum fit, vt ex eo aliquid faceret, ve-
luti monumentum testatori, vel opus, aut epulum municipi-
bus faceret, vel ex eo vt partem alij restitueret: sub modo lega-
tum videtur.

Cautio Mutiana præstatur iis quorum interest.

XVIII. I D E M libro octauodecimo ad Edictum
provincialē[¶]

IS cui sub conditione non faciendi aliquid relictum est,
Lei scilicet cauere debet Muciana cautione, ad quem iure ci-
uili deficiente condicione hoc legatum, eāc hereditas perti-
nere potest.

Voluntas

Voluntas defuncti.

XVIII. VLPIANVS libro quinto Disputatio-
num¹

IN conditionibus primum locum voluntas defuncti optinet,
eaque regit condiciones. denique & in ea condicione, si
FILIA MEA CVM TITIO NVPTA ERIT, placuit non
semper mortis tempus obseruari, sed voluntate patrocinante
tardius produci.

*Condicio que tacite inest, si exprimatur, legatum conditionale
non facit, nisi testator aliter voluerit.*

Hæc scriptura, si PRIMVS HERES ERIT, DAMNA^a S^b ESTO DARE, pro condicione non est accipienda. magis enim demonstrauit testator quando legatum debetur, quam condicione inseruit. nisi forte hoc animo fuerat testator, vt faceret condicione. proinde nec illud dicendum erit facere condicione, QVID QVID MIHI EPHESSI OPORTET DARI, HOC DO LEGO. Sed si sic leget, si PRIMVS MIHI HERES NON ERIT, DAMNAS ESTO SECUNDVS DARE, & Primus heres exstittit: legatum non debebitur. si Primus adierit cum Secundo, non exstittit condicione, nequaquam ambigendū est. Si patronus contra tabulas bonorum possessione accepta debitam portionem occupet: legata, quæ sic data sunt, si PATRONVS HERES NON ERIT, non debet coheres patroni præstare. Si à Primo ita legatum est, si SECUNDVS HERES NON ERIT, VIGINTI TITIO DATO: simil modo à Secundo eidem Titio ita legatum est, si PRIMVS HERES NON ERIT, & ambo heredes exstiterint: legati condicio deficiet. si alter heres exstittit, alter heres non exstittit: legatum debebitur.^c sed si

XX. MARCELLVS apud Iulianum libro vicesimo-
ptimo Digestorum notat

NON dubitamus quin turpes condiciones remittendæ sunt.
quo in numero plerumque sunt etiam iusurandi.

Differentia conditionum iuris & facti.

XXI. IULIANVS libro trigesimoprimo Dige-
storum¹

MUltum interest, condicio facti^d an iuris^e esset. nam huiusmodi cōdiciones, si NAVIS EX ASIA VENERIT, si TITIVS CONSUL FACTVS ERIT, quamvis impletæ essent, impedient heredem circa adeundam hereditatem, quamdiu ignoraret eas impletas esse. quæ vero ex iure venient, in his nihil amplius exigendum, quam ut impletæ sint: veluti si quis se filium familias existimat, cū sit pater familias:

^d Quenisi ex facto scriptura testatur, iure eiuli non inest.
^e Que eiū testatur adiecit an si, tam vi & potestato iurius inest.

poterit adquirere hereditatē. quare & ex parte heres scriptus, qui ignorat an tabulæ testamenti apertæ sint, adīte hereditatē poterit.

x x i i . I D E M libro trigesimoquinto Digestorum[¶]

Quotiens sub condicione mulieri legatur, si non nubserit, & eiusdem fidei commissum sit, ut Titio restituatur, si nubbat: commode statuitur, & si nubserit, legatū eam petere posse, & non esse cogendam fideicommissum præstare.

Condicio non potest scindi, si pro solidō potest impleri.

x x i i i . I D E M libro quadragesimo tertio Digestorum[¶]

Qui duobus heredibus decem dare iussus est, * & * fundū sibi habere, verius est, ut conditionem scindere non possit: ne etiam legatum scindatur. igitur quamvis alteri quinque dederit, nullam partem fundi vindicabit: nisi alteri quoque adeunte hereditatem reliqua quinque numerauerit: aut illo omittente hereditatem, ei, qui solus adierit hereditatem, tota decem dederit.

x x i i i i . I D E M libro quinquagesimoquinto Digestorum[¶]

Iure^a ciuili receptum est, quotiens perecum, cuius interest^b conditionem impleri^c, fit quo minus impleatur: vt perinde habeatur, ac si impleta condicio fuisset. quod plerique & ad legata & ad heredum institutiones perduxerunt. quibus ex exemplis stipulationes quoque committi quidam recte putaverunt, cum per promissorem factum esset, quo minus stipulator condicione pareret.

Voluntatis conjectura.

x x v . I D E M libro sexagesimo nono Digestorum[¶]

CVM^d vir uxori, quandoque^e liberos habebit, fundum legat^f: si mulier diuortio facto liberos ex alio procreauerit, deinde soluto secundo matrimonio ad priorem maritum redierit: non intellegitur expleta condicio. quod testatorem verisimile non est de his liberis sensisse, qui se viuo ex alio suscepisti fuissent^g.

Condicio iurisfandandi.

x x vi . I D E M libro octogesimo secundo Digestorum[¶]

HAECscriptura, SI VIGINTI DEDERIT, AVT IVERIT SE ALIQUID FACTVRVM, unam conditionem exprimit habentem duas partes. quare^h si quicumque heres scriptus erit sub condicione, si iurauerit se decēdaturum, aut monumentum facturum: quamvis verbis editi ad hereditatem vel legatum admittatur, tamē compellitur facere id quod facturum se iurare iussus est, solo iure iurando remisso.

a Cenius *ca. 161.*
de reg. iur.

b Quia emolumen-
tum ab quid est per-
ceperimus foris acci-
pit pecunia, vel fun-
dum qui conditione
extinxitur. Quatenus
autem est aliquid da-
turus, vel facturus
implera conditione,
quod oneri aut incom-
modo ei futurum est,
eius interēs condicio-
nem non implēxi. *i.*

in iure, de reg. iur. vi
si quae institutae sit
heres, si duxerit Ti-
tici: Tiis autem inter-
fit, que opulenta est,
nec nubere illi qui
*panper est, & dissi-*ci*culis moribus, ac*
proinde nubere nolit.

c Malè Halan, le-
giō nō impleri. *Aug.*
li. 4. emend. ca. 17.

d Coniuge *l. 26. de*
fact. hom. l. 23. de
capt.

e quandocunque
legauit:

g Est, igitur condi-
cio verbis quidē im-
plēta sit, voluntatis
tamē ratio passim
habenda est. *l. in con-*
sitionibus supr. ec.

Ius accrescendi transmititur ad heredes.

Cum eadem res alteri pure alteri sub condicione legatur, aut cum alter pure alter sub condicione heres scriptus est: pars legati vel hereditatis deficiente condicione ad crescere etiam hereditati eius, cui pure legatum vel hereditas data est. si tamen hereditas eius adita fuerit.

Benigna interpretatio voluntatis.

X X V I I. ALFENVS ^{IVARVS} libro quinto Digeritorum

IN^a testamento quidam seruus erat, ut sibi monumentum ad exemplum eius, quod in via Salaria esset Publij Septimij Demetrij fieret; nisi factū esset, heredes magna pecunia multarebantur. & cum id monumentū Publij Septimij Demetrij nul- lum repperiebatur, sed Publij Septimij Damæ erat, ad quod exemplum suspicabatur eum, qui testamentum fecerat, monum- mentum sibi fieri voluisse: quarebant heredes, cuiusmodi monumentum se facere oporteret. & si ob eam rem nullum monumentum fecissent, quia non repperirent ad quod exem- plum facerent, num poena tenerentur respondit, si intellege- retur quod monumentum demonstrare voluisse is qui testa- mentum fecisset: tametsi in scriptura non^b tum esset: tamen ad id, quod ille scđemōstrare animo sensisset, fieri debere. si au- tem voluntas eius ignoraretur, poenam quideam nullam vim habere: quoniā ad quod exemplum fieri iussisset, id nusquam extaret. monumentum tamē omnimodo secundum substan- tiam & dignitatem defuncti extruere debere.

X X V I I I. PAVLVS ^{IV} libro secundo Epitomarum

Alfeni Digeritorum

Filiæ suæ ita quis legauit, **S I A T T I A F I L I A M E A** ARBITRATV LV CII TITII NVB SERITE, EI TOT HERES MEVS DATO. Titiō ante testatorem mortuo Attia nubserat. quarebatur, an legatum ei deberetur. respondit, deberi.

Vna species loco alterius succedit ex voluntate defuncti.

A T T I A V X O R M E A O P T A T O P H I L A R G Y R V M PVĒRVM, AGATHEAM ANCILLAM, QVI MEI E- f Hoc verū est in ex- RVNT CVM MORIAR. is qui testamentū fecit, Agatheam quam testamenti tempore habuit vendidit: & postea ancillas emit: ex his vni Agatheæ nomen imposuit. quæsum est, an hæc legata videretur. respondit, legatam videri.

X X V I I I I. IVLIANVS ^{IV} libro primo ad Urseium

Ferocem

HAec condicio, s i I N C A P I T O L I V M A S C E N D E- R I T, sic recipienda est, sicut p̄m̄ potuerit capitulo ascendere.

Ius accrescendi.

x x x . I D E M libro primo ex Minicio¹

SI separatum mihi totus fundus pure, tibi sub condicione legatus fuerit, & tu decesseris antequam condicio existiterit: non habeo necessitatem implere cōdicionem: vt pote cum etiam si condicio defecerit, pars, quam vindicaturus eras, mihi ad crescatur.

An sufficiat per legatarium non stare, quo minus conditio impleatur.

x x x i . A F R I C A N V s libro secundo Quæstionum²

IN testamento ita erat scriptum, STICHVS ET PAMPHILA LIBERI SVNTO. ET SI IN MATRIMONIVM COIERINT, HERES MEVS HIS CENTVM DARE DAMNAS ESTO. Stichus ante apertas tabulas decessit. respondit, partem Stichi defectam esse. sed & Pamphilam defectam condicione videri. ideoq; partem eius apud heredem remansuram. sed et si vterq; viueret, & Stichus nollet eam vxorem ducere, cum mulier parata esset nubere: illi quidem legatum deberetur^a. Stichi autem portio^b inutilis siebat. nam cu vni ita legatum fit, TITIO, SI SE IAM VXOREM DVXERIT, HERES MEVS CENTVM DATO: si quidem Seia moriatur, defectus^c condicione intellegitur^d. at si ipse decedat, nihil ad heredem suum eum transmittere: quia morte eius condicio defecisse intellegitur. vtroque autem viuente, si quidem ipse nolit vxorem ducere: quia ipsius factio condicio deficit, nihil ex legato consequitur^e. muliere autem nolente nubere, cum ipse paratus esset, legatum ei debetur^f.

De rationibus reddendis.

x x x ii . I D E M libro nono Quæstionum²

QVamuis rationes reddere nihil aliud sit, quam reliqua soluere: tamen si & statuliberi & heredis culpa, sine fraude tamen serui, minus solutum fit, & bona fide redditas esse rationes existimatum fuerit, liberum fore. & nisi ita obseruetur, neminem qui sub condicione ita manumissus esset, virtuquam ad libertatem peruenturum, si per iNprudentiam minus solutum esset. hæc ita accipienda ait, si quando is quidem rationes reddere iussus fit, per aliquem errorem sine dolo male ita rationes ediderit^g, vt dominus quoque circa computationem erraret.

De falsa demonstratione.

x x x iii . M A R C I A N V s libro sexto Institutio-
nūm^h

Falsa demonstratio neque legatario neque fideicommissario nocet, neque heredi instituto^h. veluti si fratrem dixerit, vel sororem vel nepotem vel quodlibet aliudⁱ. & hoc ita iu-

^adeberi,
^bportionem inutili-
lem fieri,

^cdefectum
^dintelligi.

^eetum consequi.
^fdeberi.

^greddiderit. Err
zu eodem verbo fuit
Lnon solùm. q. is qui
reddere. supr. de lib.
leg.

^hNec in controvelli-
bus, stipulatori. l. si
discretio infi. de ver.
obl.
i tale.

ris ciuilis ratione & constitutionibus Diuorum Seueri & Antonini cautum est. Sed si controuersia sit de nomine inter plures: qui probaberit sensisse de se defunctum, ille admittetur.

De iure aureorum annulorum.

- Sed si cui quasi liberto, id est, inter libertos legatum fuerit: non idcirco legatum amittit, quia postea anulos ab Imperatore acceperit. nam honor eius auctus est, non condicio mutata. & ita Diui Seuerus & Antoninus rescribserunt.

Sermo pluralis resolutur in singularem.

- Si quis legauerit rem ita, si mortis tempore eius erit, nec tunc eius inuenitur: nec aestimatio eius legari videbitur. quid alegata ergo si quis ita scribserit, STICHVM ET PAMPHILVM TITIO DO LEGO, SI MEI ERVNT CVM MORIAR, & vnum ex his alienauerit? an vel alter possit a legatario vindicari? placet vindicari. nam hunc sermonem, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atq; si separatim dixisset, STICHVM SI MEVS ERIT CVM^b MORIAR.

^b cum moriar. Pa-
plum, si meus e-
rit, cum moriar.

De demonstratione.

XXXIIII. FLORENTINVS libro undecimo In-
stitutionum

- Nominatim alicui legatur^d ita, LVCIO TITIO. an per demonstrationem corporis vel artificij vel officij vel necesse situdinis vel adfinitatis, nihil interest. nam demonstratio plerunque vice nominis fungitur. nec interest, falsa an vera sit, si certum sit, quem testator demonstrauerit. Inter demonstrationem & conditionem hoc interest: quod demonstratio plerumq; factam rem ostendit, condicio futuram.

XXXV. POMPONIVS libro singulari Regula-
rum

- Euissima libertatis condicio ea intellegenda est, quae ad libertatem perducit, quamuis natura grauior & durior sit.

Condicio casualis potest quandocumque impleri.

XXXVI. MARCELLVS libro singulari Respon-
sorum

- Pvblius Maeius testamento suo ita cavit, QVIS QVIS MIHI HERES HERedesve erunt: DO LEGO, FIDEIQVE FORVM COMMITTO, VTIDENT GAIOS EIO SORORIS MEAE FILIO IN HONOREM CONSULATVS QVADRINGENTA. viuo Mae- uio Seius consul designatus est, & munus edidit. deinde ex Kalendis Ianuariis consulatum ingressus est, atque ita Mae- ffectacorum: quod Accursum hic sepe lis. Auguad Medebo.

Coniectura voluntatis.

Titiā codicillis de prædiis, quæ testamento Septiciæ reliquerat, ita cavit, A TE PETO SEPTICIA, VT FILIO MEO, CVM ANNORVM SEDECIM ESSET^a, Eadem PRAEDIA RESTITVERES^b. QVOD SI FILIVS MEVS SEDECIM ANNOS NON IMPLERET, PETO VTI REDDAS EA, RESTITVAS PVBLIO MAEVIO ET GAIO CORNELIO. quero, cum Septicia deceperit, deinde filius quintumdecimum annum a-gens defunctus sit: an repræsentetur fideicommissum quinto-decimo anno impleto: & heredes Septiciæ restituere id Pūblio Maevio & Gaio Cornelio debeant. Marcellus respondit, Septiciam ius, quod in his prædiis habuisset, heredi suo reliquisse. etenim videri contravoluntatem testatrixis^c representacionem fideicommissi desiderari, vt amplius ad substitutos perueniat, quam ad puerum peruenire vel à Septicia vel ab heredibus potuisset. & verba quidem videntur^d representare fideicommissum. sed non est verisimile, vt maturius voluerit testatrix ad substitutos id transferre. nec quicquam mutat^e, quod Septicia ante decepsit. nam etsi puer viueret, nō prius Septiciæ heredes quam Septicia possent conueniri.

XXXVII. PAVLVS libro singulari ad legem Fusiam Caniniam^f

ICUM hoc capite pugnas. I. si quis quos
superde legat. 2. nisi di-
f dicamus legati re-
tensionem esse, nō pe-
titionem. l. Lucius. 5.
Scavola. de leg. 2.
g scribit.
h aliquid

Si quis eum, quem ipse manumittere non poterat, legauerit sita, vt eum legatarius manumitteret: et si à legato non repel latur, non est compellendus vt manumittat. quoniam totiens secundum voluntatem testatoris facere compellitur, quotiens contra legem nihil sit futurum. idque Neratius scribit^g. & tamen à legato non esse eum repellendum: quoniam magis legatarium aliquid^h commodum testator in hoc seruo, quam heredem habere voluisse.

XXXVIII. IDEM libro singulari de iure Codicilorumⁱ

SIta scribsero, QVANTVM CODICILLI'S TITIO LEGAVERO: licet codicillis legatum explicitetur, tamen ex testamento valet, solaq; quantitas in codicillo^k delata est. nam & apud veteres legata tália fuere. QVANTVM ET PER EPISTVLAM SCRIBSERO: QVANTVM EX ILLA^l ACTIONE DETRAXERO, HERES DATO.

XXXIX. IAVOLENVS libro primo ex Posterioribus. Labeonis^m

QVæ condicio ad genusⁿ personarum, non ad certas & no-
tas personas pertineat, eam existimamus totius esse te-
stamenti, & ad omnes heredes institutos^o pertinere. at quæ
condicio

merit,
brevis.

e testatoris

d videri

o mutare,

hola
k codicillos
lalia
m Us heredes mei
Titis dñe centum, fi
manie ex Asia vene-
rit.
n Sunt institutos, sive
substitutos: nam no-
mine institutorum
pari, comprehendens
heredes, sup. de
vob. & pup. subfin-

condicio ad certas personas accommodata fuerit, eam referre debemus ad eum dum itaxat gradum, quo haec personae instituta fuerunt. Cum ^{ital} in testamento scriptum erat, **v r**
A L I Q V I D I N F O R O F I A T, neque adscriptum erat, in quo foro: Labeo ait, si non appareat quid mortuus senserit: in eius municipij foro faciendum, in quo is qui testamentum fecerit, domicilium habuerit. quam sententiam ego quoque probo.

X L. IDEM libro secundo ex Posterioribus Labeonis!

Qibus diebus vicinus tuuste via publica, cum ad parentum condicionare velles, ire prohibuerit, nec per testaret^a, quo ministris agendo ob calumnias eum summoueas: hi dies condicioni non imputabuntur.

Interpretatio verborum.

1 **Quidam** ita legauerat, **S I P V B L I V S C O R N E L I V S I M P E N S A M , Q V A M I N F V N D V M S E I A N V M F E C I , H E R E D I M E O D E D E R I T : T V M * H E R E S M E V \$ P V B L I O C O R N E L I O F V N D V M S E I A N V M D A T O .** Cascellius aiebat, etiam pretium fundi dari debere. Ofilius impensa verbo negat pretium significari: sed eos dumtaxat sumptus, quos in eum posteaquam emptus esset fecit. idem Cinna scribit: adiecto eo, quod non deductis fructibus impensarum ratio haberi debeat. & hoc magis verum puto.

Condicio apposita in quacunque parte testamenti, reddit conditionale legatum.

2 **Quidam** Titio centum legauerat, deinde infra ita iusserat, **Q V A S P E C V N I A S C V I Q V E L E G A V I , E A S H E R E S M E V S , S I M A T E R M E A M O R I T V R , D A T O .** mortuo patrefamilias Titius vixerat: & viua matrefamilias deceperat. mortua matre heredibus Titij legatum deberi Ofilius respondit: quoniam non sub condicione esset legatum, sed ante legatum pure, deinde dies soluendi adiecta. videamus, inquit Labeo, ne id falsum sit: quia nihil intersit, utrum ita scribatur, **Q V A S P E C V N I A S C V I Q V E L E G A V I , E A S H E R E S M E V S , S I M A T E R M E A M O R I T V R , D A T O :** an ita, **N I S I M A T E R M E A M O R I T V R , N E D A T O .** utrubiique enim sub condicione^b vel datum vel ademptum esse legatum. Labeonis responsum probo.

Appellatione debiti continetur naturale, ex conjectura voluntatis.

3 Dominus seruo aureos quinque sic legauerat, **H E R E S M E V S S T I C H O S E R V O M E O , Q V E M T E S T A M E N T O L I B E R V M E S S E I V S S I , A V R E O S Q V I N Q V E , Q V O S I N T A B U L I S D E B E O , D A T O .** nihil seruo legatum

legatum esse, Namusa Seruium respondisse scribit: quia dominus seruo nihil debere potuisset. ego puto secundum mentem testatoris naturale magis quam ciuile debitum spectandum esse: & eo iure vtimur.

Falsa demonstratio certe rei legatum non vitiat.

*Qui dotalem fundum nullū habebat, ita legauerat, FVN- 4
DVM CORNELIANVM, QVEMILLA MHI D OTI
D EDIT, FI HERES DATO. *Labeo, *Ofilius, Treba-
tius responderunt, fundum nihilo minus legatum esse: quia
cum fundus Cornelianus in rerum natura sit, demonstratio
falsa legatum non peremit.*

Modus legato ascriptus.

a Thermius ^{ad.}
Thermidus

*Thermus² Minor, quorum arbitratu monumentum sibi fieri veller, testamento scriberat: deinde ita legauerat: LV-
CIIS, PVBLIIS, CORNELIIS AD MONUMENTVM
MEVM AEDIFICANDVM MILLE HERES MEVS
DATO. Trebatius respondit, pro eo habendum, ac^b si ita legatum esset, si satisdissent se ita id monumentum ex ea pecunia facturos. Labeo Trebatij sententiam probat: quia haec mens testantis fuisset, vt ea pecunia in monumentum consumaretur. idem & ego & Proculus probamus.*

*XLI. VLPIANVS libro trigesimoquarto ad Edictum¹
Legata sub condicione relicita non statim, sed cum condicio exstiterit, deberi incipiunt. ideoque interim delegari non potuerunt⁴.*

*XLI. AFRICANVS libro secundo Quæstionum¹
Filio familiæ legatum est sub hac condicione, si in potestate patris mansisset. magis patri legatum videri ait, & patre suo nomine legati petere. Idem iuris esse, & si seruo similiter legetur. argumentum rei est, quod et si cibaria seruis Titij legentur, procul dubio domini est, non seruorum legatum.*

Conditionis diuiso.

XLI. PAVLVVS libro octauo ad Plautium¹

*PLautius: rogatus est heres à liberto testatore, vt perceptis
fibi decem totam hereditatem reuenderet⁵. postea a patro-
nus defuncti bonorum possessionem contra tabulas petierat,
& partem hereditatis quæ debebatur, abstulerat. Proculus,
⁶Cassius, fideicommissarium pro rata quod soluit repetere
debere aiunt. Paulus⁷: hoc iure vtimur. nam quemadmodum
præstatione fideicommissorum & legatorum heres exonera-
tur per prætorem: ita etiam ipse partem consequi debet. Di-
uersum est, si Falcidia interueniat, & minuat legatum. nam
his casibus nihil repetetur: quia in solidum condicioni pare-
tur. Item scinditur ius dandi, si is, cui legatum est, non potest
partem*

b Non hinc sequitur
legatum huc esse con-
ditionale: quia condi-
cio hec exsistens,
non ex ipso testame-
nit, remansit.
infra. es. sim. ne, f. se-
fatur quidem hanc
conditionem expre-
ssum, legatum est con-
ditionale. arg. l. mu-
so. q. sub conditione.
supr. de tunc. & huc
pertinet. l. cum in te-
stamente. infra. de fi-
deicommissilibus.
c legari. Restius est
delegari auctore co-
Vlp. s. Sticham. q.
l. de non.
d poterunt.
e Coniunge l. f. filii.
familiæ. de donis.

f perceptis
gei venderet, ali.
redderet.

h & Cassius
i Paulus respôdit:

partem hereditatis sibi relictam totam capere. nam verius est, partem eum præstare debere, partem illos, qui auferunt ab eo quod plus relictum est, quām à lege conceditur. Nera-tius libro primo responsorum scribit ex duobus scriptis here-dibus si vñus rogatus sit tibi hereditatem restituere, tu Titio certam summam dare, & beneficio legis Falcidiæ in restituen-do heres vtatur: quanto minus tibi præstiterit, tanto minus te Titio præstare nō esse iniquum.

Quomodo implenda sit conditio.

X L I I I . I D E M libro nono ad Plautium!

Qui heredi dare iussus est, seruo alieno instituto, non do-mino dare debet. nam & si alio herede instituto iussus est seruo Titij dare, ipsi seruo datur. quia quæ facti sunt, non transeunt ad dominum. quemadmodum si mihi aut seruo Titij stipulatus sim: nō Titio, sed seruo eius dari potest. & hęc vera sunt. Sed cū heredi dare iussus est, videamus ne domino dandum sit. & consequens est, & hic seruo dari. Certe statu-liber, quin domino dare debeat, non est dubium. contra qui domino debet dare, non implet condicione dando seruo eius: nisi si dominus consenserit. nemo enim in tali specie cōdicio-nem nesciente me vel nolente implere potest. Cum hereditas ex Trebelliano senatus consulto restituta est, heredi dan-dum est, vt impleatur condicio. ne hoc restituendum est ex causa fideicommissi. sed cum suspectam adiit, & restituit: dub-itabatur^a, an ei auferendum sit. & benignius est, & in hoc casu nihil ei auferri. Si autem me herede instituto controuer-sia mihi fiet hereditatis, si cauet legatarius euicta hereditate reddi legatum: & ipsi cauendum est^b reddi quod dedit. sed si iussus sis mihi decem dare, & accipere hereditatem ex senatus-consulto: decem tibi ex causa fideicommissi non restituam.

2. Si duorum seruo legatum sit sub condicione dandi, nō pos-se per partes condicione pareri quidam aiunt: sed semel dandā 3 pecuniam. sed ego contra puto. Si pars rei legatæ vsucpta sit, an in solidum parentū sit dubito. & potest dici, pro parte 4 parentum ex sententia testatoris. Plautius: yni ex heredibus fundum legauī^c, si centum heredibus dedisset. deducet suam partem hereditariam: & reliquam summam heredibus pro portione eorum dabit. At si heres ex parte ita institutus esset, si heredibus decem dedisset: non aliter esset heres, quām si to-ta decem coheredibus dedisset. quia nō ante ad hereditatem admitteretur, quām si omnem sumimam dedisset. nam cum & seruus testamento liber, & ex parte heres ita scriptus esset, si heredibus decem dedisset: constitit^d non aliter eum liberum heredemque futurum, quām si tota decem coheredibus de-disset. Paulus: hoc iure vñmur.

^a dubitatur,

^b cauendum est
de eo quod

^c legavit,

^d constitutus

X L V . IDEM libro sextodecimo ad Plautium¹

IVLianus ait, si heredi legatarius, cui sub condicione legatum²
erat si HEREDI DECEM DEDERIT. id quod ei de-
beret³, heres accepto tulisset: non quidē videri condicione pa-
ruiſſe quaſi dederit. sed quaſi per heredem ſtar quo minus pa-
reat, poſſe petere legatum, quaſi extiterit condicio.

Cedit dies conditionis ab adita hereditate.

X L VI . IDEM libro tertio ad Vitellium⁴

SI in⁵ diem exempli gratia centenimū⁶ imperatum eſt
statulibero, vt pecuniam ſolucret, neque initium teiporis
eius quod futurum eſſet, adſcriptum eſt: adita hereditate ce-
dere dies incipit, quia absurdum viſum eſt, antediem præteri-
re, quām iſi exiſteret, quem oportet⁷ accipere. & hoc in om-
nibus, qui heredi dare iuſſi ſunt, dicendum eſt. igitur & lega-
tario ex adita hereditate ad parendum condicione tempus cō-
putabitur⁸.

X L VII . MARCELLVS libro quartodecimo Di-
geſtorum⁹

f In alia hæc lex
conſigilior superiſſi.

SERUO¹⁰ libertatem ita dedit: ILL E SI MEVS ERIT, LI-
BER EST O. legatum vel hereditatem ſine condicione ei
dedit: deinde eum alienauit. debetur domino eius legatu vel
hereditas: & iuſſu eius adiri poterit. nam id expreſſit, ſi meus
erit in libertate danda. quo futurum erat, vt impediſetur li-
bertas etiam ſi expreſſum non eſſet. ſapenumero tamen mu-
tatur rei effectus: quamquam id expreſſerit testator, quod, et ſi
non feciſſet, in eſſet tamen.

X L VIII . IDEM libro quintodecimo Digeſto-
rum¹¹

g iſ, cui

NON putabam diem fideicomisſi veniſſe, cum ſextumde-
cimum annum ingressus fuifſet¹², cui erat relictum cum
ad annum ſextumdecimum perueniſſet. & ita etiam Aurelius
imperator Antoninus ad appellationem ex Germania iudicauit.

X L IX . CELSVS libro viceſimoſecundō Di-
geſtorum¹³

SI¹⁴ in¹⁵ i annos decem heres dare damnatus, aut quis liber
eſſe iuſſus eſt: nouiſſimo eius temporis die legatu debebi-
tur, & libertas obtingit.

Derationibus reddendis.

L. VLPIANVS libro primo de officio Consulis¹⁶

SI cui libertas data ſit directō ſub hac condicione, ſi ratio-
nes reddidiſſerit: arbitrum à consulibus Diuus Pius dari per-
mitit his verbis. Aditi à vobis ampliſſimi conſules arbitrum
dabunt, qui excuſis rationibus, non tantum que reliqua ſunt
Epaphroditī conſtituent, verumetia quas rationes, quaéque
inſtru-

b debebat, at.
debet,

b intra
e ita imperatum

d oportet

e imputabitur

f In alia hæc lex
conſigilior superiſſi.

g Coniungel. 23.
de statu lib.

i intr. Elen. me-
lior eſt: que reſer-
bus interperetibus
placuit, & conſi-
mavit ab Acc. iſſita
fuerit, §. vti. de ma-
numiſſi etiam cum cui
intr. annos decē li-
bertas relata eſt: ſta-
tum liber fieri potest,
non moriſſimus decē-
nū die: ut eū libertas
in decē annos relata
eſt. Ad alios: igitur,
eo Baro non relata
legemne inca.

instrumenta tradere aut exhibere dominis suis debeat. cuius sententia cum fuerit factum, non impedietur Epaphrodit libertas.

Differentia libertatis & legati.

L I . M O D E S T I N V S libro quinto differen-

tiarum[¶]

SVb^a diuersis condicionibus disiunctim positis liber esse iussus, eam conditionem eligere potest, quæ sibi leuior esse videbitur. legato verò eo modo relicto legatarium nouissimæ condicioni parere oportet. Heredi decem dare iussus, & liber esse, & heredis heredi dando perueniet ad libertatem, quod non similiter in legatarij persona custodiri Publicius scribit.

a Si legatum sit sub diversis conditionibus disiunctim possumus id est potest in diversis partibus seu statimenti, nouissima est parendum, ut hinc quod si legatum sit sub conditionibus disiunctis quidem per continuationem disiunctum, sed in eadem parte testamenti, parendum est custos hereditatis si heredi de conditione iussus sufficiat.

L II . I D E M libro septimo Differentiarum[¶]

Nonnumquā^b cōtingit, ut quædam nominatim expressa officiant, quāvis omisla tacite intellegi potuissent, nec essent offutura. quod euenit, si alicui ita legatur: **T I T I O D E C E M D O L E G O , S I M A E V I V S C A P I T O L I V M A S C E N D E R I T :** nam quamuis in arbitrio Mæuij sit, an capitolium ascendet, & velit efficere ut Titio legatū debeatur: non tamen poterit aliis verbis utiliter legari, **S I M A E V I V S V O L V E R I T , T I T I O D E C E M D O .** nam in alienam voluntatem conferri legatum non potest. inde^c dictum est, expressa nocet, non expressa non nocet.

c August. lib. 4. emen. cas. 15.

L III . I D E M libro singulari de eYreematicis[¶]

SI quis seruum liberum esse iusserit, si heredi rationes reddidisset, posteaque eum rationes reddere vetuerit, quasi puram facturus libertatem: competit^d ex testamento lib - d competit ei libertas.

Clausule vulgaris interpretatio.

L IV . I A V O L E N V S libro secundo ex Cassio[¶]

SI quis legata, quibus dies adposita non esset, annua, bimā, tripla die dari iussit: & alicui, cum pubes esset, pecuniam legauit^e. id quoque legatum annua, bimā, tripla die post pubertatem præstandum esse, in commentariis Gaij scriptum est: quia magis condicio quām dies legato adiecta esset. contra ego sentio. quia fere dies ponitur ad proroganda ea quæ ad præsens tempus, non etiam quæ in futurum legata sunt. diesque pubertatis habet aliquam temporis demonstrationem. Duobus eadem res, si heredi centum dedissent, legata est. si alter ex his quinquaginta dederit, partē legati consequetur. & pars eius qui non dederit, alteri cum sua condicione ad crescit^f.

e legasset.

f ad crescat.

Quomodo implenda sit conditio.

L V . I D E M libro tertiodecimo Epistularum[¶]

M Aeuius, cui fundus legatus est, si Callimacho, cum quo
testamenti factionem non habebat, ducenta dederit: con-
dicioni parere debet, & ducenta dare, vt ad eum legatus fun-
dus pertineat: licet nummos non faciat accipientis. quid enim
interest, vtrum tali personæ dare iubeatur, an aliquo loco po-
nere, vel in mare de Cicerone neq; enim illud, quod ad talem per-
sonam peruenturum est, testamenti nomine, sed mortis causa
capitur.

Conditio dandi an recipiat diuisiōnem.

L VI . I D E M libro quartodecimo Epistularum[¶]

C Vifundus legatus est, si decem dederit, partem fundi con-
sequi non potest, nisi totam pecuniam numerasset^a. dis-
similis est causa, cum duobus eadem res sub condicione lega-
ta est. in hac enim quæstione statim à testamento, quo pluri-
bus condicio adposita est, diuisa quoque in singulas personas
videri potest^b. & ideo singuli † cum sua parte & condicione
parere, & legatum capere possunt. nam quamvis summa vni-
uersæ condicione fit adscripta, enumeratione^c personarū po-
tent videri esse diuisa. in eo verò, quod vni sub condicione le-
gatum est, scindi ex accidenti condicio non debet: & omnis
numerus eorum, qui in locum eius substituuntur, pro singu-
larī persona est habendus.

L VII . P O M P O N I V S libro nono ad Quintum
Mucium[¶]

Q Væstitum est, an si iussus fuerit seruus quinque operas ex-
traneo dare, vt liber sit, condicio talis fit recipienda: vt
quemadmodum^d circa pecuniæ dationem dicitur, ita & circa
præstationē operarū dicamus. sed hoc iure vitimur, vt quem-
admodum dictum est, si pecuniā ex peculio suo det extraneo,
admitti eum ad libertatem: ita & si operā præstiterit, necesse
fit eum admitti ad libertatem. itaque^e & in proposito sapien-
ter faciet heres, si impederit eum, quo minus præstet & ope-
ras. hac enim ratione seruus perueniet quidem ad libertatem,
sed operis eius extraneus non vtetur.

L VIII . I D E M libro decimo ex Variis Lectionibus[¶]

S I ancillæ alienæ, cum ea nubissem, legatum fit, Proculus
Sait vtile legatum esse: quia possit manumissa nubere.

*Legatario mortuo, vel libertate priuato condicione pen-
dente, legatum extinguitur.*

L IX . V L P I A N V S libro tertiodecimo ad legem

Iuliam & Papiam[¶]

I Ntercidit legatū, si ea persona deceaserit, cui legatū est sub
condicione, quid ergo si non deceaserit, sed in ciuitate^c esse
de-

a numerarit.

b Nisi res sit eius-
modi, qua diuisiōne
non recipiat. l. pen.
infra, codem. & l. fi-
deicommissa. §. vii.
supr., de lega. 3.

† pro
e enumeratione
tamen

d quemadmodum
scindi

desierit? puta alicui legatum, si consul fuerit, & si in insulam deportatus est. nunquid non interim extinguitur legatum, quia restitui in ciuitate potest? quod probabilius esse arbitror. non idem erit dicendum, si ea poena in eum statuta fuerit, quæ irrogat seruitum: quia seruitus morti ad simulatur^a.

Divisio conditionum.

LX. PAVLVs libro septimo ad legem Iuliām & Papiam^l

IN factō consistentes cōdicionēs varietatē habent, & quasi tripartitam recipiunt diuisionē: ut quid detur, ut quid fiat, ut quid optingat. vel retro, ne detur, ne fiat, ne optingat. ex his, dantū faciendique cōdicionēs in personas collocātur aut ipsorum quibus quid relinquitur, aut aliorum. tertia^b species in euentu ponetur^c. Fiscus iisdem condicōnibus parere debet, quibus persona, à qua ad ipsum quod relictum est peruenit, sicut^d etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat.

^a assimilatur

Interpretatio voluntatis.

^b Itaque pessimū at-

^c ipse testatrix, siue ar-

^d bissaria. l. & nomen

^e s. fin autem aliquid

^f Cade caducello.

^g ponitur.

^d sic

LXI. VLPIANVSs libro octauo ad legem Iuliām & Papiam^l

Si vir vxori ad tempū liberorum legauerit, dubitari potest, san de his duntaxat filius sepsisset testator, qui post mortem eius nati fuissent. an^g &^h de his, qui viuo eo ab eo suscepiti fuissent post testamentum factum, cum manente matrimonio decepsisset. verū aequum est proficere, siue viuo marito siue post mortem nascatur^e.

^e nascantur.

LXII. TERENTIVs Clemens libro quarto ad legem Iuliām & Papiam^l

Sed si hōc specialiter expressit testator, etiam si ex alio post mortem suā liberos procreauerit: nihilo minus eam ad legatum admitti.

Tantum quis videtur capere, quantum sibi remanet deducto eo quod soluerint causā conditionis implendae.

Cuidam^f non solidum capienti amplius legi concessæ por- ^f Coniunge l. 6. de
tionis relicta est, si heredi aliquid dedisset, queritur, an id ^g amplius legi con-
quod conditionis implendæ causa dederat, consequi ex causa ^h amplerum relis-
legari possit, quasi non capiat id quod deroget^h: an vero id ex- ^{cipta portione relis-}
tra sit, nec ideo magis ex bonis testatoris amplius capiat, quam ^h eroget:
capturus esset, si sine condicione legatum esset, & Iulianus re-
cti simē scribit, tanto amplius eum capturum, quantum condi-
cionis implendæ causa dare cum oportet. nec interesse, here-
di, an extraneo dare iussus sit: quia computatione facta, quæ ⁱ lege concessæ
semper in persona eius introduceretur, non amplius legi con-^{al. lege concessæ}
cessæ portionis^k ad cum subsideret. ^k portione

*Improbata conditio, qua viduitas omnino
indicitur.*

a Id est, si donec f-
lios habuerit, eos non
deseruerit, & non pa-
perferit. Ale. lib. 7. p. 4.
terg. c. 21.
b nou nupererit.
c Favore tamen li-
beratio amittit le-
gatum. l. Titii. 95.
§. serui. infra, codi-

Cum vir vxori, si a LIBERIS NE^b NVB SERIT, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris sit? Julianus respondit, posse mulierem nubere, & legatum capere. quod si ita scriptum esset, si a LIBERIS IMP V B E R I B V S N E N V B S E R I T, legem locum non habere: quia magis cura liberorum quam viduitas iniungeretur.

LXIII. GAIUS libro tertio ad legem Iuliam &
Papiam.

Cum ita legatum sit, si TITIO NON NVB SERIT, vel ita, si NE QVE TITIO NE QVE SEIO NE QVE MAEVIO NVB SERIT, & denique si plures personae comprehensae fuerint: magis placuit, cuilibet eorum si nubserit, amissuram legatum. nec videri tali condicione viduitatem iniunctam, cum alij cuilibet satis commode possit nubere. videamus & si ita legatum sit, si TITIO NVB SERIT. & quidem si honeste Titio possit nubere, dubium non erit, quin nisi pariter condicioni, excludatur a legato. si vero indignus sit nuptiis eius iste Titius, dicendum est, posse eam beneficio legis cuilibet nubere. quae enim Titio nubere iubetur, ceteris omnibus nubere prohibetur. itaque si Titius indignus sit, tale est, quale si generaliter scriptum esset, si NON NVB SERIT. immo, si verum amamus, durior haec condicio est, quam illa si NON NVB SERIT. nam & ceteris omnibus nubere prohibetur: & Titio, cui inhoneste nuptura sit, { cum } nubere iubetur.

LXIV. TERENTIVS Clemens libro quinto ad le-
gem Iuliam & Papiam.

d Coniunge l. 31. qui
& a quib. men.

HO c^d modo legato dato, si LVCIO TITIO NON NVB SERIT: non esse legi locum Julianus aiebat. quod si ita scriptum esset, si ARICIAE NON NVB SERIT: interesse, an fraus legi facta esset. nam si ea esset, quae aliubi nuptias non facilè possit inuenire: interpretandum, ipso iure rescindi quod fraudandæ legis gratia esset adscriptum. legem enim utilem reipublicæ, sub Scilicet procreandæ causa latam, adiuuandam interpretatione.

LXV. PAULVS libro sexagesimo secundo ad
Edictum.

e Cum enim alibi
nubere non possit,
privale est ac sita
dictum sit, si non nu-
pserit, nec locus ad-
iellus est, nisi ut lex
fraudetur.

f Multe in hanc sen-
tentiā copiose dis-
serit Alex. ab Alex.
li. q. Genia. dicit. c. 8.

L Egato sub condicione relicto, si heres, a quo sub condicione
ne legatum est, pendente condicione moriatur: heredem suum obligatum relinquit.

Licet libertas repræsentetur, conditio tamen fidei-commissi debet expectari.

LXVI. MODESTINVS libro decimo Respon-sorum¹¹

Heres statuliberum, cui in euentura condicionis fideicom-missum restituere rogatus erat, manumisit. quæro an fi-deicommissum ei præstare debeat. Herenius Modestinus re-spondit, quamquam statuliberum heres manumiserit, tamen fideicommissum, quod sub iisdem condicionibus relictum ei debet, ita præstare cogitur, si cōdiciones impletas esse præsta-bit^a, aut per eum stetit, quo minus impleantur.

Si deficit conditio, pro qua fuit interposita cautio Mutiana, legatum debe-tur ei, in quem in eum casum fuit translatum,

<sup>a constabit, do
prætenderit.</sup>

LXVII. IAVOLENVSS libro vndecimo Epistu-larum¹²

Cum sub hac condicione fundus alicui legatus esset, si SERVVM NON MANVMISERIT, & si manumise-rit, legatum fundi ad Maeium translatum esset: legatarius de non liberando satisdedit, & legatum accepit, & postea liberauit. quæro, an aliquid Maeuio detur. respondit, si cui ita le-gatum erit^b, si SERVVM NON MANVMISERIT: sa-b effet,
tis datione interposita accipere ab herede legatum poterit. & si postea seruum manumiserit, coimmissa stipulatione, heredi vel fundum vel quanti ea res est restituet. eoque casu heres ei, cui ex sequenti condicione legatum debuerit, restituet.

LXVIII. IDEM libro secundo ex Cassio¹³

Si ita legatum esset, cum nups erit: si nupta fuerit, & hoc testator scisset, alterum matrimonium erit exspectan-dum, nihilque intererit, ytrum viuo testatore, an post mortem ea iterum nubserit.

LXIX. GAIUS libro tertiodecimo ad legem Iu-liam & Papiam¹⁴

Si ita expressum erit, TITIO, si VOLVERIT, DO LE-bo: apud Labeonem Proculus notat, non aliter ad here-dem legatarij pertinere, quam si ipse legatarius voluerit ad se pertinere. quia condicio personæ iniuncta videtur.

LXX. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæ-stionum¹⁵

DVos mater filios sub condicione emancipationis ex parti-bus heredes instituit, eisque plurium rerum præceptio-nes pure dedit: hereditatem adierunt patrem à legatorū com-modō illa quoque ratio debet suminouere, quod emanci-pando filios, obsecutus voluntati, supremum iudicium yxo-ris suæ cultodri voluit^c.

^c volueris.

Modus adiectus legato.

IXXI. IDE M^{IL}LIBRO SEPTIMODECIMO Quæstionum

a existimabat.

b filio fratrius
alumno
c Eius enim interest
voluntatem reficiens
tueri, & implendam
exire, aut quod ea
gratia legatario da-
re uetus, secundum
voluntatem testatoris
reservari. La quo
perficere commendum
hereditate agitur: ita
que non potest dici
populus hec nulla
esse, iuxta l. stipula-
tio. & alteri, inf. de
verbis oblig. idem
autem constitutus hac
cautione, quædiam
mutans, heres, in-
f. co. In libertate ta-
men relata, cœsiat
hac cautione, & officio
indicia compellendis
est liberius testatoris
in fiduci parere. Ma-
ria, inf. de manu
testam.

d matrimonium

e causa legati,

Titio centum ita ut fundum emat, legata sunt, non esse co-
gendum Titium cauere Sextus Cæcilius existimat^a. quo-
niam ad ipsum dumtaxat emolumentum legati rediret. Sed si
filio, fratri^b, alumno minus industrio prospectum esse vo-
luit, interesse^c heredis credendum est. atque ideo cautionem
interponendam, vt & fundus comparetur: ac postea non
alienaretur.

De matrimonio.

titio centum relicta sunt, ita ut Maeuiam vxorem quævi-
dua est ducat. condicio non remittetur. & ideo nec caution re-
mittenda est. Huic sententia non refragatur, quod si quis pec-
uniam promittat, si Maeuiam vxorem non ducat, prætor
actionem denegat. aliud est enim eligendi matrimonij poenæ
metu libertatem auferri, aliud ad testamentum^d certa lege
inuitari.

De libertate.

titio centum relicta sunt ita, vt à monumento meo non
recedat, vel vti in illa ciuitate domiciliū habeat. potest dici
non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.
sed in defuncti libertis alio iure vitimur.

De dote legata.

TITIO GENERO MEO HERES MEVS DOTIS
SEIAE FILIAE MEAE NOMINE CENTVM DATO.
legati quidem emolumentum ad Seiam, quæ dotem habere
incipit, pertinebit. sed quia non tantum mulieri, sed Titio
quoque, cui pecuniam legauit, consultum videtur: propè est,
vt ipse legatarius intellegatur: & legatum petere debeat. Si
post diuortium genero pecuniam heres soluerit, æque libera-
bitur: quoniam in doteni solutio conuertitur. constante au-
tem matrimonio, etiam prohibente muliere Titio recte sol-
uetur. hoc enim & mulieris interest, vt incipiat esse dotata-
nam & si quis ipsam quoque petitionem habere responderit,
caque pecuniam petat, neque dotis fieri velit: non dubie doli
sumimouebitur exceptione. ante nuptias vero Titio vel mu-
liere defunctis, legatum apud heredem manet. quod si nolit
eam vxorem ducere, causa^e legati, quod ad mulieris perso-
nam attinet, satisfactum intellegetur. sed Titio legatum pe-
tenti nocebit exceptio doli. Sabinus autem existimabat, nupta
muliere Titio, sine cautione legatum deberi: quoniam pecu-
nia dotis efficeretur. sed cum ante nuptias, quia purū legatū
est, peti potest: caution MULIERI PECUNIAM REDDI
necessaria erit. quod si maritus vitio suo causa ceciderit, neque
soluendo sit: numquid aduersus heredem mulieri, quæ nihil
deli-

deliquit, succurri debeat ob eam pecuniam quæ doti fuerat destinata? sed quoniam ambo legati petitionem habuerunt, saluam habebit non soluta pecunia viro mulier actionem.

Cautio Mutiana.

LXXXII. IDEM libro octauodecimo Quæstionum!

CVntale legatum esset relictum, TITIAE, SI A LIBERIS NON DISCESSERIT: negauerunt eam recte cauere; quia vel mortuis liberis legati condicio possit existere. sed displicuit sententia^a. non enim voto matris opponi tam ominosa^b non interponendæ cautionis interpretatio debuit. Et cum patronus liberto certam pecuniam legasset, si à liberis eius^c non discessisset: permissit Imperator velut Mucianam cautionem offerri. fuit enim periculosem ac triste, libertum coniunctum patroni liberis eorundem mortem expectare. Titius heredeni institutum rogauit post mortem suam hereditatem restituere, si fidei commissi cautio non fuisset petita. Mucianæ cautionis exemplum ante constitucionem remissæ cautionis locum habere non potuit. quoniam viuo eo, cui relictum est, impleri condicio potuit. Quid ergo sita scriptum sit? PETO POST MORTEM TVAM RE-

^a Juris consulti hac est sententia, non placere, propterea quod filij dare maritum merito esse possent, et exerce non debere; cum si ei omnes, omnes huius rei mentione facere. Avg. lib. 4. emend. 1. 17.
^b onerofa interponendæ, Florentina letilio relictæ est.

c effet?

STITVAS HEREDITATEM, ITA NE SATIS FIDEI COMMISSI PETATVR, NEVE RATIO EXIGATVR. sine dubio per huiusmodi verba non interponendæ quidem cautionis condicio videbitur adscripta: rationi vero non exigendæ modus adhibitus, scilicet ut culpa, non etiam dolus remissus intellegatur. idque in eius persona, qui negotia gessit, cuique rationis reddendæ necessitas fuerat te-

2 stamento remissa, rescriptū est. SI ARBITRATV TITII SEIA NVBSERIT, HERES MEVS EI FVN DVM DATO. viuo Titio etiam sine arbitrio Titij eam nubentem legatum acciperere respondendum est. eamque legis sententiam videri, ne quod omnino nuptiis impedimentum inferatur. Sed si Titius viuo testatore decebat, licet condicio deficit, quia tamen suspensa quoque pro nihilo foret, mulieri succurretur.

3 MAEVIAE SI NON NVBSERIT, FVN DVM CVM MORIETVR LEGO. potest dici, & si nubserit, eam confessim ad legatum admitti. Non idem probatur si certus dies, incertusve aliis legato fuerit adscriptus.

De falsa causa, conditione, & demonstratione.

4 Falsam causam legato non obesse, verius est: quia ratio legandi legato non cohaeret^d. sed plerumq; doli exceptio locum habebit, si probetur alijs legaturus^e non fuisse. Falsam conditionem Casius & Cælius^f Sabinus impossibilem esse dixerunt: veluti PAMPNHLVS, SI QVOD TITIO DEBEO SOLVRRIT, LIBER ESTO: si modò nihil Titio

^d Ideo, cum confitetur testatorē legato voluisse, hec extra legatum est pro nobis rem id facere: dicitur statio rei quecumque additur, quasi iure est: quia demonstrationes ex ipsis rei circumstantiis presentantur. Itaque nihil mirum est, dictū esse supra, quod in iure est in falsa causa, i.e. demonstratio. ^g quod autem, si probato.

^e Si probetur testatorē non fuisse legaturum, si falsam causam esse fuisse legatio id legatum pertinet: ita si excessi doli arg. l. i. n. alienam. C. de legato f. legaturum g. Cælius

5 ee iij fuit

§ Intelligitur.

fuit debitum. quod si post testamentum factum testator pecuniam exsoluit, defecisse condicionem intellegi^a. Falsam legati demonstrationem non facere legatum, Sabinus respon-
dit: veluti si quis, cum Titio nihil legasset, ita scriptum relinquerit, EX CENTVM, QVAE TITIO LEGAVI, QVIN-
QVAGINTA HERES SEIO DATO. idque sumpsit ex defuncti voluntate. quia non animo legandi, sed diminuendi legatum, quod falsò datum existimaret, ita scriberet. propter falsam tamen demonstrationem legati non plus Seius adsequetur, quam si vere demonstratum fuisset.

Cautione Mutiana.

LXXXIII. IDE M^{IL}LIBRO NONODECIMO Quæstionum^b

TItio fundus, si in Afiam non venerit: ^bidem, si peruererit, Sempronio legatus est. cum in omnibus condicionibus, quæ morte legatariorum finiuntur, receptum est ut Muciana cautio interponatur: heres cautionem à Titio accepit, & fundum ei dedit. si postea in Afiam peruererit, Sempronio heres, quod ex stipulatu cautionis interpositæ consequi potest, utili actione præstare cogitur. sed si cautio medio tempore defecerit, quæ sollicite fuerat exacta, non de suo præstabit heres. sed quia nihil ei potest obici, satis erit actiones præstari. si tamen Titius cum Afiam venisset, Sempronius prius quam legatum accipiat, decesserit: heredi eius deberetur quod defunctus petere potuit.

Casus, in quo locum non habet ius accrescendi.

LXXXIV. IDE M^{IL}LIBRO TRIGESIMO SECUNDO Quæstionum^c

MVlier^c & Titio vsusfructus, si non nubserit mulier, relictus est. si mulier nubserit, quamdiu Titius & vivit, & in eodem statu erit, partem vsusfructus habebit. tantum enim beneficio legis ex legato concessum esse mulieri intellegendum est, quantum haberet, si condicioni paruisse. nec si Titius, qui condicione defectus est, legatum repudiet, ea res mulieri prodiderit.

D LXXV. IDE M^{IL}LIBRO TRIGESIMO QUARTO Quæstionum^d

Ies incertus condicionem in testamento facit.

De adoptione.

LXXVI. IDE M^{IL}LIBRO SEXTO Responsorum^e

FIdeicommissum à filiis relictū, si quis ex his si-
ne liberis diem summōbierit, adoptionis commento non excluditur.

Tacita repetitio conditionis.

LXXVII. IDE M^{IL}LIBRO SEPTIMO Responsorum^f

AVIA, que nepotem sub condicione emācipationis pro parte heredem instituerat, ita postea codicillis scripsit, hōc

e in Afiam
d debetbiture Alc.lib.6.parad.
cap.8.
t adiuuet, d.viuet.

g Cum enim iure singulari, & contra voluntatem testatoris, ad legatum admittatur, boni consilere debet, si sua pars ei salua maneat, nec pars alterius ei accrescat. Arg. I. si patruus, infid., si quid in fratre, patrem.

h Eisque, si non emas-
cipetur, alium sub-
stituit.

A M P L I V S N E P O T I M E O , Q V A M Q V O D E V M H X
R E D E M I N S T I T U V I , L E G O P R A E D I A I L L A . condicione
 nē emancipationis repetitam videri placet: quamuis auia
 nullam in legatis, vt in hereditate, substitutionē fecisset. nam
 & cum seruus pure quidem liber, heres autem sub condicio-
 nē scriptus, & si heres non exfliterit, legatum accipere iussū
 est: in legato repetitam^a videri libertatem, Diuus Pius rescri-
 B.
 1 sit. Muciana cautio locum non habet, si per aliam condi-
 cione actio legati differri possit. **T I T I O , S I M V L I E R**
N O N N V B S E R I T , H E R E S C E N T V M D A T O . quam
 pecuniam eidem mulieri Titius restituererogatus est. finu-
 B.
 ferit mulier, die legati cedente fideicommissum petet. remoto
 autem fideicommissō, legatarius exemplum Mucianæ cau-
 tionis non habebit.

^a Coniunge cum l.
 cum seruus. supr. de
 condi. infis.

Administratio tutelæ suspensa in euentum conditionis.

- 2** Pater exheredatae filiæ tutores dedit, eosque, si mater eius
 impubere filia constituta vita decesisset, ad rem gerendam
 accidere^b iussit. cum vxori mandatum eset, vt moriens filiæ^b accedere
 communi decies restitueret: non sub condicione tutores vi-
 debuntur dati, nec si quid aliud interea puella quæfisset, eius
 administrationē prohiberi. cautio verò^d fideicommissi matri^c administrationē
 remissa^e. Quocumq;^f indicio voluntatis cautio legatorum,^e remissa^d videba-
 vel fideicommissorum remitti potest. itaque si cautionis non tur.^f Quocumq; enim
 petendæ condicione legato vel fideicommissio prescribatur, con-^f si quis eam desi-
 dierauerit, onere cautionis non secuto. quod aduersus in-^{derauit,}
 uitum hodie iure publico sequi non potest, postquam remit-
 ti posse cautionem placuit.

LXXXVIII. IDEM libro nono Responsorum

- C**VM pupillus aut tutor eius condicione in personam^h hi in persona
 pupilli collatam impedit, tam legati quam libertatis iure
 1 communi condicione impleta esse videtur. Disfunctio mo-
 do condicionebus adscriptis, alteram defecisse non Oberit, al-
 tera vel postea impleta. nec interest, in potestate fuerintⁱ acci-
 pientis condiciones, an in euentum collata^k.

LXXXVIII. IDEM libro primo Definitionum

- H**ERES MEVS, CVM MORIETVR TITIVS, CEN-
 TVM EI DATO. purum legatum est: quia non condicione,
 sed mora suspenditur. non potest enim condicione non
 existere. **H**ERES MEVS, CVM IPSE MORIETVR,
 CENTVM TITIO DATO. legatum sub condicione reli-
 ctum est, quamuis enim heredem moritum certum sic, ca-
 men incertum est, an legatario viuo dies legati non cedit.¹ & 1 cedat.
 non est certum ad eum legatum peruenturum.

Forma cautionis Mutiane.

Qui post Micianam cautionem interpositā legatum accepit, si contra cautionem aliquid fecerit, stipulatione commissa etiam fructus heredi restituet. hoc enim legatarius & in exordio cauere cogitur. Quāmuis vsufructus, cum morietur legatarius, inutiliter legetur: tamen cautionis Miciane remedium vsufructu quoque sub condicionem alicuius non faciendi legato locum habet.

Quod in fraudem legis ad impediendas nuptias scriptum est, nullam vim habet. veluti, **TITIO PATRI CENTVM, SI FILIA, QVAM HABET IS IN POTESTATE, NON NVB SERIT, HERES DATO. VEL FILIO FAMILIAS, SI PATER EIUS VXOREM NON DVXERIT, HERES DATO.**

LXXX. S C A E V O L A libro octauo Quæstionum

Eas causas, quæ protinus agentem repellunt, in fideicommissis non pro condicionalibus^a obseruari oportet. eas verò, quæ habent moram^b cum sumptu, admitteimus cautione oblata. nec enim parem dicemus eum, cui ita datum fit, si monumentum fecerit: & eum, cui datum est, vt monumentum faciat^c.

Ambiguae orationis interpretatio.

LXXXI. P A V L V S libro vicefimoprimo Quæstionum^d

Ivlius Paulus Numphidio: Quæfisti, si ita in testamento cautum esset, STICHVS SIRATIONES REDDIDERIT, CVM CONTVBERNALI SVA LIBER ESTO: EIS QVE DECEM HERES DATO: an Sticho mortuo antequam rationes reddideret, vel pariatore^e vel reliqua habente^f libera esset mulier: & an de legato idem accipiamus^g. Libertate data si rationes reddiderit, hanc^h conditionem rationum reddendarum, vtⁱ iussus videatur reliqua reddere, si qua habet, cum fide actus sui. quæ si nullæ sunt, pure accepisse libertatem videbuntur. & si post aditam hereditatem decessit, competente libertate etiam legatum eos secutum est. quod si cum adhuc reliqua haberet, decessit: sub eadem condicione & contubernalis eius libertatem accepisse videtur, & defecta^j videbitur^k condicione. Sed non ineleganter illud dicitur, Stichum quidem sub condicione manumissum, contubernalem autem eius pure. & illam coniunctionem non ad coniungendam condicionem, sed ad necessitudinem demonstrandam pertinere. Tunc demum pro impleta habeatur condicio, cum per eum stat, qui si impleta esset, debiturus erat.

^a conditionibus
^b moram consumptam: unde quidam emendas contundat.
^c Male Halean. non faciat. Aug. lib. 4. emend. 17.

^d Pariatio, ea scripta est, qua apparet se auctoratum esse creditori. Aug. lib. 4. emend. 17. Aliorat. lib. 1. pa. verg. 22.

^e Hac dicitur distinctionem, quād in Novis: videlicet, quid maius contentat.

^f hac conditione gressus videtur

^h defactam conditionem.

ⁱ tunc enim

De rationibus reddendis.

LXXXII. CALLISTRATVS libro secundo Quæ-
stionum

CVM seruus ita liber esse iussus sit, si rationes reddiderit:
Cei que fundum heres dare damnas sit ^a: videamus utrum ^a effor-
 condicio libertati præposita ^b sit, an verò & legato. & quidem ^b proposita
 si libertati soli accipiamus præpositam, nullus tractatus am-
 plius superest: nam legatum purum inuenitur, & ideo ^c inu-
 tile fit. quod si condicio etiam legato insita ^d sit, quod quidam
 recte putant, simul cum libertate dies quoque legati utiliter
 cedit. quid ergo continetur his verbis, **S I R A T I O N E S**
R E D D I D E R I T? quidam hoc aiunt, si reliqua reddiderit.
 quasi nihil interlit, utrum sub hac condicione **S I R E L I-**
Q V A, vel ^e si hac, * **S I R A T I O N E S R E D D I D E R I T**. ^f an sub hac,
 sed nos neque condicionem meram putamus esse, quæ in da-
 tione exsistit ^f: neque meram condicionem, quæ in facto sit: ^f existat:
 sed eam condicionem, quæ ex mixtura quadam consistit.
 nam non utique si ille in folle reliqua optulerit, liber erit.
 nō enim testator hoc sensit: sed illud, ut rationes reddat quo-
 modo seruus reddere solet, id est legendas offerre rationes
 primū, deinde computandas, ut explorari possit, imputa-
 tiones ^g probe an improbe referantur: accepta recte relata, ^g computations
 an non recte. ita enim incipit quidem res à facto, peruenit
 autem ad pecuniam. inest his verbis etiam heredes noti-
 tia instrui rationum, vt sciант quid in quaue ratione scri-
 ptum sit. nam quod ipse viuus facturus erat, ab heredibus suis
 fieri iussisse intellegitur. ille autem utique non sic solebat ser-
 uo suo ostendenti reliqua ^h rationes subiscribere: sed ita, vt le-
 geret, examinaret, exciperet. itaque cum seruо sub hac con-
 ditione testamento libertas datur, **S I R A T I O N E S R E D-**
D I D E R I T: non hanc solam habet significationem, si cau-
 giones instrumentaque omnia actus sui exhibuerit heredi:
 sed & si reliqua soluerit.

*Filius familiās debet institui sub conditione, quæ sit in
 eius potestate.*

LXXXIII. PAULVS libro duodecimo Respon-
sorum

LVCIUS TITIUS ita testamentū fecit, **A V R E L I U S C L A V-**
D I U S N A T U S EX ILLA M V L I E R E, S I F I L I V M
M E V M S E E S S E I V D I C I P R O B A V E R I T, H E R E S
M I H I E S T O. Paulus respondit, filium de quo quereretur,
 non sub ea condicione institutum videri, quæ in potestate
 eius est, & ideo testamentum nullius esse momenti.

An sufficiat non stare per legatarium, quò minus patet conditioni.

LXXXIIII. IDEM libro quartodecimo Responsum[¶]

ILLIS LIBERTIS ALIMENTORVM NOMINE, SI CVM FILIO MEO MORATI EVERINT, MENSTRVOS DENARIOS CENTENOS, ET VESTIARIA DARI VOLO. liberti in obsequio fuerunt quamdiu adulescens ad militiam promoueretur. qua causa effectū est, vt quibusdam Romæ relictis proficisceretur, & apud castra defunctus est. quæsitum est, an ab heredibus eius alimenta debeantur. Paulus respondit, condicionem quidem in persona libertorum, qui cum filio defuncti morati sunt, aut per eos non stetit, quo minus morarentur, mortuo filio testatoris deficisse non videri. sed si testator propter filij utilitatem his, qui cum eo morati fuissent, alimenta præstari voluit^a: contra voluntatem defuncti petentes audiri non oportere.

Admonitus quedam magis, quam conditio.

LXXXV. SCAEVOLA libro tertio Responsum[¶]

TItia heredis instituti liberos habentis filij fidei commisit, uti rem eius vniuersam restitueret filijs eius liberisve^b eorum, cum ipsi petissent, sine vlla iuris cauillatione. quare, an his verbis, CVM ILLI A TE PETIERINT, condicio fideicommissio adscripta videatur. respondit, non videri^c.

LXXXVI. MAECHANVS^d libro tertio Fidicomissorum^e

Vlianus noster eum, qui decem dare & ita liber esse iussus esset, si à viuente manumissus esset, non aliter legatum, quod eicum libertate datum esset, habiturum, quam si condicioni libertatis paruissest. item in emptorem si alienatus esset. sed id tunc locum habet, cum omnimodo simul cum libertate legatum adquiri potuit, licet legato imposita non sit, veluti cum in tempus libertatis legatum collatum esset. Cum vero libertas sub condicione, legatum autem præsenti die datum est: in hoc quæstio est, an constiterit legatum. etenim nec Catonianæ sententiae locum in proposito esse. quia etsi statim testator decessisset, non tamen omnimodo inutile esset legatum: cum posset condicio libertatis ante aditam hereditatem impleri, & legatum manumissō deberi. nisi forte necessarius heres extitisset. tūc enim omnimodo inutile erit legatum iure ipso: quia sub condicione accepit libertatem.

^a voluisse

^b libertisve

^c Hoc conditio videatur familia illi, si volunt, sup. finis expropositum, ed. sed cum testatrix vixit post verbi interpellationem,

^d ad admonitionem, magis admonitionis quæ conditio causa ea adieciisse creditur. l. se decē. de verb. obliga.

^e Marcellus

Differentiali legati, & libertatis declarata: de qua supra capite
quinquagesimo primo actum fuit.

LXXXVII. VALENS libro primo Fideicom-
missorum¹

Quod traditum est, in legatis nouissimam, in libertatibus
leuissimam condicione spectandam esse,

LXXXVIII. GAIUS libro primo Fideicom-
missorum²

IDe est quae ipsi seruo commodior sit,

LXXXIX. VALENS libro primo Fideicom-
missorum³

Non ad ea dumtaxat pertinet, quae saepius sub diuersis con-
dicionibus: sed etiam quae primò pure, deinde sub condicione
dantur. itaque quod heres pure dare iussus est, quodve
pure legatum est, cum id^a ex interallo sub condicione legatu
est, posterius valet. si prius sub condicione, deinde pure legatu
est: praesens debetur. quod si pure legatum, ex continentia heres
sub condicione damnatus aut rogatus est dare: perinde est, ac
sriuncta subiecta scriptura idem legatum esset: vel ut praesens
vindicari, si hoc voluerit legatarius, vel cum condicio extiterit,
ab herede peti possit. nisi^b commemoratione superioris le-
gati posterius scriptum fuerit. velut, STICHVM, QVEM
ILLI LEGAVI, HERES MEVS EI, SI ILLVD FA-
CTVM ERIT, DATO. tunc enim reuocandi animo præ-
feris legatum, & sub condicione dandi ita scripsisse videbitur.
& si ante codicinem rem vindicet, doli exceptio locum ha-
bere poterit.

X C. GAIUS libro primo Fideicommissorum⁴

Per fideicommissum varie data libertate, non leuissima
spectanda est, sed nouissima: quia posterior voluntas po-
tior haberi debet. cui consonat etiam rescriptum Diui^c An-
tonini.

Divisio conditionum.

XCI. MAECIANS libro secundo Fideicom-
missorum⁵

Conditionum, ^d quae in futurum conferuntur, triplex na-
tura est: vt quædam ad id tempus, quo testator viuat: que-
dam ad id, quod post mortem eius futurum sit: quædam al-
terutrum pertineant. tempus autem vel certum, vel infinitum
comprehendatur. quæ omnia non minus in fideicommissis,
quæ in institutionibus ac legatis incidere solent. vt hæc condi-
cio, TITIAE, SI MIHI NVB SERIT, nō dubie, nisi viuen-
te testatore: illa autem, SI AD EXSEQVIAS FVNE-
RIS MEI VENERIT, nisi post mortem, impleri nō posset.
illa vero, SI FILIO MEO NVB SERIT, vel viuente
vel

^a Diui Hadriani &
Antonini. Idem ab
veroque sepe confi-
tum fuisse notaui
itaque hec lectio mihi
non displicet.

^b Cum commemo-
ratione

^c Coniuge lnon fo-

litate obligat.

^d Atlio.

e quodocunque

vel mortuo testatore impleri possit . & prima quidem ac ter-
tia ex relatis condicionibus, infinitum tempus habent: quan-
doque ^a enim nūserit, impletur condicio. secunda ad certum
tempus adscripta est.

De emancipatione.

x c i i . V L P I A N V s libro quinto Fideicom-
missorum!

b deficere

e' Par. li. 4. senten-
ti. 12.d legatum relictū:
vel ita vicos

Si cui legatum fuerit relictum, isque rogatus sit liberos
suos emancipare: an cogi debeat manumittere? & retineo
me dixisse, defici ^b eos à petitione fideicommissi. neque enim
prætor fideicommissarius eos ad libertatem tuetur ut seruos.
Papinianum quoque libro nono responsorum scribere refere-
bam, non esse cogendum emancipare filios suos. Arbitror ta-
men extra ordinem debere constitui, eum qui adgnouit ^c id,
quod fibi relictum est hac contéplatione ut liberos suos eman-
ciparet, cogendum ^c emancipare: neque enim debet circum-
ueniri testantium voluntas. sic deinde hoc accipiendū, quem-
admodum si sub condicione liberorum emancipandorum ei
fuisset legatum ^d, vel ita relictum, vt eos emanciparet. Cui rei
consequens est quod Diuus Seuerus rescriptis nam cum quæ-
dam mulier nepotes suos heredes instituisset, & ipsum filiū
coheredem filiis suis dedisset, eosque inuicem substituisset, ro-
gassetque filium ut filios emanciparet, non autem rogasset ut
hereditatem eis restitueret: ex auctoritate Diuī Seueri eman-
cipare eos compulsus est, hisque restituere hereditatē. & ad-
iectum est, ^e vt si tardius id ficeret, quasi ex mora vñuras præ-
staturum. videri enim eum, qui moram faceret emancipatio-
ni, moram restitutioni fideicommissi eam facere.

x c i i i . P A P I N I A N V s libro octauo Respon-
sorum!e Pater filio: lexis
Floren. si quenlibet
magus conuenit.

Mater ^f filio suo coheredes sine vlla condicione filias ipsius
dedit, ac petet, vt filias suas emanciparet, ita ut curatores
à prætore acciperent. filij videri fidei commissi placuit, vt
eas sui iuris constitutas, ad hereditatem auiæ peruenire pate-
retur. nec ad rem pertinere, si portionem filiarum iure substi-
tutionis quæsisset.

Differentia libertatis & legati.

x c i i i i . H E R M O G E N I A N V s libro primo Iuris
Epitomarum!

f derosa

CVm ita datur libertas, si TITIO, QVINON EST
HERES, DECIM DE DERIT, certa persona demon-
stratur: ac propterea in personam ^f eius tantum condicio im-
pleri potest. sanè si cum cesserit dies, pecuniam condicioni cō-
prehensam statuliber habuerit: iure constituto nulli dando
consequitur libertatem. Diuersa causa est legatarii, in cuius
per-

persona placuit condicionetis deficere, si antequam dederit legatarius pecunia, Titius moriatur. Ex his verbis, **S I H E R E D I**, vel **S I H E R E D I T I T I O D E C E M D E D E R I T**, **L I B E R E S T O**: non tantum heredi, sed etiam heredis heredi dando, peruenit ad libertatem. at si nullus heredi successerit, iure constituto nulli dando ad libertatem perueniet.

X C V . I D E M **libro quarto Iuris Epitomarum**

Legatum sub condicione relictum, & ad aliam translatum, si non condicio personae cohæreat, sub eadē condicione translatum videtur.

X C VI . P A V L V S **libro primo ad Neronium**

Titio vsusfructus serui legatus est, & si ad eum pertinere desisset, libertas seruo data est. Titius viuo testatore deceperit. libertas non valet: quia condicio nec initium accepit. Paulus: ergo & si viueret Titius, & capere non potest: idem dicendum est. desesse enim non videtur, quod nec incipit.

Libertatis fauor.

Serui vsusfructus mulieri, quoad vidua esset, legatus: idem seruus, si ea nubissem, liberesse iussus est. si mulier nubissem, liber erit: quia potior est legato libertas.

Insurandum municipum.

X C V I I . I D E M **libro secundo ad Neronium**

Municipibus, si iurassent, legatum est. haec condicio non est impossibilis. Paulus: quemadmodum ergo parenti potest per eos? itaque iurabunt per quos municipij res geruntur.

X C V I I I . I D E M **libro tertio ad Neronium**

Mea res sub condicione legari mihi potest: quia in huiusc modi legatis non testamenti facti tempus, sed condicione expletæ spectari oportet.

X C V I I I I . P A P I N I A N V S **libro octauodecimo Quæstionum**

Condiciones^b extrinsecus, non ex testamento venientes, id est quæ tacite inesse videantur, non faciunt legata conditionalia.

c. I D E M **libro septimo Responsorum**

Titiæ, si non^c nubissem, ducenta: si nubissem, centum legavit. nubissem mulier ducenta, non etiam centum residua petat. ridiculum est enim eandem & ut viduam & ut nuptam admitti.

^a Intellige inserviandum legatum, & restitutum: quod litio dirimende gratia, qua fore inter testatores & municipes erat interpartitur, maximum, sup. de iure, quæ ratione non erit contraria, non dubitamus, sup. eod.

^b Coniunge tunc ilud, quendam dies leg. ced.

^c Halsan, male hoc negatione detrahit: ex obliuio videtur, ex t. mulieri & Titio, sup. eo, perinde haberi, ac si condicione paruisse: Itaque minus non esse, eum qui nupsi, petere ducenta. Augusti. Lemen, cap. 20.

Si non

Si non nupserit, id est, si nubere noluerit.

C I. IDEM libro octauo Responsorum

a Seuerinam

Pater Seuerianam^a Proculam Aelio Philippo cognato nuptiis testamento designauit. eidem filia præmium, si Aelio Philippo nubisset, verbis fideicommissi reliquit. quod si non nubisset, idem præmium Philippo dari voluit. nondum viripotens puella diem suum obiit. respondi, cum in condicionibus testamentorum voluntatem potius, quam verba considerari oporteat, Aelio Philippo fideicommissum ita datum videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisse^b. quare cum ea prius quam viripotens fieret, vita decesserit: condicionem existisse non videri.
b. voluisse. Augst. lib. 2. c. 3.

Liberorum appellatio.

Ita fideicommisso dato, VOLO RESTITVAS, SI SIBILITERIS DECEDAS: condicio deficit ex voluntate vel uno filio superstite relicto.

Recedimus à proprietate verborum propter voluntatem.

Condicionū verba quæ testamento præscribuntur, pro voluntate considerantur. & ideo cum tutores testamento dati, quoniam interea puer adoleuerat, id egerint, vt curatores ipsi constituerentur, condicio fideicommissi talis præscripta, si TVTELAM^c IN ANNVM OCTAVVM DECIMVM GESSERINT, defecisse non videbitur.

Cautio Mutiana cessat in hac specie.

Socrus nurui fideicommissum ita reliquerat, SI CVM FELIO MEO IN MATRIMONIO PERSEVERARE RIT, diuortio sine culpa viri post mortem socrus facto defecisse conditionem respondi. nec ante diem fideicommissi cedere, quā mori coepit nupta, vel maritus. & ideo nec Mucianam cautionem locum habere: quia morte viri condicio possit extin-
c. Tutele familiare
bis pro cura.

Tot legata, quot annua præstationes.

Fideicomissa menstrua & annua sub ea condicione liberato relicta, QVAM DIVRES PATRONI FILIAE GESSERIT, et si præstari necesse est filia prohibente res suas administrari: tamen voluntatem filia mutante, conditionem resumunt: quoniam plura sunt.

Coniectura voluntatis.

C II. IDEM libro nono Responsorum

CVM auus filium ac nepotem ex altero filio heredes instituisset, à nepote petitur, vt si intra annum trigesimum moreretur, hereditatem patruo suo restitueret. nepos liberis reliictis intra ætatem suprascriptam vita decessit. fideicommissi con-

condicionem coniectura pietatis respondi defecisse: quod minus scriptum, quam dictum fuerat, inueniretur.

C III. P A V L U S libro quartodecimo Quæstionum¹

SI ita legatum fit, TITIO POST DECEM ANNO² DATO, SI SATIS AB HEREDE NON EXEGERIT, & Titius intra decimum annum decesserit, ad heredem suum transmutat legatum: quia moriente eo condicio exstitit.

Inspicitur tempus testamenti, vel conditionis existentis.

C IV. I D E M libro quartodecimo Responsorum

EVm, qui post apertum testamentum deportatus & restitutus est, fideicōmissum petere posse, cuius condicio postea exstitit, quam ciuitatem Romanam recipiat.

Alienationi legata sub conditione, vel impositio seruitutis infirmatur conditione adueniente.

C V. P O M P O N I U S libro quinto Epistularum³

SI fundum à testatore sub cōdicione legatum heres alij pendente condicione legauit: post^a existentem condicōnem, quæ priori testamento præposita fuerat, neque proprietas à priore legatario recedit, nec locū religiosum in eo fundo heres facere, nec seruitutem imponere poterit. sed & imposta seruitus finietur existente condicione.^b

a postea existente condicōne.

C VI. I V L I A N U S libro vicefimoquinto Digestorum⁴

HOc genus legati, si TITIO NON N V B S E R I T, perinde habendum est, ac si post mortem Titij legatum fuisset. & idēo nec Muciana satisfactione interposita capere legatum potest. sed & alij nubendo, nihilo minus legatum confititur.

b Nā &c si, pendente condicōne legatarij dicōn non potest: same ea impleta, singula eius fruſtē ex quo tempore legatus est. & condicōne ad illud tempus retrahitur. Ep. posterior. supr. qui posuit. in pigia.

Condicōne, que tacitè legato inest, expressa.

C VII. G A I U S libro singularide Casibus⁵

ALiquando accidit, ut sub condicōne datum legatum purum intellegatur. veluti quod sub eadem condicōne relictum est, sub qua etiam heres alius institutus est. item quod sub hac condicōne relictum est, si HEREDITATEM ADIERIT. ex diuerso quoque purum datum legatum condicōnale videtur. veluti quod sub condicōne ademptum est. quia sub contraria condicōne datum intellegitur.

Condicōne tacitè repetita.

C VIII. S C A E V O L A libro nonodecimo Digestorum⁶

Libertis omnibus legauit domū, & hæc verba adiecit, v T ^{c Cōm̄p̄ḡ. l. 8. de leg. 3.}
IN EA HABITENT LIBERTINE DE NOMINA X

EX EAT, ET UT AD VNVM, QVI NOVISSIMVS
EXTITERIT, PERVENIAT. ET EO AMPLIVS EIS-
DEM LIBERTIS MEIS DARI VOLO. FVN DVM
SO SIANVM^a. quæ situm est, an condicio adposita, ne de no-
mine exiret, ad sequens quoque legatum pertinaret. respondit
pertinere.

*Fideicommissum conditionale non transmittitur
ad heredem.*

C V I I I . IDEM libro vicesimo Digestorum^b

A Testatorerogatus, vt acceptis centum nummis restitueret
hereditatem Titiae coheredi sua, adita hereditate decepsit.
similiter & Titia, antequam daret centum, quæ situm est, an he-
res Titiae offerendo centum fideicommissio^b partem heredi-
tatis consequi possit. respondit heredem condicioni parere nō
posse. Claudio: magno ingenio de iure aperto respondit. cū
potest dubitari, an in proposito condicio^c estet.

C X . P O M P O N I V s libro nono Epistularum^d

ETiam si inuitis^d heredibus ex peculio statuliber pecu-
niam Titio det, liber quidem fit: sed Titius, qui inui-
tis heredibus sciens accepit, pro possessore videtur eam pec-
cuniam possidere: vt auocare eam hi, qui inuiti fuerunt, pos-
sint.

De rationibus reddendis.

C XI . IDEM libro undecimo Epistularum^e

QUi^e sub condicione rationum reddendarum liber esse
iussus est, docere debet, constare fidem omnibus quæ
ab eo gesta sunt: vt neque subtraxerit quid ex his quæ acce-
perit, neque expensum^f rationibus præscriperit^g, quod non
dederat. sed & quod reliquum^h per contextum scriptum est
remanere apud eum, soluere debet. neque enim aliter liber es-
se potest, quam si hoc modo condicione, sub quam data est
libertas, satisfecerit. Ceterum debitores, cum quibus ipse
contraxit, non utique in diem mortis dominis sui fuisse ido-
neos præstare cogendus est. sed eo tempore, quo his creditum
est, eius condicionis fuisse, vt diligens paterfamilias his credi-
turus fuerit.

*Condicio pluribus apposita, an possit pro parte
singulorum implei.*

C XII . IDEM libro duodecimo Epistu-
larumⁱ

Tales condiciones, si MONVENTVM, puta, FECCE-
RINT, pluribus propositæ, non possunt nisi in omnibus
simil personis existere. Item si SVMPHORO ET IA-
NVARIO CENTVM TITIVS PRAESTITERIT, FVN-
DVM EI LEGO. Sumpphoro^j mortuo, an legatū perisset?
sed

c Id est, an secesserat
ablatioe absolutio
iustie, conditionem
adscribere voluntate
que quæsitio facti est.
Landas autem Clau-
dius Secundus, quæ
acutè, & ingeniosè
videtur, quæsue
professionis est: &
de facto, quædā
riconfutari monere
alieni erat, nihil
ostendit: sed de iure
centum certe. Nam
certum est in legata
aut fideicomissa
conditionalla ad he-
redem non transire.
Duarad. Agrius.
E qui Romani inf. de
verbobli.
d inuitus
e Coniunge lib. 1. de
manifesta.
f Non rectè legit
hic Helvæo expres-
sum. Argut. lib. 3.
emend. cap. 7.
g prescriperit,
h reliquum fuerit

sed hoc quoque sic puto interpretandum, ut si dum quisque eorum viuet^a, prestitisset, sed benigna interpretatione^b dicendum, si non post moram Titij Sumphorus decessit, debere partem dimidiā Ianuario dantem^c; partem fundi dimidiā legatarium esse^d consecuturū. De illo quoque queritur, fundus quibusdam legatus est, si pecuniam certam in funus, impensamque perferendi corporis in aliam regionem dedit. sent. nam nisi vterque dederit, neutri sit legatum: quoniam condicio nisi per vtrumque expleri non potest, sed hæc humanius interpretari solemus, ut cum duobus fundus legatus sit, si decem dedit: & alteri, dando partem, legatum quoque debeatur.

De rationibus reddendis.

Priscus respondit, statuliberum non vtique ibi vbi paterfamilias decessit, aut vbi ipse relictus sit, aut vbi velit, rationes reddere debere, sed interim profici sci ad eum, cui reddere debet. vtique si is reipublicæ causa aberit, verissimū est autem, vt aliàs aliud ex persona locoque sit aestimandum.

C X I I I . P A V L V S Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris sex libro secundo

CVM filius rogatus fuisset à patre, si antequam res suas administrare possit, decessisset, hereditatem Titio restituere: & egressus viginti annos decessisset: rescriptū est, fideicommissum deberi.

A D^f L E G E M F A L C I D I A M
T I T . II .

P A V L V S libro singulari ad legem Falcidiam

LE^eX^f F A L C I D I A lata est, quæ primo capite liberam legandi facultatem dedit usque ad dodrantem his ver-

bis, Q VI C I V E S R O M A N I S V N T , Q V I E O R V M P O S T H A N C L E G E M R O G A T A M T E S T A M E N T U M F A C E R E V O L E T , V T E A M^h P E C V N I A M E A S Q V E R E S Q V E D A R E E E C A R E V O L E T , I V S P O T E S T A S Q V E E S T O , V T H A C L E G E S E Q V E N T I L I C E B I T . Secundo capite modum legatorum constituit his verbis, Q V I C V M Q V E C I V I S R O M A N V S P O S T H A N C L E G E M R O G A T A M T E S T A M E N T U M F A C I E T , I S Q V A N T A M C V I Q V E C I V I R O M A N O P E C V N I A M I V R E P U B L I C O D A R E L E G A R E V O L E T , I V S P O T E S T A S Q V E E S T O : D V M I T A D E T V R L E G A T U M , N E M I N V S Q V A M P A R T E M Q V A R T A M H E R E D I T A T I S E O T E S T A M E N T O H E R E D E S C A P I A N T . E I S ,

Pars v.

5 ff

Q V I S V S

^a viueret,
^b interpretatione
^c esse
^d dare, &

^f De hac lege Falcidia, et quid à lege Vociaria differat, publ chri Alex. ab Alex. li. 6. Geni. die. ca. 15.

h quam pecunia, quaque res. Duas 1. diff. c. 58. vrb. ca. pita huius legii Falcidia falcidie resipit. Hunc autem tit. insta commentariorum explicavit, quæ si è s. ruris suis aliquando proferat, studijs se omniibus cumulatis. simè satijs falcidum iuri non dubito quædam Goueani ad l. ali. quæ commentatio suauit. i legetur Draro ibidem. k ex eo

QVIBVS QVID ITA DATVM LEGATVM ERIT,
 a Id est, impunē sine
 pena quadruplicis le-
 gis Furtive. Vlp. iiii. 1.
 Inflit. & Theoph de
 adem. lega. Infl. Du-
 et. 2. dipp. c. 10.
 b damnatus

EAM PECVNIA M SINE FRAUDE^a SVA CAPERE
 LIGETO. ISQUE HERES, QVI EAM PECVNIA M
 DARE IVSSVS DAMNATVS^b ERIT, EAM PE-
 CVNIA M DEBETO DARE, QVAM DAMNATVS
 EST.

Prior lex ad posteriorem trahitur.

Lex Falcidia etiam ad eos, qui apud hostes moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur. quod ea lex perinde eorum testamenta confirmat, atque si in ciuitate deceperint, propter quam fictionem lex Falcidia, & omnes testametariae pertinent. quæ tamen possint locum habere.

Lex interpretationem capit ex edito pretoris.

Ad eos, qui omissa causa testameti possident hereditatem, non pertinet lex Falcidia, sed per editum pretoris inducitur potestas legis. idemq; est, si iurisurandi condicio remissa sit. Sed & si seruo suo testator data libertate legauerit: quia^c differtur in id tempus, quo liber futurus est: item^d ei qui apud hostes est, aut ei qui nondum natus est, datum sit aliquid: haec lex locum habebit. Ad municipum quoque legata, vel etiā ea quæ Deo^e relinquuntur, lex Falcidia pertinet. Non solum autem ad res proprias testatoris legatas, sed & alienas lex pertinet. & omne quod ex bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem: siue in corpore constet certo, incerto, siue pondere, numero, mensura valeat: aut etiam si ius legatum sit, ut^f vſusfructus, aut quod in nominibus est.

Legatum penoris transfusum in legatum
 pecunia post moram.

Item si ita legatum sit, HERES MEVS SEIO PENVM 4
 DATO: SI NON DEDERIT, DECEM DATO: quidam putant, omnimodo in legato decem esse. penum autem mortis causa capi, nec in Falcidiā imputare id heredem posse. ego autem didici, si in continentī heres penum soluerit, videri hoc legatum esse: & in legem Falcidiā imputari posse. & quod dixi in continentī, ita accipiendo: cum aliquo spatio. quod si iam mora facta soluerit heres penum, tunc nec legatiū eum accepisse, nec in Falcidiā imputari posse. iam enim transfusum legatum esse, & decem deberi. Idemq; erit, & si ab initio ita legatiū datum sit, SI PENVM NON DEDERIT, DECEM DATO. quia hic penus non est legata. & penus si datur, mortis causa capit: quia deficit legatiū condicio.

Quomodo retinebitur quarta pars ex rebus individuis.

Si vſusfructus legatus sit, qui & diuidi potest, non sicut certae seruitutes individuae sunt: veteres quidem aestimandum totum vſusfructum putabant, & ita constituendū quantum sit

fit in legato, sed Aristo à veterum opinione recessit. ait enim posse quartam partem ex eo, sicut ex corporibus, retineri. idque Julianus recte probat. Sed operis serui legatis, cum neque vius neque vslusfructus in eo legato esse videtur: necessaria est veterum sententia, ut sciamus quantum est in legato. quia necessario ex omnibus, quae sint facti, pars decedere debet. nec pars operæ intellegi potest. immo & in vslusfructu, si queratur quantum hic capiat, cui vslusfructus datus est: quantū ad ceterorum legatorum aestimationem, aut etiam huius ipsius, ne dodrantem excedat, legatum, necessariò ad veterū sententiā reuertendum est.

Si quis creditori suo quod debet legauerit: aut inutile legatum erit, si nullum comnodum in eo versabitur: aut si propter representationis, puta, commodum vtile erit, lex quoque Falcidia in eo commodo locū habebit. Si legatarius possessionem nancetus est, & non potest auocari ei res, quia voluntate heredis errantis nactus est possessionē: dabitur actio heredi, ut id quod supra dodrantem est offeratur¹.

Interdum omnimodo necessariū est solidum solui legatario interposita stipulatione, QVANTO AMPLIUS, a auferatur: nisi sit Flor.

QVAM PĒR LEGEM FALCIDIAM CEPERIT, REDDI. veluti si quae à pupillo legata sint, non excedant modum legis Falcidiae: vereinur autem, ne impubere eo mortuo alia legata inueniātur, quae contributione facta excedant dodrantem, idem dicitur, & si principali testamento quedam sub condicione legata sunt, quae an debeantur incertum est. & ideo si heres sine iudice soluere paratus sit, prospiciet sibi per hanc stipulationem.

Id quod ex substitutione coheredis ad coheredem peruenit, proficit legatariis, is enim similis est heres ex parte pure, ex parte sub condicione heredi instituto. sed ea, quae ab eo legata sunt, si omiserit hereditatem^b, non augēt, b additionem.

M I H I H E R E S E R I T. Si coheredis mei portio exausta sit, mea integra, & illam vindicauero: Cassius confundendas, esse partes existimat. Proculus contra, in qua specie & Julianus Proculo adsensit, quam sententiam probabiliorem esse puto. Sed & Diuus Antoninus indicasse dicitur, commiscen-

das esse utrasque partes in computatione legis Falcidiae. Si coheredem meum post aditam hereditatem adrogauero: non dubitabitur, quin separandae sint portiones perinde atque si coheredi meo heres extitisset. Si in annos singulos legatum fit Titio: quia multa legata & cōdicionalia sunt, cautioni locus est, quae in edicto proponitur, QVANTO AMPLIUS ACCIPIT, REDDI.

De naturali debito.

Id quod natura hereditati debetur, & peti quidem non siffiij potest,

^c Hinc epparet &
Paulo verisimiliter
fuisse, Antonium
i.e. iudicasse: atque
etiam si a indicasse:
set, apparet eius fini-
tus, ut cum Cif-
faria improbari sit.
^d I. quod si infor-

potest, solutum verò non repetitur, non esse computandum in hereditate quidā putant. sed Julianus & hæc ex euentu augere patrimonium, aut non augere existimat. & hereditario iure id quoque capi, ideoque & in restitutionem hereditatis venturum. Si débitor creditori heres existat, quamuis confusione liberetur, tamen locupletiorem hereditatem percipere videtur, ut computetur ei quod debet, quamvis aditione confusum sit.

Impensa facta in funus ab herede detrahitur,
ut & alienum.

De impensa monumenti nomine facta queritur, an deduci debeat. & Sabinus ita deducendum putat, si necessarium fuerit, monumentum extruere. Marcellus consultus an fune-

^a Non necesse est so-
num id quod in suis
testator, in monumen-
tum faciendum im-
pendere si facultates
etiam alieno soluendo
non sufficiant. Her-
editatis depechare.
supr.

ris monumentique impensa, quantam testator^a fieri iussit, in ære alieno deduci debeat, respondit, non amplius eo nomine, quām quod funeris causa consumptum est, deducendum. nam eius, quod in extirctionem monumenti erogatum est, diuersam esse causam. nec enim ita monumenti ædificationem necessariam esse, ut sit funus ac sepultura. idcirco eum, cui pecunia ad faciendum monumentum legata sit, Falcidiā paf-
surum.

I I . M A R C E L L V S || libro vicesimo secundo Dige- storum^b

^b Multe in hunc lo-
cum grauiter & co-
piose differit Plato
dial. 12. de leg.

N Ec^b amplius concedendum erit, quām quod sufficiat ad speciem modicam monumenti.

Quod heres acquirit ex sua diligentia, vel alterius stultitia,
non computatur in hereditate.

I I I . P A V L V S || libro singulari ad legem Falcidiām^c

S I heres institutus eam hereditatem, quæ soluendo non est, vendiderit: vix quidem poterit persuaderi, non fuisse eam hereditatem soluendo, quæ emptorem inuenerit. vera autem ratione nihil legatariis debebitur: quia magis ex bonis defuncti. nam & è contrario, si male viderit res hereditarias, non erit hoc legatiorum detrimentum. ita ergo commodum debet esse heredis, si bene res administraverit. Sed & si is, qui soluendo non est, legauerit, & heres cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret, & ob eam decisionem factum sit ut aliquid retineret, nihil tamen legatariis debitum: quia eam pecuniam non ex hereditate, sed ex decisione habet.

Aestimatio anni reditus.

^c Aug. lib. 2. c. m. n. 10.

Item si reipublicæ in annos singulos legatum sit: cum de lege Falcidia queratur, Marcellus putat tantum videri legatum, quantum sufficiat sorti ad usuras trientes eius summæ, quæ legata est, colligendas.

1111. PAPINIANVS libro sextodecimo Quæstionum¹

Fundo legato mihi sub condicione, pendente legati condicione heres me heredem instituit, ac postea legati condicio exstitit. in Falcidiæ ratione fundus non iure hereditario, sed legati, meus esse intellegitur.

v. IDEM libro octavo Responsorum¹

Verbis legati vel fideicomissi non necessarie ciuitati relin- a necessarie
quitur quod ex causa pollicitationis præstari necesse est.
itaque si debiti modum testamento dominus excessit, super-
fluum dumtaxat Falcidia minuetur. quare nec fidei committi
legatarij^b poterit. Quod si dies aut codicillegatum fecerit, non b legatarij
utilitatis æstimatio, sed totum petetur quod datum est. nec si
viuo testatore dies venerit, aut condicio fuerit impleta: fiet ir-
ritum quod semel competit.

vi. VENULEIVS libro tertiodecimo Stipulatio-
num¹

Svir vxori heres exsisterit, & in funus eius inpendet: non
videbitur totum quasi heres inpendere. sed deducto eo,
quod quasi dotis nomine, quam lucrifacit, conferre de-
berit.

vii. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum¹

Lege Falcidiæ interueniente legata seruitus, quoniam diui-
di non potest, non aliter in solidum restituetur, nisi partis
offeratur æstimatio.

viii. IDEM libro quartodecimo Quæstionum¹

In legem Falcidiæ æris alieni rationem in hereditate reli-
eti, quod vnu ex heredibus soluere damnatus sit, ipse solus
habebit.

ix. IDEM libro nonodecimo Quæstionum¹

In Falcidiæ placuit, ut fructus postea percepti, qui maturi
mortis tempore fuerunt, augeant hereditatis æstimatio-
nem fundi nomine, qui videtur illo in tempore fuisse pretio-
fior. Circa ventrem ancillæ nulla temporis admissa distinctio
est. nec immerito: quia partus nondū editus, homo non recte
fuisse dicitur.^c

x. IDEM libro vicefimo Quæstionum¹

Quod supra quadrante apud heredem potest peruenire,
supra dodrantem in pecuniam^d legatum non onerat he-
redem. veluti hereditas pupilli, si fortè substitutus sit exhere-
dato, qui patri pupilli heres exstitit.

xi. IDEM libro vicefimo nono Quæstionum¹

In ratione legis Falcidiæ retentiones omnis temporis he-
redi in quadrante imputantur. Si seruus sub condicione
libertate data, vita decepit: si quidem impleta condicio

^c Iraque non habet
sur pro nato, cum de
commode alterius
agatur, lo qui in rete-
re, sup. de f. h. m. i.
^d ad heredem
^e pecunia.

* fuerit quan-
doque.

quandoque fuerit heredi non videbitur perisse. quod si defecerit, in contrarium ratio trahit. sed quanti statuliber, moriens fuisse videbitur. Imperator Marcus Antoninus decreuit heredes, quibus pars bonorum ablata est, non in ampliorem partem, quam pro ea parte quae relicta est, legatorum nomine teneri. Cum quidam parte dimidia bonorum adempta fuisset relegatus, idemque prouocatione interposita testamento postea facta obiisset, atque post mortem eius non iuste appellatum esset^b pronuntiatum: quae situm est, utrum aeris alieni loco pars dimidia abscederet, ut residua sola videretur fuisse in bonis: an vero succurri heredi necessarium esse videbitur^c. sed videtur succurri debere: cum animus litigantis & optimendi votum hanc opinionem admittit. Si seruus testamento manumissus ante aditam hereditatem decebat, heredi quidem perisse intellegitur. sed cuius pretij erit, qui si viueret, non estimaretur? nam & eos, qui moriente domino ea valitudine affecti fuerant, ut eos non posse viuere certum esset, tamen si postea moriantur, hereditati perisse responsum est. nec aliud in his, qui sub eodem testo fuerunt cum dominus a familia necaretur.

D e contributione legatorum.

d Huc pertinet ele-
gans discipulatio
apud Cie. lib 2 de
Linen. Rheto. vbi de
constituzione gene-
rali tractat.

Quod vulgo dicitur, in tabulis patris & filij vnam Falcidiā seruari, quam potestatem habeat, videndum est. quamuis enim substitutus que a pupillo relicta sunt, cum filius heres extitit, ut et alienum quodlibet debeat: tamē propter ea, quae data sunt tabulis secundis, contributioni locus est. secundum quae poterit evenire, ne substitutus quicquam retineat, velut longe plus habeat quartae paternae hereditatis. quid ergo si non sufficiat pupilli hereditas legatis, cum patris sufficiat^d? de suo quadrante nimiriū dabit substitutus: quoniam pater legauit de suo. nec ad rem pertinet, quod ex nullo testamento prestatatur ultra vires patrimonij: cum in hac parte iuris legata, quae tabulis secundis relinquuntur, quasi primis sub condicione relicta intellegitur. Si filio suo duos substituit, & alterius portionem onerauerit: tractari solet, an ex persona sua Falcidiā possit inducere substitutus, quam pupillus non haberet, vel unus pupilli substitutus. & facile quis dixerit consequenter prioribus quae de patrimonij ratione dicta sunt, non esse Falcidiā locum: & ultra vires portionis conueniendum alterum substitutum. Sed verior est diuersa sententia perinde huic quartam relinquendam existimantium, atque ita^e si patri heres extitisset, ut enim opes patris & contributio legatorū inde capiunt & formā & originem, ita plures substituti subducta persona pupilli reuocandi sunt ad intellectū institutionis^f. Quid tamen dicimus de altero substituto qui

e vel ut
f quarta
g sufficeret

h imprintis

i Phrasis Graeca.

k si sita patris

l viam melior est
Flor.

m substitutionis.

qui non est oneratus? si fortè nondum legata pupillus à se relicta soluit, & aliquid ultra dordantem sit: in omnibus & ipsum Falcidiam habiturum? At quin quartam habet. neque idem patiatur^a instituti comparatio. rursus si negemus, aliud aperte quam quod vOlgo probatum est, responde:ur. Itaque varietas exsistet, vt is quidem, qui proprio nomine oneratus est, velut institutus desideret quartam. alter autem, qui non est oneratus, vt substitutus, licet portio largiatur eius, non in solidum conueniat propter calculi confusionem. Huic sequens est, vt si pupillo de Falcidia cautum fuit, duobus committatur stipulatio: videlicet in eam^b quantitatem, quā vnuſ- quisque sibi retinere^c potuisset. Quæsiūm est, si quis pupilio coheredem substituisset: quemadmodum legis Falcidiæ ratio inquiri debeat. & quale est quod vOlgo diceretur, legatoꝝ rationem separandam. dixi, quantum ad legata, quæ patet à filio, item à substituto reliquit, nullam fieri posse separationem: cum communī calculo subſtantur, & inuicem inducant contributionem. sed legata, quæ ab^d instituto extero data sunt, permisceri ceteris non oportere. ideoq; quartam pupillo datæ portionis habere substitutum, quamvis suam portionem habeat, vt institutus. & aliam causam esse eius qui ex varijs portionibus heres scriberetur. ibi enim legatorum confundirationem nec minus quam si seniū fuisse nuncupatus ex ea portione, quæ conficeretur ex pluribus. neque referre, puræſæpe, an sub diuersis condicionibus sit heres institutus.

Si quis exheredato filio substituit heredem institutum, & ab eo tabulis quoq; secundis legauerit: necessariò ratio confundetur. cum ideo legata valere dixerit Iulianus à substituto relicta, quod idem patri heres exstiterit.

XII. IDEM libro trigesimo Quæſtionum!

Si debitor creditore herede instituto petiſſet, ne in ratione legis Falcidiæ ponēda creditum suum legatariis reputaret: fine dubio ratione doli mali exceptionis apud arbitrum Falcidiæ defuncti voluntas seruatur.

XIII. IDEM libro trigesimo septimo Quæſtio- num!

Si tacitum fideicommissum seruus iniungente domino suscepit, habiturum eum legis Falcidiæ beneficium, quia parere domino debuit, constitutus est. idemq; placuit in filio^e qui fuit in patris potestate.

Quod extra causam testamenti capit, in Falcidiam non imputatur.

XIV. IDEM libro nono Responsorum!

Pater filiam, quæ à viro diuerterat, heredem pro parte insti- tuit. & ab ea petit, vt fratri & coheredi suo portionem he-

5 ff iiij hereditatis

^e filia, quæ

^d quæ à substituto. Reſiliat illa.

^b ea quantitate, c deinceps

reditatis acceptam deducta sexta restitueret, admissa compensatione dotis in Falcidiæ ratione. si pater dotem consentiente filia non petislet , Falcidiam quidem iure hereditario, dotem autem iure proprio filiam habituram respondi, quia dos in hereditate patris non inueniretur. Auiā nepotibus heredibus institutis fideicommissit, ut omissa retentione, quæ per legem Falcidiæ ex alio testamento competebat, solida legata fratribus & coheredibus soluerent, recte datum fideicommissum respondi. sed hujus quoq; onus in contributio nem venire. Duobus impuberibus substitutum, vtriq; heredem existentem, in alterius hereditate Falcidia non vti conuenit, si de bonis alterius impuberis quartam partem hereditatis patris, quæ ad filios peruererit, retineat. Quod si frater^a fratri legitir us heres exstittit, & impuberis supremo substitutus: portio quidem paternorum bonorum, quam intestatus puer^b accepit, rationi^c Falcidiæ nō confundetur. sed quartam eius tantum portionem^d substitutus retinebit, quam iNpubes accepit, qui substitutum habuit.

^a De fl. & male: lib. beret enim testorem hac difficultate, ne hastet, an subhastatu, an vero alter statum legitimus heres fuerit.

^b purè. Rebus est Fl. & intellige fratrem, quæ legitimus heres fratri fatto impubes decepit, & locum substitutioni fecit.

^c ratione
d portionis

^e Quid de

^f Huius responsione, re pretaricū vide apud Al. x. ab Alex. li. 2. Genia. die. cap. 23.

g alium heredem

X V . I D E M libro tertiodecimo Responsorum

Q uod^e bonis iure Falcidiæ contribuendum est à debitore, cui mortis causa pacto debitum remissum est, in factū concepta replicatione retinebitur.

Pactum contra legem inutile.

Frater^f cum heredem sororem scriberet, alium^g ab ea, cui donatum volebat, stipulari curauit ne Falcidia vteretur, & vt certam pecuniam, si contra fecisset, præstaret. priuatorum catione legibus non esse refragādum constitit: & ideo sororem iure publico retentionem habituram, & actionem ex stipulatu denegandam. Non idcirco minus Falcidiæ rationem in ceteris annuis legatis admitti visum est, quod primo ac secundo anno sine vlla detractione fuissent legatario soluta.

Quod defunctus debet heredi, ut es alienum deducitur, nisi testator prohibuerit.

^h Hoc rogatio videatur inducere coniecturam, nepotem ab aucto testatore rogatum, ut quod ex reliquias tutela auctus debebat, compensare cum hereditate, quam accipie: nec ante omnia deducere, ut hereditatem. Si debitor, supra eam in his verbis (propria bona) colligit auctum voluisse, ut compensatio reali fieri cum hereditate.

Quod auctus ex causa tutelæ nepoti debuit, cum aucto nepos solus heres exstitisset: ratio Falcidiæ si ponereatur, in ære alieno bonis deducendum respondi. nec ad rem pertinere, quod heredem auctus, idemque tutor rogauerat^h, ut si fine liberis ante certam ætatem decederet, tam hereditaria quam propria bona restitueret. non enim ex hoc hereditatem debito compensatam videri: cum vel ideo maxime declaretur nō esse compensationem factam, quoniam heredem suum habere propria bona defunctus ostendit. Planè si cōdicio fideicommissi fuerit impleta, fructus hereditatis post mortem aui percepti, pari pecunia debito tutelæ compensabuntur, sed quartam heres

- heres nepotis^a de bonis dumtaxat, quæ moriens avus reli- a nepoti
 4 quit, retinebit. Cum fideicommissum ex voluntate matris
 à patre moriente debitum^b filio pater hereditate^c sua, quam b debitum esset
 in filium conferebat, compensari voluit^d: quod filio debetur,^e c hereditati suam.
 si ratio Falcidiæ ponit cœperit, fini quadrantis, quem ex bonis d voluit cum eo.
 patris cum effectu percepit, cōpensabitur, atq; ita superfluum
 5 aeris alieni dodranti tantum detrahetur. Ex donationibus
 in uxorem collatis, quod heres eius reddere viro cogitur, in
 bonis mulieris non erit. nam ita fit locupletior, vt tanto pau-
 perior esse videatur. quod autem heres inde minuit, viro non
 perit.

Quæ in Falcidiā imputentur.

- 6 Fructus prædiorum sub condicione verbis fideicommissi
 relictos, in causam fideicommissi non deductos, heres in ra-
 tione Falcidiæ sic accepto facere sibi cogitur, vt quartam || & ||
 quartæ fructus ex die mortis, bonorum, quæ mortis tempore
 fuerunt, habeat. nec ad rem pertinet, quando Falcidia lex ad-
 missa sit. nam etsi maxime post impletam condicionem fidei-
 commissum^e locum habere coepit: tamen ex die mortis fru- e fideicommissum
 ctus quadrantis apud heredem relinquī necesse est.
 7 Fideicommissum portionis supplendæ gratia, pro qua ma-
 trem filius heredem instituit, eidem matri datum ratione Fal-
 cidiæ minuitur. & eam pecuniam mater supra quartam por-
 8 tionis suæ percipiet. Quarta, quæ per legem Falcidiā re-
 tinetur, aestimatione, quam testator fecit, non magis minui
 potest, quam auferri.

xvi. S C A E V O L A libro tertio Quæstionum[¶]

SI ex pluribus rebus legatis heres quasdam soluerit, ex re-
 liquis Falcidiā plenam per doli exceptionem retainere
 potest etiam pro his quæ iam data sunt. Sed etsivna res sit le-
 gata, cuius pars soluta sit: ex reliquo potest plena Falcidia te-
 tineri.

Contributio legatorum.

xvii. I D E M libro sexto Quæstionum[¶]

SI post missionem faciat codicillos miles, & intra annum
 decedat: ex testamento, quod in militia iure militari fecit,
 plena legata ex codicillis, habita Falcidiæ ratione, præstari
 debere dicitur. sed res ita expedietur, si cum quadringenta ha-
 beret, testamento quadringenta, codicillis centum legauerit:
 ex quinta parte, id est octoginta quæ ad legatarium ex codi-
 cillis peruenirent, si Falcidiā non pateretur, quartam, id est
 viginti heres retinebit.

Filius familiæ miles potest grauare patrem ab intestato, ut peculium restituat: & per restitutionem peculium efficitur hereditarium: & fructus medio tempore percepti in Falcidiam computantur.

XVIII. P A V L V S libro vndecimo Quæstionum¹

^a Si filius familiæ,
^b commisit

^c Sed nemo dubi-
tabit
^d legi Falcidie.

Filius familiæ^a, qui militauerat, decedens patris sui fidei commisit^b codicillis, vt peculium suū castrense Titio post mortem restitueret. quærebatur, an vt heres quartam deducere posset. dixi legem Falcidiam inductam esse à Diuo Pio etiam in intestatorum successionibus propter fideicommissa, sed in proposito nec hereditatem esse: quamuis placaret mihi, extraneo herede instituto, fieri hereditatem aditione eius. nam cum apud patrem remanet, ius pristinum durat, & peculium est. nec huic contrarium est, quod in testamēto eius qui apud hostes decessit, exercetur Falcidia. nam fictio legis Corneliae & hereditatem & heredem facit. Sed^c me non dubitare quin debeat id quoque indulgeri legis^d beneficium, siquidem quasi patris familiæ bona restituere cogitur. & heres scriptus, omissa ex testamēto aditione, exemplo editi legatorum nomine conuenietur. His consequēs erit, vt si ex fructibus medio tempore quartam & quartæ fructus habuerit pater, etiam Trebellianum senatusconsultum inducamus, & utiles actiones exerceri possint, fiatque hereditas post restitutionem.

XIX. S C A E V O L A libro octauo Quæstionum¹

S I dignum decem fundum damnetur heres quinq; vendere, sine dubio quinque erunt imputanda Falcidiæ.

XX. IDEM libro nono Quæstionum¹

S I à seruo meo herede instituto mihi legetur, & mihi adquiratur hereditas, negat Mæcianus id legatum in Falcidiae^e compatri: quia non debeatur.

Quod heredi soluitur à pupillo, ut naturaliter debitum, imputatur in Falcidiam.

XXI. P A V L V S libro duodecimo Quæstionum¹

^f tutoris antiqui-
tate
^g mutuò

S I pupillus, cui sine tute^f auctore decē mutua^g data sunt, legatum à creditore meruerit sub hac condicione, si decē, quæ acceperit, heredi reddiderit: yna numeratione & implet condicionem, & liberatur naturali obligatione: vt etiam in Falcidia heredi imputentur: quamuis non imputarentur, si tantum conditionis implendæ causa data fuissent. adeo autem & soluere videtur, vt repudiato legato, vel Sticho qui legatus est mortuo, nihil repetere possit.

Siego & seruus meus heredes instituti simus ex diuersis partibus, nec à seruo erogatus dodrans his quibus à me legatum est: contra Falcidiam proderit quod ex portione serui ad me peruenit supra Falcidiam eius portionis. ex contrario si seruo meo seruus, & mihi decem legata fuerint: serui Falcidia ex decem mihi legatis non tenetur^a, exemplo eodem Falcidię. ^{a retineat} nam quartam retineo ex persona serui, quamuis de mea portione nihil exhaustum sit.

An prælegatum imputetur in Falcidiam.

XXII. IDE M^{IL}libro septimodecimo Quæstio-
nuni^b

Nescennius Apollinaris Iulio Paulo. ex facto domines p[re]cie eius inoci[us] incidit. Titia filias suas tres numero æquis ex partibus scripsit heredes, & à singulis legata inuicem dedid. ab una tamen ita legauit tam coheredibus eius quam extraneis, vt Falcidiae sit locus. quæro an aduersus coheredes suas^b, à quibus legata & ipsa accepit, vti possit Falcidia: & si ^b suos, non possit, vel doli exceptione summovenda est, quemadmo dum aduersus extraneos computatio Falcidiae iniri possit. respondi, id quidem, quod à coherede^c legatorū nomine percipitur, non solet legatarijs proficer, quo minus Falcidiam patiantur. sed cum is, qui legatum præstaturus est, ab eodem aliquid ex testamento petit: non est audiendus, desiderans vti aduersus eum Falcidiae beneficio, si id quod percepturus est, ex voluntate testatoris supplet, quod deducere desiderat. Plane ceteris legatariis non vniuersum quod coheredi^d præstat, imputabit: sed quantum daturus eset, si nihil ab eo perciperet^e. Seruo herede instituto, si à domino fideicommissa, à seruo legata data sunt, prius ratio legatorum habenda est: deinde ex eo quod supereſt, fideicommissorum. dominus enim ideo tenetur, quod ad eum peruenit. peruenit autem quod deductis legatis supereſt. planè Falcidiam exercet. Sed & si dominus omissa hereditatis aditione seruum sibi substitutum adire iussit, prius erogantur quæ ab ipso domino data sunt. tunc eorum, quæ à seruo reliqua sunt, ratio initur, si patitur Falcidia.

Liberatio legata.

- 2 Si debitori liberatio legata sit, quamvis soluendo non sit, totum legatum computetur^f: licet nomen hoc non augeat hereditatem, nisi ex euentus. Igitur si Falcidia locū habeat, hoc plus videbitur legatum, quod huic legatum eset. ceteraque minuentur legata per hoc, & ipsum hoc per alia. capere enim videtur eo quod liberatur. Sed si alij hoc nomen legetur, nullum legatum erit: nec ceteris contribuetur.

^f computatur
g Nisi euenies cum
fieri oportet, v. ab
eo exigis peſis. l. pre-
terea. s. cuius debitis
infreda.

x x i i i . s c a e v o l a libro quintodecimo Quæ-
stionum

Si fundus mihi legetur & via; in Falcidiae ratione, si tantum sit in via, quantum amplius est in Falcidia, integer fundus capietur, & via perit^b. sed si via legetur, nec soluendo sit hereditas, non debebitur. videndum etiam, si fundo & via legato, minus ex utroque desiderat^c, quam sit viæ pretium. potest coacta ratione dici, non tantum fundum solidum capir sed etiam vt doli exceptio tantum sarciat, quantum deest. ne plus habeat, quam Falcidia desiderat, vt tunc solum via intercidat, quotiens plus Falcidia desiderat, quam est viæ pretium.

x x i i i i . p a v l v s libro quartodecimo Respon-
sorum respondit^d

Falcidiae legis rationem, si haberi oportet, ita habendam, ac si haeres, quæ ab herede subtrahæ sunt, in hereditate relatae non fuissent. Idem respondit, partus ancillarum ante diem fideicommissi editos ad heredes eius, qui rogatus est, pertinere: eosque in quartam & quartæ fructus computandos, si de lege Falcidia quæstio intercedat^e.

Idein respondit, fructus ex propria re heredis, quæ legata est, post diem fideicommissi cedentem perceptos, et si non int restituendi fideicommissario, heredi in quartam imputari nō solere.

x x v . s c a e v o l a libro quarto Responsorum

MAratum suum & filium communem æquis partibus heredes instituit. quæsitum est, an in ratione legis Falcidiae imputandum sit marito, quod ad eum ex eadem hereditate per filium peruenit. respondit, si ex institutione filij tantum retineat^f, quantum ad Falcidiæ satis sit: nihil quartæ nomine deducendum. A liberto, cui fundum legauerat, per fideicommissum Seiæ annua decem dedit. quæsitum est, si lex Falcidia liberti legatum minuerit, an Seiæ quoque annum fideicommissum minutum videatur, cum redditus largiatur annuam præstationem. respondit, secundum ea quæ proponerentur, non videri minutum: nisi alia mens testatoris probetur.

x x v i . i d e m libro quinto Responsorum

LIneam margaritorum trigintaquinquæ legauit. quæ linea apud legatarium fuerat mortis tempore. quæro, an ea linea heredi restitui deberet^g propter legem Falcidiæ. respondit, posse heredem consequi, vt ei restituatur. ac^h si malit, posse vindicare partem in ea linea, quæ propter legis Falcidiæ rationem deberet remanere. Quæsitum est, an pretiū statuarum Falcidiæ^m pati debeat, respondit, debere.

Condi-

a quanto
b peribit.
c desideretur,
d & potest.
e incidat.

f computandum
g peruenierit,
h minutum
i Post enim ipsius legati à legatario non est relatae in fun-
ds nō continetur summa annua, per fidei-
commissum relata.
Quod si parte legati prestat per fideicom-
missum legatarium ipsius sit, si minutatur
per Falcidiæ lega-
sum, minutetur quoq;
fideicommissum. t. pe-
nales. §. f. Titio. infi-
os. Lex enim Falcidiae minutum legatum,
vñ omnes res legatas pro portione. l. f. mi-
ni. de leg. r. supr.
k debet
l. si. al. aut si
m Falcidia. Reffor
of Elor.

*Condicio, in fraudem legis adiecta, prouon ad-
iecta habetur.*

XXVII. IDEM libro sexto Responorum

SE IVS ET AGERIVS SI INTRA DIEM TRIGE-
SIMVM MORTIS MEAE REIPUBLICAE NOS-
TRAE CAVERINT, CONTENTOS SE FVTVR OS
TOT AVREIS LEGIS FALCIDIAE BENEFICIO
OMISSO, HERedes MIHI SYNTO. QVOS INV-
CEM SVBSTITVO. QVOD SI VOLVNTATI MEAE
NON CONSENSENT, EX HERedes SVNTO.
quæstum est, an heredes instituti hereditatem adire possint, si
condicioni parere nolunt^a, cum habeant substitutos eadem ^{a nolint,}
condicione præscripta. respondit, Seium & Agerium primo
loco institutos perinde adire posse, ac si ea condicio, quæ frau-
dis causa adscripta est, adscripta non esset.

XXVIII. MAECIANS libro primo Fideicom-
missorum

Pater quoque in legatis, quæ filius ei dedit, alio herede in-
stituto, legis Falcidiae rationem patitur.

XXIX. PAULVS libro secundo Fideicom-
missorum

SI à metibi fideicommissum vel legatum est, tuque id post
tempus rogatus sis mihi restituere, non puto hoc imputan-
dum esse in Falcidiam: quia incipio postea quasi fideicommis-
sarius id recipere.

*Damna post mortem testatoris contingentia, sine culpa
legatarij, imputantur heredi*

XXX. MAECIANS libro octavo Fideicom-
missorum

Nratione legis Falcidiae mortes seruorum ceterorumque
animalium, turta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, vis
hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora no-
mina, in summa quodcumque damnum, si modò culpa lega-
tarij careant, heredi pereunt. quemadmodum ad heredis lu-
crum pertinent fructus, partus ancillarum, & quæ per seruos
adquisita sunt. vt stipulationes, rerum traditiones, legata, he-
reditatés ue his datae, ceteræ donationes, item seruitutes, qui-
bus liberata prædia pretiosiora fierent: actionesque adquisitæ,
vt furti, damni iniuriæ: similesque, quorum nihil in rationem
legis Falcidiae cadit. Vendere autem vel emere iussus certo
pretio fundum, aliámue quampliam rem in legis Falcidiae ra-
tione, cum quantum sit legatum, requiratur, tantum eo no-
mine inducetur^b, quanto pluris minorisue sit res ea quantita-
te, quam quo pretio testator accipi, dari uel iussit. sed^c vt ei
quidem portioni, quæ legatis deductis facienda erit, amplius
dedu-

^b inducet.

^c sed ei al. vt ei

a In quibusdene
bet ita legi &c p*q*us
distingui, prorsus
in intellectum est.
Diligenter &c.

b fore,
c hue

d debetbitur.

e diminuendam

f debetbitur.

d in legi

deducetur. quippe non nostri causa capi id pretium: sed eo deducto pretium reliquum legatum esse intellectum est.^a

ROrsus diligenter animaduertendum est, ne quod dicitur, 2
damna post mortem testatoris illata ad solum heredē respicere; usquequa & sine villa distinctione recipiatur. quod enim remota lege Falcidia in totum iuris foret^b, hoc idem fore in ea parte, quae lege Falcidia constitueretur. hoc enim attinet, damna postea facta non deduci, ne amota portio legatis fideiue commissis detrahatur. Verum est autem his 3
solidis, quae pondere, numero, mensura constant, nec damno postea incidente, ex portione, quae fieri ad aestimationem eorum bonorum quae mortis tempore fuerunt, quicquam detrahi. Certis vero corporibus, & his ipsis ita relictis, PECV-
N'IAM, Q'VAM IN ILLA ARCA: V'IN V'M, Q'VOD IN
ILLIS DOLEIS: PONDVS ARGENTI, Q'VOD IN
ILLIS HORREIS HABEO: Si ne culpa heredis deperi-
runt, vel deteriora sunt facta: procul dubio aut nihil debebitur, aut eorum, quae exstabunt, qualia erunt, ea portio debebitur, quae per legem Falcidiā efficiatur ex aestimatione bonorum, quae mortis testatoris tempore fuerint. 4
Incertae autem res relictæ distinctionem recipiunt, nam si ex suis rebus incerta rem testator reliquisset, veluti ARGENTVM Q'VOD
ELEGERIT, & omne argētum testatoris interisset sine culpa heredis: nihil deberetur^c. sin vero argenti pondus pure relictum esset, quamuis omne argentum testatoris deperisset: admissa lege Falcidia, portio eius quantitatis sumetur, quae fuit in bonis eo tempore quo testator decepsit. nec ad immi-
nuendam eam quicquam damna postea incidentia proficien-
tes tamen, quae interierint, pro nulla parte, ac ne aestimatio quidem debeatetur^d: non magis quam si omnes res perspeciem enumeratae relictæ essent.

Licet datum causa conditionis implende in Falcidiā non im-
putetur, tamen datum ut pretium imputatur.

Tametsi autem & legis Falcidiæ ratione, quae condicionis 5
implendæ causa heredi sunt data, in quartam non computan-
tur: tamen id quod non figura condicionis accipere iussus est
ab eo, cui hereditatem restituere rogatus est, Celso & Iuliano
nostro placuit computari, quemadmodum si ea summa he-
res vendere eas res iussus esset: quia non condicionis implen-
dæ causa, sed quodammodo pro pretio inferre sunt iussi. Quo
loco amplius quæsumus est, an fideicommissarius quoque in-
uitus cogatur dare eam summam, & recipere hereditatem,
quasi & ipsius fideicommissum esset. sed id verisimile nō est.
cum talis oratio magis ipsius causa, quam contra ipsum pos-
ita videatur.

Legat-

Legata, quæ non valeant, non veniunt in computationem legis Falcidie.

- 6 Cum lex Falcidia interuenit, non veniunt in contributionem quæ ipsi heredi à se metipso vel seruo eius legata fideiue commissa sunt. alia causa est eorum quæ in die certa dantur. nam si libertatis dies coepit cedere ei, debebuntur: & in contributionem veniunt. ac ne ea quidem, quæ quis seruis suis inutiliter sine libertate legauit, fideiue commisit, in computationem eius legis cedunt. Res, quas neq; per fidicommisum relinqui posse certum est, in legis Falcidiæ computationem non veniunt.

XXXI. POMPONIVS libro secundo Fideicommissorum¹

IS cui fideicommissum soluitur, sicut is cui legatum est, satisfare debet, quod amplius ceperit, quam per legem Falcidiam ei licuerit, reddi. veluti cum propter condicionem aliorum fideicommissorum vel legatorum legis Falcidiæ causa penderit. Sed & secundum Cassij & veterum opinionem, si à pupillo fideicomissa capiuntur, propter ea, quæ à substituto erunt relicta, cauere debebit is cui soluatur. nam quamvis repetitio sit eorum, quæ fideicomissi nomine non debita soluentur: tamen satisfacto cautum debet esse ei à quo pecunia proficiat. ne damnum sentiat deficiente eo, cui solutum erit.

Quæ actiones hereditatem augeant, vel injuuant.

XXXII. MAECIANS libro nono Fideicommissorum²

Poenales actiones, siue legitimæ siue honorariæ, exceptis popularibus, in bonis actoris non ideo minus computandæ sunt, quia morte reorum intercidere possunt. è contrario autem eadem actiones nihil bonis rei defuncto eo detrahuntur. sed ne in actoris quidem bonis defuncto eo iniuriarum actio poterit computari: quia & ipsa simili cum eo intercidit, ut vñusfructus: & id quod in dies, menses, annosue singulos aliqui quoad viuat debeatur. etenim ea demum obligatio rei bonis diminutionem praestat, quæ in heredem transit. nec contrarium est, quod viuente reo eo minus in bonis eius intellegebatur. nam et si ita stipulatus esset, ut cum moreretur, debere ei inciperet: tamen augerentur bona eius, quemadmodum si ipse sub eadem condicione promisisset, defuncto eo minuerentur. honorariæ quoque actiones, quæ intracertum tempus à praetore promittuntur^b, cum^c bonis actoris defuncto eo augmentum^d rei decessionemue, fitales erunt, ut in heredē quoque transeant, praestabunt. Julianus scribit, si vtriusque heredis pars exhausta est legatis, & alter ex heredibus

^b perfringatur.

^c tum

^d tum vero rei decessionem.

cautionem prætoriam accepit à legatariis : non æqualiter, sed pro suo modo legis Falcidiæ rationem, & actionem ex stipulatu habiturum . omnes enim prætorias stipulationes eiūsdē interpretationis esse : nam constare, ex iudicatum solui stipulatione, siue à parte actoris, siue à rei plures heredes existissent, non omnibus , nec aduersus omnes actionem contingere: sed dumtaxat his qui vicissent, & aduersus victos. hisque, aduersus quos res defensa non esset , aduersus eos qui rem nō defendissent. Annua, bima , trima die aureis centenis legatis , ex omnibus summis non tantum ex posterioribus , portionem legis Falcidiæ detrahi placuit. Si Titio ^a viginti legatis portio per legem Falcidiām detracta esset, cum ipse quoque quinque Seio rogatus esset restituere: Vindius noster tan tum Seio pro portione ex quinque detrahendum ait, quantū Titio ex viginti detractum esset. quæ sententia & æquitatē & rationem magis habet: quia exemplo heredis legatarius ad fideicommissa præstanta obligabitur. nec quia ex sua persona legatarius inducere legem Falcidiām non possit, idcirco quod paſſus esset, non imputatur ^b . nisi forte testator ita fidei eius commisſisset, vt totum quidquid ex testamento cepisset, restitueret. si autem manumittere seruum vel suum vel alienū rogatus sit, omnimodo præstare debet libertatem. nec hoc contrarium est superiori ^c : quia saepe libertatis & alias benigniores sententias exprimit.

Legato seruo ; ut manumittatur , an Falcidiā locum habeat.

XXXIII. PAVLV S libro tertio Fideicommissorum

SI seruus tibi legatus fit , eumque rogatus sis manumittere; nec præterea capias vnde quartam, quæ per Falcidiām retinetur, recipere possis: senatus censuit cessare Falcidiām.

XXXIII. MARCEL LV S^d libro quadragesimo secundo Digestorum Juliani notat

IN testatoris seruo non erit Falcidiæ locus . si verò pecunia , aliquid quid legauerit, fideique legatarij cōmiserit, vt alienum seruum vel legatarij manumitteret: locus erit.

XXXV. VEPIANVS libro sexto Disputationum

PLene si quid sit præterea legatum ipsi seruo, Falcidiæ locū fore senatus declarauit. vnde Scaeuola ait in eo, quod præterea seruo legatum est, ita Falcidiā admittendam , vt inde & quod pro seruo præstandum est, sumatur.

XXXVI. PAVLV S libro tertio Fideicommissorum

Sed si non seruus ipse legatus fit , sed pecunia , rogatusque sit legatarius seruū suum manumittere , Falcidiā patietur: & nihil minus cogetur manumittere . quia tanti æstimasse vide-

^a Vide L.25. in fin. sup. co.

^b imputabitur.

^c superioribus:

^d Marcellus apud Julianum libro trigesimo quinto notat.

videbitur seruum suum. quid si alienus seruus fuerit? in eo non plus quam accepit, ad redimendum cogitur impendere. si vero heres seruū rogatus sit manumittere, placet pretium eius, ut æs alienum, deducendum esse. Si solus seruus legatus, & fideicomissa libertate donatus fuerit, licet Falcidia interueniente, totus vindicari petive potest. sed et si aliud præterea capiat legatarius, adhuc seruus totus peti potest. quartam autem utriusque ex legato retinendam, ne impediatur liberitas. Si incertum fit, an libertas prestat debet, veluti quod sub condicione, vel post tempus data fit, numquid incerto eo an praestetur, cum possit aut seruus mori, aut condicio deficerre, interim Falcidia admittenda est? deinde cum libertas competere vel deberi coepit, tum legatarius illam partem recipiat, quam Falcidia detraxit? Cæcilio placebat, si quid ex operis eius medio tempore consecutus fuerit heres: id in pretium eius erogare eum debere propter legis Falcidiæ rationem.

xxxvii. VALENS libro sexto de Fideicomissis

Eius serui aestimatio perinde ac statuliberi fieri debet. sed & si heres seruum alienum rogatus est manumittere, placuit ut etiam huius pretiū ex aestimatione hereditatis deduci debeat.

xxxviii. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum

Tatuliber heredis non auget familiam^c. Comunes serui in utriusq; patrimonio connumerantur. Cuius ususfructus alienus est, in dominio proprietatis^d connumeratur: pignori dati, in debitoris: sub lege commissoria distraicti, item ad diem addicti, in venditoris.

xxxix. PAULVS libro tertio Sententiārum

Aris alieni loco deducuntur, non solum pretia eorum qui abus libertas data est, & eorum qui supplicio sunt affecti: sed & eius quem prætor propter indicium proditæ mortis, vel detrectæ eorum^e coniurationis, libertæ donauit^f.

xl. HERMOGENIANVS libro quarto iuris Epitomarum

Ad veterani testamentum, siue paterfamilias siue filiusfamilias sit, licet intra annum missionis decedat, lex Falcidia pertinet. Sicui, si decem dedisset, viginti fundus fuisset legatus: is in toto fundo legatarius habebitur.

xli. PAULVS libro nono ad Edictum

Dolo^g carere non videtur, si iam mota quis cōtrouersia hereditatis legata sine cautionibus det.

Parte v.

5 gg

xlii.

^c Non potest enim id angere familiæ, quod in ea non permaneat: hic autem, condicione, vel tempore cœvenienter fit liber, t. statuliber, infra de statulib., d proprietarij e in diem

f reorum

g aut deredæ

h reorum

i Memorabile exemplum huiuscmodi manu scriptum reserte Liu. ii. 2. ab Vrascendo.

^k Ex titulo de processu

X L I I . V L P I A N V s libro quartodecimo ad

Edictum

IN Falcidia aestimatio pretij rerum ex veritate facienda est.

X L I I I . I D E M libro nonodecimo ad Edictum

Serui, qui apud hostes sunt, post mortem testatoris reuersi, quod ad Falcidiā pertinet, locupletiorem faciunt hereditatem.

X L I V . I D E M libro vicesimoprimo ad Edictum

Falcidia interuenire non potest, si statuliber de alieno dedit, non de bonis defuncti: vel alias est homo liber, qui condicione impleuit.

X L V . P A V L V S libro sexagesimo ad Edictum^b

IN lege Falcidia non habetur pro puro quod in diem reli-

ctum est: medijs enim temporis commodum computatur. In his legatis, quae sub condicione relictā sunt, Proculus putabat, cum queritur de lege Falcidia, tantum esse in legato

a quantum

b possit.

c inde deberi. Idem

dijur. dicitur.

e auctoritas de arbitrio.

f s. ad. m. distinctione cr-

retus. fuit. l. i. s. pr.

g. cōdit. et demo. s. f.

h. Ex tractatu de

i exceptio.

sed haec sententia non probatur. cautionibus ergo melius res

temperabitur.

X L V I . V L P I A N V S libro septuagesimosexto ad
Edictum^b

Quidquid per Falcidiā retinere poterat, voluntatem te-
statoris secutus spopondit se daturum, cogendus est
soluere.

X L V I I . I D E M libro septuagesimo nono ad Edictum^b

LEx^e Falcidia si interueniat, in omnibus pensionibus locum
habet. sed hoc ex post facto apparebit. ut puta in annos sin-
gulos legatum relictum est. quamdiu Falcidia nondū locum
habet, integræ pensiones annuae dabuntur. sed enim si annus
Benerit, quo sit ut contra legem Falcidiā ultra dodrantem
aliquid debeatur, eueniet ut retro omnia legata singulorū an-
norū imminuantur. Numquam legatarius vel fideicom-
missarius, licet ex Trebelliano senatusconsulto restituitur ei
hereditas, vtitur legis Falcidiæ beneficio.

X L V I I I . P A V L V S libro secundo ad edictum Aedi-
lium curulium^b

CVim emptor venditori, vel contra heres exstitit, cuius ho-
mine utrum duplum in æs alienum deducere vel compu-
tare debeat, an simplum? duplum enim esset, si alias heres
exstitisset. & benignius est, eodem herede existente simplum
ei imputari.

X L V I I I I . I D E M libro duodecimo ad Plautium

PLautius: seruo, quem tibi legaueram, fundum legauit. Atili-
cinus, Nerua, Sabinus, primū in seruo rationem legis
Falcidiæ

Falcidiæ habendam, & quota pars ex eo decederet, eam partem in fundo legato inutilem futurā: deinde ex reliquis partibus fundi legis Falcidiæ portionem deceffuram, sicut ex omnibus legatis. Cassius^a: quod seruo pars lege Falcidia dece-
dat, incipere seruū fieri communem heredis & legatarij. com-
muni autem seruo cum legatū sit, totum pertinere ad sociū:
quia in eam personam legatum consistere possit. qua ratione
semel ex fundo partem legis Falcidiæ deceffuram. Paulus^c:
Cassij sententia vtimur. nam & Diuus Pius rescriBsit, seruo
communi fideicommissum datum totum ad socium pertine-
re. Interdum evenit, vt propter rationem legis Falcidiæ se-
quens legatum extinguitur. veluti si fundus, & ad eum via
legata sit per alium fundum. nam si pars fundi remanserit in
hereditate, non potest procedere viæ legatum: quia per par-
tem seruitus adquiri non potest.

De legatis inutilibus.

L. C E L S V S libro quartodecimo Digestorum^b

Non est dubium, quin ea legata, à quibus heres summo-
vare exceptione petitorem potest, in quartam ei imputen-
tentur, nec ceterorum legata minuantur.

e minuantur.

LI. I V L I A N V S libro sexagesimoprimo Digestorum

Nec interest, vtrum ab initio quasi inutile fuerit, an ex ac-
cidenti postea in eum casum peruenisset legatum, vt actio
eius denegaretur.

f peruererit
g ei denegaretur.
rel. cis

LII. M A R C E L L V S libro nono Digestorum

Ex aſſe patronum heredem instituit libertus, cum ducētos
Aureos in bonis haberet: & legauit filio centum viginti, ex-
traneo reliqua. deminutio legati, quod extraneo preſtat^h lega-
tum, proficit filio ad consequenda ſolida quæ ei legata ſunt.
Quacumqueⁱ ex caſa legata non preſtatur, imputantur he-
redi in quartam partem, quæ propter legem Falcidiæ rema-
nere apud eum debet.

h legatum pre-
ſtatur.
i Quacumque enī
remanet.

LIII. C E L S V S libro septimodecimo Digestorum^j

Si propter ea, quæ ſub condicione legata ſunt, pendet legis
Falcidiæ ratio: preſenti die data non tota vindicabuntur.

A defuncto heredibus debitum, ut et alie-
num detrahitur.

LIV. M A R C E L L V S libro quintodecimo Di-
gestorum^k

Pater filium, ex quo tres habebat nepotes, heredem inſtituit, ſidei que eius commilit, ne fundum alienaret, & vt in
familia eum relinqueret. filius deceſdens tres filios scriBſit he-
redes. quærendū eſt, an omnino quasi creditores vnuſquisque
in ratione legis Falcidiæ aliiquid poſſit deducere: quia in
potestate ſua habuit pater, cui ex his potius relinqueret.

sed

a Cassius ait:
b quod si seruo

c Hinc apparet li-
bris Pauli ad Plau-
tii ita vocatus, quid
fuit commentarij in
Plautium non quid
Plautio fuit nomen
pati. Aug. libret.
emendat. c. e.

d partes

e minuantur.

f peruererit
g ei denegaretur.
rel. cis

a quippe cum ne-
cessitate

sed hac ratione nemo in Falcidię ratione quicquam deducet,
quod videndum, ne dure constituantur. utique enim in alieno
ære habuit fundū : necessitate^a quippe obstrictus fuisset filiis
eum relinquendi.

b debet,

c quod

d queritur

e quid si

f reliquisset.

g dederit,

L V . I D E M libro vicesimo Digestorum!

C Vm Titio in annos singulos dena legata sunt, & iudex le-
gis Falcidiæ rationem inter heredem & alios legatarios
habeat: viuo quidē Titio tanti litem astimare debeat^b, quanti
venire id legatum potest, in incerto posito quamdiu victurus
sit Titius. mortuo autē Titio non aliud spectari debet, quam
quid^c heres ex ea causa debuerit.

*Augmentum facultatum hereditarij debitoris, quandocun-
que contingens, prodest legatariis in Fal-
cidia detrahenda.*

L V I . I D E M libro vicesimo secundo Digestorum!

C Vm quo de peculio agi poterat, heres creditoris exstitit.
queris^d cuius temporis peculium computari oporteat in
Falcidia lege. Plerique putant, quod tunc in peculio fuerit
cum adiretur hereditas, inspiciendum. ego dubito: quoniam
mortis tempus in ratione legis Falcidiæ ineunda placuit ob-
seruari. quid enim interest, peculium serui post mortem cre-
ditoris deminutum sit, an debitor pauperior factus sit? Ali-
quis dicet, quid ex contrario, si ante aditam hereditatem ad-
quisierit seruus: & ego quāram, ^e si debitoris, qui tunc non
erat soluendo, ampliatae facultates fuerunt? & cum in isto
placuerit, ex post facto vberiore videri fuisse hereditatem,
sicuti cum condicio crediti exstitit post mortem, ita etiam pe-
culij incrementum pleniorum faciet hereditatem. Sceuola
notat: quid ergo si idem seruus defuncto & alij dena debuit,
& vna decem habuit? augetur scilicet & his hereditas, decem,
qua^f defuncto naturaliter debebantur, in hereditate manenti-
bus. Is qui in bonis vnum dumtaxat seruum habebat, lega-
uit eum Titio, & fidei eius commisit, vt post triennium ma-
numitteret. debet ex eo, quod interim ex operis serui a T. Ti-
tium peruenire potest, quarta apud heredē remanere. quemadmodum si directo post triennium seruo libertatem dedis-
set, eiusque vsum fructum ei legasset: aut ei proprietatem per
fideicommissum reliquit^g. Stichum tibi seruo tuo decem ²
legavit. vel contra, tibi decem, seruo tuo Stichum, libera-
temque Stichi fidei eius commisit. lex Falcidia minuit legata.
redimere ab herede partem debes, quemadmodum si tibi
vtrumque legasset. Sæpius euemit, ne emolumentum eius ³
legis heres consequatur. nam si centum aureorum dominus
vigintiquinq; alicui dedit^h, & eum instituerit heredem, &
dodrantem legauerit: nihil aliud sub occasione legis Falcidiæ
interue-

interuenire potest. quia viuus videtur heredi futuro prouidere.

L V I I . IDEM libro vicesimo sexto Digestorum[¶]

Cum dote m maritus alicui legauerit, vt vxori restituatur, non habere legem Falcidiā locum, dicēdū est. & sanē in plerisque ita obseruatur, vt omisſā interpositi capiētis persona spectetur.

L V I I I . M O D E S T I N V s libro nōno Regularum[¶]

Legis Falcidiæ beneficiū heres etiam post longum tempus mortis testatoris implorare non prohibetur.

L V I I I I . IDEM libro nōno Pandectarum[¶]

Beneficio legis Falcidiæ indignus esse videtur qui id egerit, vt fideicommissum intercidat. præterea qui non capienti rogatus est restituere hereditatē, senatus consulto Planciano^a ^a Plautiano non conceditur quartam retinere. sed ea quarta, quam non retinuit, ad fiscum pertinet ex rescripto Diui Pij.

L X . I A V O L E N V s libro quartodecimo ex Cassio[¶]

Cum pater impubere filiæ heredem substituit, id quod ei legatorū nomine à patre obuenit, cum hereditas ad substitutos pertinet, in computationē legis Falcidiæ non venit. Legato petito, cum in litem iuratum eit, ratio legis Falcidiæ, non eius summae in quam legatarius iurauit, haberi debet: sed eius, quanti re vera^b id^b fuit quod petitum eit. nam id quod poenæ causa adcreuit, in legem Falcidiā non incidit.

Si heres propter suam flutitiam plus soluit, non nocet legatariis.

L X I . IDEM libro quarto Epistularum[¶]

Alienus fundus tibi legatus eit. hunc heres cum emere Anisi infinito pretio non posset, emit multo pluris, quam quanti erat. qua^c emptione effectum^b eit, vt legatarij ad legem Falcidiā reuocarentur. quæro, cum si fundus tanti, quanti re vera^c, emptus esset, legata non fuerant exceilura ius^c reuocare, legis Falcidiæ: an hoc ipso heres institutus partem reuocandi à legatariis ius habeat, quod ex voluntate defuncti pluris emerit fundum, quam quanti erat. respondit, quod amplius heres, quam pretiū fundi, legatario soluit, id^d lege Falcidia in putari non potest. quia negligētia eius nocere legatariis non debet. vt pote cum is cōfitendo veram aestimationem præstare poterat.

De duobus reis.

L X I I . V L P I A N V s libro primo ad legem Iuliam & Papiam[¶]

In lege Falcidia hoc esse scrupandum Iulianus ait, vt si duo rei promittendi fuerint, vel duo rei stipulandi, si quidē socij

sint, in ea re diuidi inter eos debere obligationem, atque si singuli partem pecuniae stipulati essent, vel promisissent. quod si societas inter eos nulla fuisset, in pendentia esse, in utrius bonis computari oporteat id quod debetur: vel ex cuius bonis detrahi. Corpora, si qua sunt in bonis defuncti, secundum rei veritatem aestimanda erunt, hoc est secundum praesens pretium. nec quicquam eorum formaliter pretio aestimandum esse sciendum est.

De aestimandis rerum pretiis.

LXIII. P A V L V S libro secundo ad legem Iuliam & Papiam

P Retia^b rerum non ex affectu nec utilitate singulorum, sed communiter funguntur^c. nec enim qui filium naturalem possidet, tanto locupletior est, quod eum, si alius possideret, plurimo redempturus fuisset. sed nec ille, qui filium alienum possidet, tantum habet, quanti eum patri vendere potest. nec expectandū est, dum vendat: sed in praesentia, non qua filius alicuius, sed qua homo aestimatur. eadē causa est eius serui qui noxam^d nocuit. nec enim delinquēdo quisque pretiosior fit. Sed nec heredem post mortem testatoris institutum seruum tanto pluris esse, quo pluris venire potest, Pedius scribit. est enim absurdum, ipsum me heredem institutum non esse locupletiorem antequam adeam: si autem seruus heres institutus sit, statim me locupletiorem effectum. cum multis causis accidere possit, ne iussu nostro audeat. adquirit nobis certe cum adierit. esse autē præposterū, ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. Cuius debitor soluendo non est, tantum 1 habet in bonis, quantū exigere potest. Nonnullam tamen 2 pretio varietatem loca, temporaque adferunt. nec enim tandem Romæ & in Hispania oleum aestimabitur, nec continuis sterilitatibus tandem, quanti secundis fructibus: dum hic quoque non ex momentis temporum, nec ex ea quæ raro accidat caritate pretia constituantur.

LXIII. V L P I A N V S libro tertiodecimo ad legem Iuliam & Papiam^d

S I in testamento ita scriptum sit, HERES MEVS IVCIO STITIO DECIM DARE DAMNAS ESTO: ET QVANTO QVIDEM MINVS PER LEGEM FALCIDIAM CAPERE POTERIT, TANTO AMPLIUS EI DARE DAMNAS ESTO: sententia testatoris standum est.

LXV. P A V L V S libro sexto ad legem Iuliam & Papiam^d

S I fundus legatus sit quinquaginta dignus sub hac condicione, si quinquaginta heredi dedisset, plerique putant utile esse

a Nam in eius bonis
est, qui prior accep-
perat, quod ei facere li-
cet, alium duo, &
in duobus, de duobus
rebus confitit, infra.

b Coniungit, scilicet
L. Aqui. Angusti.
c Singulatur.

d notiam

e extenter

f pretij

g vt in

li monumentis.
Ressior est Floren-

i herc

esse legatum: quia condicione implenda causa datur. nam constat etiam Falcidiam eum pati posse. sed si quinquaginta aurei legati sint, si quinquaginta decisset: dicendum, inutile esse legatum, & magis ridiculum esse.

LXVI. VLPIANVS libro octauodecimo ad legem

Iuliam & Papiam^b

Circa legem Falcidiā in eo, quod sub condicione vel in diem alicui relictum est, hoc obseruandum est, si decem sub condicione alicui fuerint relictā, eaque condicio post decennium forte extiterit: non videntur decem huic legata, sed minus decem. quia interuallum temporis, & interuersum huius spatij minorem facit quantitatem decem. Sicuti legata non debetur, nisi deducto are alieno aliquis superfit: nec mortis causa donationes debebuntur. sed infirmantur per æs alienum. quare si immodicum^a æs alienum interueniat, ex re mortis causa sibi donata nihil aliquis consequitur.

LXVII. TERENTIVS libro quarto ad

legem Iuliam & Papiam^b

Quotiens^b cuidam amplius legatum sit, quam ei capere licet, & lex Falcidia locum haberet: prius Falcidiae ratio habenda est, scilicet ut subducto eo, quod lex Falcidia excepit, reliquum, si non excedat statutam legi portionem, debeat.

Quanti estimanda sunt alimenta legata, aut vsusfructus.

LXVIII. AEMILIUS MACER libro secundo ad legem vicelimat hereditatum

Computationi^d in alimentis facienda hanc formam esse Vlpianus scribit, ut à prima ætate usque ad annum vicefimum quantitas alimentorum triginta annorum computetur, eiusque quantitatis Falcidia præstetur. ab annis vero viginti usque ad annum vicefimum quintum, annorum viginti-octo. ab annis vigintiquinque usque ad annos triginta, annorum vigintiquinque. ab annis triginta usque ad annos tringinta quinque, annorum viginti duo. ab annis tringinta quinque usque ad annos quadraginta, annorum viginti. ab annis quadraginta usque ad annos quinquaginta, "tot" annorum computatio fit, quod ætati eius ad annum sexagesimum derivit, remisso uno anno. ab anno vero quinquagesimo usque ad annum quinquagesimum quintum, annorum nouem. ab annis quinquaginta quinque usque ad annum sexagesimum, annorum septem. ab annis sexaginta, cuiuscumque ætatis fit, annorum quinque. eoque nos iure uti Vlpianus ait, & circa computationem ysusfructus faciendam. solitum est

^a modicum: sensus est, si immensum as alienum sit, & gracie, donationes immensentur: nec integræ sed deducto are aliena soluentur. Itaque sequere let. Florent.

^b Coniunge l. 6. de rul. substitutum alijs.

^c Lepsius est in huius scriptis inscriptione Haloand. Aug. lib. 1. emen. ca. 4. d In quibusdem incipit Hæreditatum computationi &c.

tamen à prima ætate vsque ad annum trigesimum, computationem annorum triginta fieri. ab annis vero triginta, tot annorum computationem inire, quot ad annum sexagesimum deesse videntur. numquam ergo amplius quam triginta annorum computatio initur, sic deniq; & si reipublica vesusfructus legetur, siue simpliciter, siue ad ludos, triginta annorum computatio fit. Si quis ex heredibus rem propriam esse contendat, deinde hereditariam esse conuincatur: quidam putant eius quoque Falcidiam non posse retineri. quia nihil interfit, subtraxerit, an hereditariam esse negauerit. quod Vlpianus recte improbat.^b

^b probat: non enim idem peccatum est subtrahere, & rem suam esse contendere: ianè hoc nullum omnino est, modo quia existimat rem suam esse, bona fide can sibi asserta prouide Flor. verior est, tamen si repugnat Accurso vsum fructum

L X V I I I . P O M P O N I V S libro quinto ad Sabi-
num¹

V Sufructu bonorum legato, æs alienum ex omnibus rebus deducendum est. quoniam post senatusconsultum nulla res est, quæ non cadit in vesusfructus legatum.

L X X . V L P I A N V S libro sextodecimo ad Sabi-
num¹

F Alcidiae stipulatio statim committitur, ybi condicio legati vel debiti exstitit.

L X X I . P A V L V S libro trigesimo secundo ad Edi-
ctum¹

^d Ex tit. de heret. vend.

^e In textu hoc Cicer. att. 3. in Verrem,
Quod mihi lex mea
causa dat, eo mihi ut
vix nou licet. & alia
multa in eandem
sententia. m.
^f Ut res tradatur
emperori, & in vacua
possessionem inducatur.

P Otest^d heres in vendenda hereditate cauere, vt & lege Fal-
cidia interueniente solida legata præstentur: quia ea lex
heredis causa lata est. nec fraus ei fit, si ius suum deminuat he-
res.^e

L X X I I . G A I V S libro tertio de legatis ad Edictum
prætoris¹

Q Vantitas patrimonij, deducto etiam eo quidquid ex-
plicandarum venditionum causa impenditur^f, asti-
matur.

In ratione legis Falcidiae tempus mortis spectatur.

L X X I I I . I D E M libro octauodecimo ad Edictum
prouinciale¹

^g iussum
^h & tota

I N quantitate patrimonij exquirenda, visum^g est mortis tempus spectari. qua de causa si quis centum in bonis ha-
buerit,^h tota ea legauerit: nihil legatarijs prodest, si ante adi-
tam hereditatem per seruos hereditarios, aut ex partu ancil-
larum hereditarum, aut ex fetu pecorum tantum accesserit
hereditati, vt centum legatorum nomine erogatis, habiturus
sit heres quartam partem. sed neceſſe est, vt nihilo minus
quarta pars legatis detrahatur. & ex diuerso si ex centum sep-
tuagintaquinque legauerit, & ante aditam hereditatem in
tantum decreuerint bona, incendijs forte aut naufragiis aut
morte seruorum, vt non plus quam septuagintaquinque, vel
etiam

etiam minus relinquatur: solida legata debentur. nec ea res
damnosa est heredi, cui liberum est non adire hereditatem.
quæ res efficit, vt necessè sit legatariis, ne destituto testamen-
to nihil consequantur, cum herede in portionem^a legatorum a portione
pacisci.

De conditionali debito, vel legato.

Magna dubitatio fuit de his quorum condicio mortis tem-
pore pendet. id est an^b quod sub condicione debetur, in stipu- b an id
latoris bonis adnumeretur, & promissoris bonis detrahatur.
sed hoc iure vtimur, vt quanti ea spes^c obligationis venire pos- c ea res in obliga-
fit, d tatum stipulatoris quidem bonis accedere videatur: pro-
missoris vero decedere. aut^e cautionibus res explicari potest,
vt duorum alterum fiat: f aut ita ratio habeatur, tamquam f vt aut
pure debeatur: aut ita, tamquam nihil debeatur. deinde here-
des & legatarij inter se caueant, vt existente condicione aut
heres reddat quanto minus soluerit: aut legatarij restituant
quanto plus consecuti sint. Sed et si legata quedam pure, que-
dam sub condicione relicta efficient, vt existente condicione
lex Falcidia locum habeat: pure legata cum cautione redun-
tur. quo casu magis in vsu est, solui quidem pure legata, per-
inde ac si nulla alia sub condicione legata fuissent. cauere au-
tem legatarios debere ex euentu condicionis, quod amplius
aceperissent, redditu iri, cuius generis cautio necessaria videtur
& si quibusdam seruis eodem testamento sub condicione li-
bertas data sit, quorum pretia condicione existente bonis
detrahuntur. In diem relicta legata alterius esse iuris, pa-
lam est: cum ea omnimodo tam ipsi legatario, quam heredi-
bus eius deberi certum est. sed tanto minus erogari ex bonis
intellegendum est, quantum^g interea donec dies optingit^h, g quanto minus
heres lucraturus est ex fructibus vel usuris, ergo optimū qui-
dem est, statim ab initio ita testatorem distribuere legata, ne
ultra dodrantem relinquaturⁱ. quod si excesserit quis dodran-
tem, pro rata portione per legem ipso^k iure minuuntur. verbi
gratia, si is, qui quadringenta in bonis habuit, tota ea qua-
dringenta erogauerit, quarta pars legatariis detrahitur. si tre-
centa quinquaginta legauerit, octaua. quod si quingenta le-
gauerit habens quadringenta, initio quinta, deinde quarta
pars detrahi debet. ante enim detrahendum est, quod extra
bonorum quantitatem est: deinde quod ex bonis apud here-
dei remanere oportet.

Quid imputatur in Falcidiam.

LXXXIIII. IDEM libro tertio de legatis ad Edictum
prætoris^l

Qvod autem dicitur, si ex iudicio defuncti quartam ha-
beat heres, solida præstanda esse legata, ita accipere

5 gg v debe-

i relinquat.

k Non est opus pre-
terea iurisdictionis
auxilio, si detur ex-
cepio: sed ex ipsa le-
ge detrahitur, id est
ex ipsa verbâ legi,
quarta. I. lex etiam,
supr. eod.

aquisque debemus, si hereditario iure habeat. itaque quod quis legatorum nomine à coherede accepit, in quadrantem ei non imputatur.

L X X V . Ex libro quadragesimo Digestorum Iuliani

M A R C E L L Y S

SEd si ideo legatum ei datum est, vt integra legata vel fidei-commissa præstet: deneganda erit actio legati, si lege Falcidia vti mallet.

L X X V I . G A I V s libro tertio de legatis ad Edictum
prætoris¹

ID autem, quod condicionis implendæ causa vel à coherede vel à legatario vel à statulibero datur, in Falcidia non imputatur: quia mortis causa capitur. sanè si à statulibero peculiares nummos accipiat, pro sua parte quadranti eos imputare debet: quia pro ea parte non mortis causa capere, sed hereditario iure eos habere intellegitur. qua ratione placuit legata, quæ legatarij non capiunt, cum apud heredes subsedent, hereditario iure apud eos remanere intellegi, & ideo quadranti imputanda. nec quicquam interest utrum statim ab initio legatum non sit, an quod legatum est, remanserit.

L X X V I I . I D E M libro octauodecimo ad Edictum
prouinciale²

IN singulis heredibus rationem legis Falcidiæ componendam esse, non dubitatur. & ideo si Titio & Seio heredibus institutis semis hereditatis Titij exhaustus est, Seio autem quadrans totorum bonorum relictus fit: competit Titio beneficium legis Falcidiæ.

L X X V I I I . I D E M libro tertio de legatis ad Edictum prætoris urbani³

Quod si alterutro eorum deficiente, alter heres solus existiterit: utrum perinde ratio legis Falcidiæ habenda sit, ac si statim ab initio is solus heres institutus esset: an singularum portionum separatim causæ spectandæ sunt? & placet, si eius pars legatis exhausta sit, qui heres existiterit, adiuuari legatarios per deficientem partem: quia^b ea non est legatis onerata. quia & legata, quæ apud heredem remanent, efficiunt ut ceteris legatarijs aut nihil aut minus detrahatur. si vero defecta pars fuerit exahausta, perinde in ea ponendam rationem legis Falcidiæ, atque si ad eum ipsum pertineret, à quo defeccta fieret.

^a Quod pellendum est, ut intelligatur an supra doctrinam eius legatum sit, & ita Falcidiæ locum habens.

L X X V I I I I . I D E M libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale⁴

IN duplicibus testamentis siue de patrimonio queramus, ea sola substantia spectatur, quam pater cum moreretur ha- buerit.

buerit. nec ad rem pertinet, si post mortem patris filius vel adquisierit^a aliquid vel diminuerit^b. siue de legatis^c quæramus, tam ea quæ in primis, quam ea quæ in secundis tabulis relicta sunt in vnum contribuuntur: tamquam^d si & ea, quæ à filij herede relinquisset testator, à suo herede sub alia condicione legasset.

LXXX. IDEM libro tertio de legatis ad Edictum prætoris^e

SI is, qui quadringenta in patrimonio habebit, filio impubere herede instituto ducenta legauerit; eique Titium & Seium heredes substituerit, & à Titio centum legauerit: videamus quid juris sit, si nondum solutis legatis pupillus decesserit: & ob id ea legata utriusque^f debent. solus heres Titius vtetur lege Falcidia. cum enim ducenta ex hereditate pupilli ad eum pertineat: ducenta legatorum nomine debet. centum, ex ducentis quæ pupillus debebat: centum, quæ ipse dare iussus est. itaque ex utraque quantitate quarta dedueta, habebit quinquaginta. in persona vero Seij lex Falcidia non interuenit, cum ad eum ex hereditate pupilli ducenta pertineant, & debeat legatorum nomine centum ex ducentis, quæ à pupillo relicta sunt. quod si pupillus soluat legata, debent curare tutores pupilli, ut caueant legatarij.

De legatis indiuiduis.

Quædam legata diuisionem non recipiunt. ut ecce legatum viæ, itineris, actusve. ad nullum enim ea res pro parte potest pertinere. Sed & si opus municipibus heres facere iussus est, indiuiduum videtur legatum. neque enim ullum balneum aut llyllum^g theatrum aut stadium fecisse intellectur, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione contingit, non dederit. quorum omnium legatorum nomine, et si plures heredes sint, singuli in solidum tenentur. hæc itaque legata, quæ diuiditatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent. sed potest heredi hoc remedio succurri, ut aestimatione facta legati, denuntiet legatario, ut partem aestimationis inferat. si non inferat, vtatur aduersus eum exceptione dolimali.

LXXXI. IDEM libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale^h

Sed vsusfructus legatus venit in computatione legis Falcidia. nam diuisione recipit adeo ut si duobus legatus fuerit, ipso iure ad singulos partes pertineant. Dos relegataⁱ extra ratione legis Falcidæ est. scilicet quia suam rem mulier recipere videtur. sed & de his quoque rebus, quæ mulieris causa emptæ, parate essent, ut hæc quoque extra modum legis essent, nominatim ipsa Falcidia lege expressum est.

a Non enim puderis
hoc legataris, si legatum fit supra deu-
drantem patrimonij.
b Non enim necesse
legataris, si non fua-
rit legatum supra
deudantem.

c Ut sciri possit, an
deudantem excedente.
d Quia ex dubius
testamentis legata
relicta sunt. videtur
ratio legis Falcidia
ponenda in dubius
hereditatibus re-
spondere tamen legate
ita esse anticipanda,
ac si uno testamento,
nempe paterno, relia-
ba essent.

e utriusque deberet.

f si ususfructus
vel, sed &

g legata

De liberatione legata.

LXXXII. V L P I A N V S libro octauo Disputa-
tionum^a

* possit.

b obligatione.

c liberandum esse.

Værebatur, cum is, qui solūm in nomine quadringenta
 in bonis habebat, ipsi debitori liberationem, Seio au-
 tem quadringenta legauerit: si debitor vel soluendo non sit,
 vel centum facere possit: quantum quisque habeat interuen-
 tu legis Falcidæ. dicebam, legem Falcidiæ ex eo, quod refici
 ex hereditate potest^a, quartam heredi tribuere. residuum do-
 drantem inter legatarios distribuere. quare cum nomen mi-
 nus soluendo est in hereditate: eius quod exigi potest, pro ra-
 ta fit distributio. residui venditio facienda est, vt id demum
 in hereditate computetur, quanti nomen distrahi potest. Sed
 cum debitori liberatio relinquitur, ipse sibi soluendo videtur:
 &, quod ad se attinet, diues est. quippe si ei mortis causa ac-
 cepto feratur id quod debet, quadringenta cepisse videbitur,
 licet nihil facere possit. sensisse enim liberationem plenam
 videtur, quamvis nihil facere possit^b, si soli ei liberatio reli-
 cta est. & ideo Falcidia interueniente trecenta accepto illi
 ferri debent: residua centum durabunt in obligationem^b. &
 si quidem facere posse cœperit, exigentur ab eo dumtaxat vi-
 que ad centum. idemque erit dicendum, & si mortis causa
 excepto ei quadringenta ferantur. Vnde eleganter dicitur,
 acceptilationem in pendentí fore. vt si quidem mortis tem-
 pore quadringenta tota inueniantur, in trecenta valeat acce-
 ptilatio. si verò præterea aliquid inueniatur, quod quadrان-
 tem suppleat: heredi in quadringenta acceptilatio proficiet.
 Quod si debitor iste quadringentorum dumtaxat centum
 facere potest: quia sibi soluendo est, necesse habebit centum
 refundere. Cum igitur debitor sibi soluendo sit, eueniet,
 vt si herede aliquo instituto ipsi debitori liberatio, & alij
 quadringenta legata sint: si quidem soluendo sit debitor, cen-
 tum quinquaginta ex trecentis retineat, alia centum quin-
 quaginta legatario præstentur, heres centum habeat. sin verò
 centum tantum facere possit, heredi ex refeſto quarta seruā-
 da est. sic fiet, vt ceterum quæ præstari possunt, in quatuor par-
 tes diuidantur. tres partes ferant legatarij: heres vigintiquin-
 que habeat: debitor, qui soluendo non est, secum centū quin-
 quaginta compenſet. de residuis centum quinquaginta, quæ
 exigi non possunt, venditio fiet nominis. idque quasi solu-
 in bonis fuerit repræsentatur. quod si nihil facere debitor po-
 test, æque in centum quinquaginta accepto liberandus^c est. de
 residuo venditionem nominis facienda. Neratius ait. quod
 & nos probamus.

LXXXIII. IULIANVS libro duodecimo Digestorum

Si^a creditor filij tui heredem te instituerit, & legis Falcidiæ rationem ponas: peculij quantitas, quod^b aditæ hereditatis tempore fuisse, in quadrantem tibi imputabitur.

LXXXIV. IDEM libro tertiodecimo Digestorum

Reperitur^c casus, quo heres agere potest, quamvis testator agere non potuerit. veluti si tutor, cum solueret legata, non interposuerit stipulationem, quanto plus quam per legem Falcidiam capi licuerit, solutum fuerit reddi. pupillus quidem nomine tutelæ non agit: sed heredi eius hoc quoque nomine tutor obligatus erit.

LXXXV. IDEM libro octauodecimo Digestorum

Si dos socero data est, & solus filius heres patri exstitisset: dotem confessim in computatione^d hereditatis, & Falcidiæ rationem in ære alieno deducet. aliter enim videbitur in dotatam vxorem habere. quod si filius extraneum coheredē habeat, ipse quidem semper pro qua parte patri heres erit, dotem in ære alieno deducet. & coheres eius, antequam dos à filio præcipiat^e.

An prælegata veniant in restitutionem fideicommissariam.

LXXXVI. IDEM libro quadragesimo Digestorum

Titia^f testamento suo Titium fratrem suum ex parte tercia heredem instituit, fideique eius commisit, ut hereditatem retenta quarta parte Secundæ^g & Proculare restituat. eadem fratri quedam prædia^h prælegauit. quæro an Titius ea quæ prælegata sunt, etiam pro ea parte hereditatis, quam rogatus estⁱ restituere, an integra retinere debeat. respondi, Titium legata integra retinere debere. sed in partem quartam imputari oportere duodecimam partem prædiorum. sed si non esset adiectum, ut pars quarta dederetur: totum trientem prædiorum legi Falcidiæ imputari oportere. quoniam contra sententiam matris familie lex Falcidia induceretur.

LXXXVII. IDEM libro sexagesimo primo Digestorum

Qvi fundum solum in bonis centum relinquebat, si heredem suum damnauerit, ut eum quinquaginta Titio venderet: non est existimandus amplius quam quinquaginta legasse. ideoque lex Falcidia locum non habet. Item {ii} is, qui duos fundos in bonis centum haberet, si me & Titium heredes instituisset, & damnasset me, ut Titio fundum Corelianum quinquaginta venderet, & contra Titium damnasset,

a Hac lex concilianda est cu^l lex temporis. h. si creditor de peculi ex senectudine Marcelli, l. cu quo sup. eo. vi eius separata ratio habeatur, quod è re legatariorū esse maxime videbitur.

b quo aditæ c Confer. l. vnuquisq. 18. de precar.

d computationem

e percipiatur.

f Coniunge l. id. ex i. 34. de cond. indeb. l. sis tamē. 27. ad Trebell.

g vt restituaret.

vt mihi fundum Seianum quinquaginta renderet: non animaduerto quemadmodum lex Falcidia locum habere posse: cum vterque heredem vnius fundi partem dimidiam hereditario iure habiturus sit, in qua pars dimidia hereditatis est. nam certe qui damnatus est fundum Cornelianum vendere, Seiani fundi partem hereditario iure habet. item qui damnatus est Seianum fundum vendere, partem Corneliani fundi hereditario iure retinet. Si quis heredem instituerit eum, cui rogatus fuerat post mortem suam centum restituere, in ratione legis Falcidiae centum deducere debet: quia si alius quilibet heres existisset, haec centum in aere alieno poterentur.

Condicio, cuius eventus vel defectus legata non vitiat, eorum petitionem non differt. & plures portiones vnius & eiusdem instituti contribuunt ad augendum legata.

Si tu ex parte quarta, Titius ex parte quarta heredes scripti fueritis, deinde tu ex parte dimidia heres institutus fueris sub condicione, & legata, item libertates datae fuerint: pendente condicione libertates competent, legata tota praefiabuntur, quia siue condicio existiterit te herede existente, utraque valent: siue condicio defecerit, tu & Titius heredes eritis.^a Lege Falcidia si hoc queris, an existente condicione miscetur quadrans tuus & semis, atque ita pro dodrantre ratio ponenda est cum his quibus a te pure herede legatum est, respondebimus, misceridas partes. Qui filium suum impuberem & Titium aequis partibus heredes instituerat, a filio totum semissim legauerat, a Tilio nihil: & Titium filio substituerat. quæsitum est, cum Titius ex institutione adisset, & impubere filio mortuo, ex substitutione heres existisset: quantum legatorum nomine praestare deberet. & placuit solida legata eum praestare debere. nam confusi^b duo semisses efficerent, ut circa legem Falcidiā totius assis ratio haberetur, & solida legata praestarentur. sed hoc ita verum est, si filius antequam patri heres existiteret, decessisset. Si vero^c patri heres fuit, non ampliora legata debet substitutus, quam quibus pupillus obligatus fuerat: quia non suo nomine obligatur, sed defuncti pupilli, qui nihil amplius quam semissim dodrantem praestare necesse habuit. Quod si extranei heridis semis totus legatus fuerit, isque pupillo, a quo nihil legatum erat, ex substitutione heres existiterit: poterit dici augeri legata, & perinde agendum, ac si quilibet coheredi substitutus fuisset, eo que omittente hereditate, ex a se heres existisset. quia semper substitutus rationem legis Falcidiae ex quantitate bonorum, quæ pater reliquerit, ponet. eadem dicenda sunt & si pater duos impuberis heredes instituerit, & eosdem inuicem substituerit: deinde iure substitutio-

tutionis ad alterum hereditas reciderit, & legis Falcidiæ ratio habenda sit.

Si exheredatus succedit fratri ex substitutione, & sic ex voluntate expressa, valent legata ab exhereditati substituto. Sed si succedit ex potestate legis, non valent.

3. Qui filios impuberis duos habebat, alterum heredem instituit, alterum exhereditauit: deinde exheredatum instituto substituit, ac postea exheredato Mæium: & ab eo legauit. & exheredatus fratri impuberi extitit heres . deinde impubes decessit. cum iudicio patris facultates paternæ per causam hereditariam ex substitutione ad eum^a perueniant, potest dici legata ab eo relista præstanda esse, habita ratione legis Falcidiæ in his bonis quæ^b pater mortis tempore reliquerit . Nec huic cōtrarium est , quod cum exheredato pater legatum derit , nihilo magis substitutus legatis obligabitur . quia eo casu non hereditatis paternæ portio , sed legatum ad eum peruenit. dicet aliquis , quid ergo si exheredatus filius non ex substitutione fratri suo heres extiterit: sed aut lege , aut per interpositam personam, atque ita impubes decesserit? sic quoque existimandus erit substitutus legata debere^c? minime. nā quantum intersit, exheredatus filius ex substitutione fratri suo heres existat, an alio modo: vel ex eo apparet , quod alijs ab eo legare pater potuit, alijs non potuit. est igitur rationi congruens , ne plus juris circa personā substituti testator habeat, quam habuerat^d in eo cui eum substituebat.

De contributione legatorum.

4. Coheres pupillo datus si pro parte sua legata habita legis Falcidiæ ratione præstiterit, deinde in pubere mortuo ex substitutione heres extiterit, & semis pupilli legatis exhaustus esset, ex integro legis Falcidiæ ratio ponenda erit: ut contributis legatis quæ ab ipso, & quæ à pupillo data fuerant, pars quarta bonorum apud eum remaneat . licet enim pupillo heres existat, tamen circa legem Falcidiæ perinde ratio habetur, ac si patri heres extitisset . nec aliter augebuntur legata, quæ ab ipso ultra dodrantem data fuerant: quam augentur, cum ex parte heres institutus & coheredi suo substitutus, liberante coherede legata habita ratione legis Falcidiæ soluit, deinde ex substitutione alteram quoque partem hereditatis adquirat.

Voluntas sequenda est , neglecta subtilitate, quæ res inexplicabilis redditur.

LXXXVIII. AFRICANVS libro quinto Quæstionum

Q Vi quadringenta habebat, trecenta legauit: deinde fundum tibi dignū centum aureis sub hac cōdicione legauit,

a de cū s u a t o c . Al-
cia . lib . 2 . par erg . c . 2 .
Ang . li . 4 . c m e n . c . 1 0 .
n u n p r o b a t h a n c A l-
c i a s l e t t i o n e m .

uit , si legi Falcidiæ in testamento suo locus non esset . quæri-
tur , quid juris est . dixi T A N A P O R A N hanc quæstionem
esse , qui tractatus apud diale c t i c o s T O Y A Y E Y A O M E N O Y
dicitur . etenim quidquid constituerimus verum esse , falsum
repperietur . namque si legatum tibi datum valere dicamus ,
legi Falcidiæ locus erit : ideoque deficiente condicione non de-
bebitur . rursus si , quia condicio deficiat , legatum valituru m
non sit : legi Falcidiæ locus non erit . porro si legi locus non sit ,
exsistente condicione legatum tibi debebitur . cum autem vo-
luntatem testatoris eam fuisse appareat , vt propter tuum le-
gatum ceterorum legata minui nollet : magis est , vt statuere
debeamus tui legati condicione defecisse . Quid ergo dice-
mus , si ducenta legauit , & tibi similiter sub eadem condicione
ducenta legata esse proponantur ? nam aut exstitisse aut de-
fecisse legati tui condicione , vt aut totum aut nihil tibi de-
beatur , & iniquum , & contra voluntatem testatoris existi-
mabitur . rursus partem deberi , rationi non congruit . quando
necessitatis est , totius legati condicione vel exstitisse vel defec-
isse . ergo per exceptionem doli mali tota ea res temperanda
erit . quare cum quis taie quid consequi velit , si Consequetur :

S I Q V O A M P L I V S L E G A V I V E L L E G A V E R O ,
Q V A M P E R L E G E M F A L C I D I A M L I C E B I T , T V M
Q V A N T V M A D S V P P L E N D V M Q V A D R A N T E M
D E D V C I O P O R T E T E X E O L E G A T O Q V O D T I-
T I O D E D I , H E R E S M E V S D A M N A S E S T O D A R E .

Qui ducenta in bonis relinquebat , legauit mihi centū præ-
senti die : tibi æque centum sub condicione . post aliquantum
temporis exstitit condicio . ita tamē , vt ex reditu eius summæ ,
quæ tibi relicta est , non amplius quam vigintiquinque recip-
eret . legis Falcidiæ ratio ita habenda erit heredi , vt viginti-
quinque conferre ei debeamus , & amplius fructus quinquaginta
medij temporis , qui , verbi gratia , efficient quinque . cum
igitur triginta sint conferenda , quidam putant quina dena ab
utroque nostrum conferenda esse . quod minime verum est . li-
cet enim eandem quantitatem acceperimus , manifestum tamē
est , aliquanto vberius esse meū legatum . quare statuendū
erit , tanto minus in tuo legato esse , quantum ex fructibus eius
heres perceperit . secundum quod in proposita specie compu-
tationem ita iniiri oportet , vt ex septem partibus ego quattuor ,
tu tres conferamus . quoniam ^b quidem quarta pars amplius
in meo , quam in tuo legato est .

LXXXVIII. M A R C I A N V S libro septimo Insti-
tutionum

D Iui Seuerus & Antoninus rescribserunt , pecuniam reli-
ctam ad alimenta puerorum , Falcidiæ subiectam esse . &
vt ido-

b quandoquidem

vt idoneis nominibus^a collocetur pecunia, ad curam suam re-
uocaturum præsidem prouinciae. Diui Seuerus & Antoni-
nus generaliter rescriuerunt Bononio Maximo, vsuras præ-
flaturum eum qui frustrationis causa beneficium legis Falcidi-
æ implorauit.

^a M. L. apud Accurſi
legitur hominibus.
Aug. lib. 3. c. 7.

X C. FLORENTINVS libro vndecimo Institu-
tionum

Sheres, cuius fidei commissum est, vt accepta certa pecunia
Shereditatem restituat, à voluntate eius, qui testamentum
fecit, discedat, & postea legis Falcidiæ beneficio vti volet: et si
non detur ei, quo accepto hereditatem restituere rogatus est,
tamen fideicommissum restituere cogi debet. quoniam quod
ei paterfamiliae dari voluit, legis Falcidiæ commodum præ-
stat.

Differentia Falcidie, & Trebelliane quarte.

X C I. MARCIANVS^b libro tertio decimo Insti-
tutionum

Metianus

IN quartam hereditatis, quam per legem Falcidiā heres
habere debet, imputantur res, quas iure hereditario caput,
non quas iure legati vel fideicommissi vel implendæ condicionis
causa accipit. nam hæc^c in quartam non imputantur.
Sed in fideicommissaria hereditate restituenda, siue legatu vel
fideicommissum datum sit heredi, siue præcipere, vel deducere,
vel retinere iussus est: in quartam id ei imputatur. pro ea
verò parte, quam accepit à coherede, extra quartam id est, quod
à coherede accipitur. sed & si accepta pecunia hereditatem re-
stituere rogatus sit, id quod accipit, in quartam ei imputatur,
vt Diuus Pius constituit. *sed & quod implendæ condicionis
causa fideicommissum heredi datur, in eadem causa esse ad-
mittendum, sciendum est. *si quid verò implendæ condicionis
causa heres accipiat à legatariis, in Falcidiæ computationem
non prodeſſe. & ideo si centum prædium legauerit defunctus,
si quinquaginta heredi legatarius dederit: centū legatis com-
putationem fieri, & quinquaginta extra hereditatem haberi,
ne in quartam ei imputentur.

An locus sit Falcidie in testamento militis.

X C II. MACE R. libro secundo de Re militari

Si miles testamento facto partem dimidiā hereditatis^d e Coniungel. 26. de-
ſtituta tibi restitui iussit, deinde post missionem factis co-
dicillis alteram partem Titio restitui rogauerit: si quidem
post annū missionis suæ deceſſerit, & tibi & Titio heres
partem quartam retinebit. quia eo tempore testator deceſſit,
quo testamentum eius ad beneficium principale pertinere
deſſerat. si verò intra annū missionis deceſſerit, solus Titius
deductionē partis quarte patietur: quia eo tempore fideicom-

Pars v.

5 h h

missum

^c Al. 3. 6. par. c.
4. 1. Duer. 2. d. 1. p.
c. 10.

^d nam hæ

missum ei relictum est , quo testator iure militari testari non potuit.

Si heres non grauatur ut heres, sed ut aliis commodum sentiens, Falcidia non deducetur.

X C I I I . P A P I N I A N V S libro vicesimo Quæ-
stionum

Accepitis à Mævio centum, hereditatem Mævio restituere, pecuniamque post mortem suam Titio dare rogatus est. quamquam hæc centum quartam bonorum efficiant, tamen propter fideicommissum sequēs quartæ retentio locus erit. tunc enim ex constitutione Diui Hadriani Falcidiae satisfacit ea quantitas, cum apud heredem remanet. sed Falcidiæ patientur solus, cui hereditas relicta est. nam in centū, quæ mortis causa capiuntur, admitti Falcidia non potest. Planè si quis ita scribit, A C C E P T I S C E N T U M P E T O R E S T I-
T I V A S H E R E D I T A T E M , neque personam dantis demon-
strauerit: quasi retentam & præceptam pecuniam, si quartæ sufficiat, inducere Trebellianum.

Pralegata an imputentur in Falcidiam.

X C I V I . S C A E V O L A libro vicesimoprimo Dī-
gestorum

a certa prædia

Filio & filia scriptis heredibus, singulis certa^a prælegauit: sed longe minus filiæ, cui etiam domum obligatam prælegauit cum instrumentis, & quicquid ibi fuerit. & adiecit hæc verba: *S E D E A C O N D I C I O N E L E G O , V T Q V I D - Q V I D A E R I S A L I E N I I N E A D O M O E R I T , T I T I V S L I B E R T V S F I L I I M E I E X S O L V A T^b ; E T S I T E I S V T R I S Q V E D O M V S C O M M V N I S .* quæ situm est, si filia legis Falcidiae Veneficio vti volet ad quartam retinendam, an ex hereditate quæ ei relicta est, deducto ære alieno, eius quod superfuerit, quartam consequi debeat. respondit, iure quidem id postularam: verum non alias ea quæ ei data sunt accepturam, si modò ea quartam suppleant, quam voluntati de-

e Sic reposita Ali.
lib. c. mappay. cap.
25. cum prius l. gere-
tur, solidum pre-
flando in nonnullis.
Accur. tamen legit
soluendum.

functi soluendum præstanto^c pareret.

*Quod ab herede debebatur defuncto, computatur in patrimo-
nio, & cadit in fideicommisso uniuscuiusli, sicut
cetera bona hereditaria.*

X C V . I D E M libro vicesimoprimo Digestorum

Maritus vxoris res extra dotem constitutas administravit: Meaque decedens ante rationem fibi redditam administrationis, ex affe eundem maritum heredem reliquit: eiusque fidei commisit, vt decem vncias filio communis cum moreretur restitueret, duas autem vncias nepoti. quæ situm est, an id quoque, quod ex administratione rerum apud maritum residisse constititerit, cum ceteris ^dbonis^e pro rata decem vnciarum filio restitu

restitui debeat. respondit, id quod debuisset hereditati, in rationem venire debere. Filiæ, quam mater rogauerat, si impubes decessiſſet, restituere hereditatem Titio, patruus legitimus heres exſtitit. in ratione legis Falcidiæ ponenda desiderat deduci ſortes, ex quarum uſuris alimēta impubes defuncta ex persona tētātricis ſuę plaribus debita p̄ficit. quælitum eſt, an ſieas deduxerit, cauere debeat, defunctorum alimentario-rum portions pro modo ſortium ſe reſtituturum. respondit, debere cauere.

Rationum & instrumentorum editio.

2 Post aditam hereditatem trienio exacto, legatariis heres legem Falcidiā opponit idcirco, quod administravit tutelas tētātor, quarum ratiō nondū redditā ſit: & quod neget tantum redigi ex nominib⁹ poſſe, quantum in cautione deducētum eſt. quixſitum eſt, an rationes defuncti & omnium in- a rationis ſtrumentorū hereditariorum & pupillariorum rationū legata-riis desiderantibus, heres dēſcribendi potestatē b facere de- b facultatem beat: ne in poteſſate eius ſit proferre quod velit, & per hoc in fraudem legatarij inducantur. respondit, ad iudicis officium pertinere, explorare ea, per quæ probetur quanti ſit in bonis.

XCVI. IDEM libro singulari Quæſtionum publice tractatarum

Milles ſi dum paganus erat fecerit tētāmentū, militiæ tem- pore codicillos: lex Falcidia in codicillis locum non ha- bet: in tētāmento locum habebit.

SIC CVI PLVS QVAM PER LEGEM FALCIDIAM c Hic sit. perinens
ad stipulationes pra-
LIC VERIT LEGATVM ESSE DIT- series.
C ET VR TIT. III.

Priatoria ſtipulatio ad legem Falcidiā perinens.

VLPIANVS libro ſeptuagimo nono ad Edictum

SI c vi plus quam licuerit, legetur, & dubitari iuste po- fit, utrum lex Falcidia locum habitura eſt, nec ne: ſubue- nit prætor hæredi, vt ei legatarius ſatisfiat: vt ſi apparuerit eum amplius legatorum nomine cepiſſe; quam è lege Falcidia capere licebit: quanti ea res erit, tantam pecuniā det, dolusque malus ab eo a futurus ſit. neque intereſt, utrū in primis tabulis hoc fiat, an in pupillaribus, an in utrisque. etenim legem Fal- cidiā ſemel eſſe admittenda in, etiam ſi duplex ſit tētāmen- tum, iam conuenit: contributis ^d legatis, tam his quæ ab ipſo pupillo, quam his quæ ^e à ^f ſubstituto impuberi ^e re- licita ſunt. ſi ^f non fuifet interposta ſtipulatio ex persona pupilli, tutelæ actio heredi pupilli aduersus tutorem compe- tit. Sed, ut Pōponius ait, & ipſi pupillo & heredi eius poterit ^a ſcilicet legatis,
^b in pubere
^c & ^d i

committi stipulatio. Ipsí, l quo casu viuo eo Falcidia incipit locum habere. de tutelæ quoque actione idem scribit. Marcellus ait, qui quadringenta in bonis habebat, iNpuberem filium heredem instituit, eique substituit Titiū & Seium. ¹ nihil à pupillo testator legauit, sed à Titio trecenta. vtrum ducenta, inquit, præstabuntur, an centum quinquaginta? nam trecenta nullo modo eum præstare. mihi videtur verius, non amplius eum parte sua erogare compelli. certe nec minus. secundum quod eueneret^b, vt non soli committatur stipulatio. sed omnibus heredibus interponenda est. sed causa cognita Falcidiā locum habere, & legatorum modus facit, & aeris alieni onus. & si quidem euidentia æs alienum est, vel certū, facilis est computatio. si autem adhuc incertum est, quia forte vel condicio eius pendet, vel creditor litem contestatus est, & necdum lis finita est: dubitabitur, quantum legatariis debeatur propter incertum. hodie tamen sublimile aliquid sit in fideicommissis. Cum dicitur lex Falcidia locum habere, arbitriter dari solet ad meundam quantitatē bonorum: tametsi unus aliquid modicum fideicommissum persequatur. quæ computatio præiudicare nō debet ceteris qui ad arbitriū missi non sunt. Solet tamen ab herede etiam ceteris denuntiari fideicommissariis, vt veniat ad arbitrum^c, ibique causam suam agant. plerumque &^d creditoribus, vt de ære alieno probent. habet tamen rationem in legatariis, item in fideicommissariis: vt si offerat integrum quod relictum est heres, desiderans cauere^e sibi hac stipulatione, audiatur. Si legata quædam pre-senti die relicta sint, quædam sub condicione: interponenda erit ista stipulatio propter legata condicionalia: dummodo ea legata quæ præsenti sint, integra soluantur. Julianus denique scribit, si pure, & sub condicione legata fuerint: ne^f exsistente condicione lex Falcidia locum habeat, non aliter legatorum, quæ pure data sunt, actionē dari debere, quam si cautum fuerit heredi, quanto amplius, quam per legem Falcidiā licuerit, ceperit. Idem Julianus scribit, eum cui quædrans sub condicione, & dodrans pure legatus est, cauere debere, quanto amplius, quam per legem Falcidiā liceat, ceperit, reddi. Hæc stipulatio ideo locum habet, quia etsi repeti potest id quod solutum est: tamen fieri potest, vt non sit soluendo is cui solutum est, ac per hoc pereat quod datū est.

In mortis causa quoque donationibus potest dici, hanc stipulationem esse interponendam. Hæc verba stipulationis,

Q V O D A M P L I U S L E G A T O R V M N O M I N E C E P E R I S , Q V A M E L E G E F A L C I D I A C A P E R E L I C E B I T , non tantum eum comprehendūt, qui amplius accepit, quam ei Falcidia permisit, vt reddat partem, habeat^h partem: verum-

a finibil

b eueneret.

c arbitriam.

d plerunque etiam

e caueri

f an existente

g ceperit, reddi.

h partem hanc, & habeat partem:

etiam cum

verum etiam cum qui totum debet restituere. etenim scendum est legem Falcidiam interdum partem eius quod datum est, interdum totum reuocare, cum enim habita ratione aeris alieni Falcidia ineatur, plerumque euenit, ut emergente debito, vel condicione aeris alieni exsidente, totum quod legatum est, exhauriatur. sed & libertatium^a condicio interdum exsistens, efficiet legatum omnino non deberi. quippe cum habita ratione libertatium, & deductis pretiis eorum, tunc demum legatorum ineatur ratio. In quibusdam autem testamentis Falcidia quidem locum non habet: verum tamen ita obseruat, ut licet quadrantem heres non retineat, tamen hactenus legata debeantur, quatenus patrimonij vites sufficiunt, utique deducto aro alieno: item deductis pretiis eorum qui libertatem in testamento vel directam vel fideicommissariam accep-
perunt. Sed^b & legatario cauendum est, a quo fideicomis-
sum relinquitur. Interdum non legis Falcidiae, sed etiam alterius legis in hac stipulatione ratio facienda est. utputa si patronus ex ase heres institutus sit, & pure quincunx legatus sit, & sub condicione aliquid supra debitam patrono partem. nam in hunc casum ratio facienda est illius legis quae patronos vocat, non legis Falcidiae. Si res, quae legata sit, apud legatarium interierit: probandum est, exceptione succurri ei qui promisit.

III. PAULVS^c libro septuagesimoquinto ad

Edictum

c Papinius

E Tiam si quanti ea res sit, promisit.

III. VLPIANVS^d libro septuagesimono uno ad

Edictum

N Ifsi dolo ipsius aliquid factum sit. tunc enim etiam ex d Huc res cal. 47.
doli clausula, quae in ista stipulatione continetur, tenebi-
tur: & replicatione repellere poterit. Hæc cautio, quæ pro-
pter legem Falcidiam interponitur, fideiussorum habet præ-
stationem. Si in plures dies pecunia legata est, cum certum
sit legem Falcidiam locum habere: non stipulationi, sed com-
putationi locum esse Pedijs ait: ut aestimetur quanti sit, quod
in diem legatum est: & tantum credatur esse legatum. ^e efficit legarum esse,
aestimatio, ut pro modo eius ex omnibus legatis statim legis

2 Falcidiae ratio habeatur. Quotiens futurum est, ut palam
sit & ante diem venientem iam Falcidiam locum habere, to-
tiens computatio eius sit. nam si condicio in mora est, exspe-
ctabimus condicionem quoad exsistat. si autem dies super-
est, iam hic intercapelinis temporis habita ratione atque esti-
matione, sic de Falcidia disputabimus, & committi stipula-
tionem dicemus. Quamuis autem omnes legatarij & fidei-
commissarij necesse habeant hac stipulatione cauere, tamen

b Producit editam
ad consequentiam.

5 l h iij qui-

a Crispinæ

b Fiscus semper idoneus & suuendis esse intelligitur. l. i. §. ii
ad fiscum. in. fr. vi legati. seu fideicommis-
ser.
e etiam

quibusdam remitti, Diui fratres rescriperūt: vtputa his qui-
bus minuta alimenta sunt relicta. Pompeiæ enim Faſlinæ
rescriberunt sic, non eandem causam esse decem aureorum,
quos annuos tibi testamento Pompeiæ Crispianæ^a patronæ
tuæ relictos proponis, atque fuit alimentorum & vestiarij li-
bertis relictorum, quibus propterea cautionis onus remitten-

dum existimatim. Item sciendum^b est, fiscum hanc cau-
tionem non pati: sed perinde conueniri posse, ac si caueret,
ceteros autem cuiuscumque dignitatis sint, licet iam^c legata
perceperint, compelli debere ad cauedum, Diuus Pius rescri-
bit. ex quo rescripto etiam illud accipimus, quod etiam post
soluta legata voluit stipulationem interponi. Si legatarius^d
heredi, qui controuersiam hereditatis patitur iam, vel sperat,
de restituendo legato sibi praestito cauerit: & euicta hereditas
sit, sed neglegentia vel dolo eius qui legatum praesulit: dicemus
non committi stipulationem propter viri boni arbitrii, quod
inest huic stipulationi. Item si ipse, qui praesulit legatum,^e
ex alia causa sibi euicerit: vtputa quia inuenitur sequenti te-
stamento heres scriptus, in quo legatum iste legatarius non
aceperat: dicemus committi stipulationem propter viri bo-
ni arbitrii. Et generaliter vbi cumque hereditatem, vel^f
quantitatem, vel emolumentum praestitit is qui hac stipula-
tionem sibi prospexerat, dicendum est ibi committi eam: si mo-
dò culpa abest^g ab eo qui stipulatus est. Quæsitus est, an sae-
pius committatur. & placet, etiam saepius eam committi, si
per partes ablata est hereditas. Si legatum fuerit praestitum^h
ante interpositam hanc stipulationem: an condici possit ut
cautio ista interponatur? mouet quæstionē, quod ea, quæ per
errorem omissa vel soluta sunt, condici possunt. & hic ergo
quasi plus solutum videtur ex eo quod cautio intermissa est.
& ait Pomponius, conditionem interponendæ satisfacio-
nis gratia competere. & puto hoc probandum, quod Pompo-
niusⁱ, vtilitatis gratia.

1111. P A V L V S libro septuagesimoquinto ad
Edictum

H Aec autem satisfatio locum habet, si iusta causa esse vi-
debitur. nam iniquum erat, omnimodo caueri, nondum
illata controuersia litis, cù possint eis lusoriæ minæ fieri: ideo-
que eam rem prætor ad cognitionem suam reuocat. Si duo^j
ex testamento hereditatem in solidum sibi vindicent, forte.
quod eiusdem nominis sint: tam in possessorem, quam in
petitorem competunt actiones & creditoribus & legatariis.

Hæc cautio utique necessaria est, si quis pecuniam suā sol-
uat, vel rem^k tradat, si vero pecuniam hereditariam soluat, vel
rem tradat, quidam non putant cauendum: quia nec teneri
potest

e conditionē: ma-
nifestissimorū fīlīa-
que sequere Flor.
f Pomponius ait,

g elusorix, et illu-
forix

h suam rem

potest eo nomine vniuersus, cum nō possideat, vel dolo fecerit,
quo minus possideat. hoc si ante motam controuersiam sol-
uat. quod si postea, tenebitur culpæ nomine. Sed cū de no-
mine inter duos quæstio est, numquid non sit caendum ei
qui hereditariam rem tradat, quia omnimodo unus libera-
tur: quemadmodum si æs alienum hereditarium soluatur? sed
si petitor suam pecuniam soluet, aut rem suam tradat: non ha-
bet vnde retineat. & ideo necessaria est ei cautio.

V. MARCELLVS libro vicesimo primo Digesto-
rum

VIdeamus an stipulatio, QVIA^a AMPLIVS PER^b PAL- a quod ab. quā
CIDIAM LICVERIT, CEPERIS, DARIS aduersus b quā per
eum nō sufficiat, qui legatum alij restituere ex fideicommissi
causa debet. sufficiet autem dici, nihil eius fidei commissum
esse^c. cauebit^d scilicet legatario & is qui fideicommissum acci-
piet. nisi forte mallet legatarius circuitu sublato heredi caue-
ri. sed & legatario præterea caendum est, si, vt plerumque æ-
quum est, pro rata ex fideicommissio retinere ei concedendum
est: quamuis tantum ex legato apud eum erit remansurum, vt
sufficere possit ad præstandum fideicommissum.

V. CALLISTRATVS libro quarto de Cognizio-
nibus

CVM non facile satisdationem offerre legatarius vel fidei-
commisarius possit, & futurum sit, vt propter hoc à pe-
titione liberalitatis ex testamento submoueantur^e: numquid e submoueatur:
onus satisdationis eis^f remittendum erit? quod videtur adiu- fremitendum est
uarirescripto Diui Commodi in hæc verba. Is, cuius de ea re erit?
notio est, aditus si compererit ideo cautionem à te exigi, vt à
fideicommissi petitione auertaris, onus satisdationis tibi re-
mitti curabit.

VII. PAULVS libro septimo ad legem Iuliam &
Papiam

DIUS Pius ab eo, qui annua legata præcipere^g ad distri- g percipere
buendum iussus erat, vetuit cautionem exigi c e s-
SANTIVM PARTES REDDI: nisi aperte cauere iussus
esset.

VIII. MAECIANS libro decimo Fideicommis-
torum

SI heres partem bonorum, vel etiam vniuersa bona delata
ad fiscum diceret, constaret autem de fideicommissio: decre-
tum est, vt petitori cauenti, EVICTA HEREDITATE
RESTITVIR^h, solueretur.

h restitui,

VIII. IDEM libro duodecimo Fideicommissorum

SI non in controuersia sit proprietas, sed vñusfructus: potest
enim rei, cuius proprietas Titio legata est, vñusfructus alij
legari;

5 hh iiiij legari;

legari: tunc de eo restituendo non heredi, sed Titio caueri debet. interdum & si ab herede legetur vſusfructus , Titio cauendum est. veluti si detracto vſusfructu proprietas ei legetur, vſusfructus Seio. quid enim attinebit hoc casu heredi caueri, ad quem emolumentum intercedentis vſusfructus non sit spectandum? verum si vſusfructu Seio legato , proprietas Titio ita legetur, ut cum ad Seium pertinere desierit, habeat proprietatem: tunc heredi caueri oportebit a fructuario , ab herede autem Titio. quia non sit certum, vſusfructu intercepto ad Titium proprietatem teuersuram.

L I B E R T R I G E S I - M V S S E X T V S .

A D S E N A T U S C O N S U L T U M T R E B E L L I A N U M .

Interpretatio senatusconsulti.

V L P I A N V S libro tertio fideicommissorum

EXPLICITO tractatu qui ad fideicommissa singularum rerum pertinet, transeanus nunc ad interpretationem senatusconsulti Trebelliani: factum est enim senatusconsultum temporibus Neronis octavo Kalendas Septembres anno Seneca & Trebellio Maximo consulibus, cuius verba haec sunt. **C**VM^b **E**SSET AEQVISSIMVM IN OMNIBVS FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIEVS, SI QVA DE HIS BONIS IUDICIA PENDERENT, EX HIS EOS SVBIRE, IN QVOS IVS FRVCTVS QVE TRANSFERETVR, POTIVS QVAM CVI QVE PERICVLOSVM^c ESSE FIDEM SVAM: PLACET VT^d ACTIONES, QVAE IN HEREDEM HEREDITIVS QVE DARI SOLENT, EAS NEQVE IN EOS NEQVE HIS DARI, QVI FIDEI SVAE COMMIS- SVM, SICVTI ROGATI ESSENT, RESTITVISSENT: SED HIS, ET IN EOS, QVIBVS EX TESTAMENTO FIDEICOMMISSVM RESTITVTVM FVISET: QVO MAGIS IN RELIQVM CONFIRMENTVR SUPREMAE DEFVNCTORVM VOLUNTATE^e. Sublata est hoc senatusconsulto dubitatio eorum, qui adire hereditatem recusare seu metu litium seu prætextu metus censuerunt.^f Quamquam autem senatus & subuentum

b cum autem

c periculosa
& actiones

e voluntates cen-
suerunt.
f recusarent
g senatusconsultu

tum voluit heredibus, subuenit tamen & fideicommissario, nam in eo quod heredes, si conueniantur, exceptione uti possunt, heredibus subuentum est. in eo vero, quod si agant heredes, repelluntur per exceptionem, quodque agendi facultas fideicommissariis competit: procul dubio consultum est fideicommissariis. Hoc autem senatusconsultum locum habet, siue ex testamento quis heres esset, siue ab intestato: rogatusque sit restituere hereditatem. In filij quoque familias militis iudicio, qui de castrensi peculio vel quasi castrensi testari potest, senatusconsultum locum habet. Bonorum quoque possessores, *vel alij successores* ex Trebelliano restituere poterunt hereditatem. De illo queritur, an is, cui ex causa fideicommissi restituta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto, ipse quoque restituendo ex eodem senatusconsulto traherat actiones. & Julianus scribit, etiam ipsum transferre actiones. quod & Mecianus probat, & nobis placet. Sed & quotiens quis rogatus duobus restituere hereditatem, alteri pure vel in diem, alteri sub condicione, suspectam dicit: ei, cui erat rogatus pure vel in diem restituere, interim vniuersam hereditatem restitui, senatus censuit. cum autem existiterit condicio, si velit alius fideicommissarius partem suam suscipere, trahire ad eum ipso iure actiones. Si filio vel seruo herede inflituto, rogatoque restituere hereditatem, dominus vel pater restitutus ex Trebelliano transferuntur actiones. quod est etiam si suo nomine rogati sunt restituere. *idem est* & si ipsi filio pater rogatus sit restituere* hereditatem. Sed & si tutor vel curator adolescentis vel furiosi rogatus sit restituere hereditatem, sine dubio Trebelliano locus erit.

Differentia pupilli & adolescentis.

6 Fuit quæsumus, si ipsi tutori rogatus sit restituere pupillus, an ipso auctore restitutionem facere possit. & est decretum à Diu Seuero, non posse tutori se auctore restituere hereditatem: quia in rem suam auctor esse non potest. curatori tamen adolescentis ab adolescente poterit restitui hereditas. quoniam necessaria non est auctoritas^b ad restitutionem.

^b authoritas curatoris

7 Si autem collegium vel corpus sit, quod rogatum est restituere^c: decreto eorum qui sunt in collegio vel corpore, in singulis, inspecta eorum persona, restitutionem valere: nec enim ipse^d sibi videtur quis horum restituere.

^c restituere hereditatem:

Fundi obligati estimatio.

8 Si haeres præcepto fundo rogatus sit hereditatem restituere, ex Trebelliano senatusconsulto restituet hereditatem. nec multum facit, si fundus pignori datus est. neque enim æris alieni personalis actio fundum sequitur, sed eum cui heredi-

^d ipsi

tas ex Trebelliano senatusconsulto restituta est. sed cauendum est heredi à fideicommissario, vt si forte fundus fuerit euictus à creditore, habeat heres^b cautum. Julianus autem cœendum non putat, sed aestimandum^a quanti valet sine hac cautione: hoc est, quanti vendere potest sine cautione: & si potest tanti vendere non interposita cautione, quantum facit quarta pars bonorum: ex Trebelliano transiuras actiones, si minoris, retento eo quod deest, similiter ex Trebelliano restitutionem fieri. quæ sententia multas questiones dirimit.

Nemo plus legati nomine præstat, quam ad eum pertinet.

^a habebat,

^c eatenus

^d in ducenda

^e oportet

^f Id est, si ipsi qui regatus est re alijs respi-
zat: et promis est
prior fideicommissa-
rius. Alij legatis &
ipso alijs restituere,
requiri Floren-

g. Scilicet, priorem
fideicommissarium.
h. Quam excrevit he-
res in fideicommissa-
rium priorem, ut de-
ducta quartam.

Si is, qui quadrigenta in bonis habeat^b, trecenta legauerit, & deductis ducentis rogauerit heredem Seio restituere hereditatem: an trecentorum onus fideicommissarius subeat, an vero hactenus^c quatenus ad eum ex hereditate peruenit? Julianus ait, competere quidem aduersus eum trecentorum petitionem, non autem amplius quam in ducentis^d actionem aduersus fideicommissarium daturum. in herede autem centum. & mihi videtur vera esse Juliani sententia: ne damnum fideicommissarius sentiat ultra quam ad eum ex hereditate quid peruenit. neminem enim oportere plus legati nomine præstare, quam ad eum ex hereditate peruenit, quamvis Falcidia cesset, vt rescripto Diui Pij continetur. Deniq; nec ex iniilitis testamento plus legatorum nomine præstatur, quam quantitas est hereditatis, ære alieno deducto. nec tamen quam tam retinere fideicommissario permittitur. Inde Neratius scribit, si heres rogatus restituere totam hereditatem, non deducta Falcidia, rogato & ipsi ut alij restituat: non vtique debere^e cum dextrahere fideicommissario secundo quartam: nisi liberalitatem tantum ad priorem fideicommissarium heres voluit pertinere. Sed si quadringenta habens ducenta legauerit Titio, & partem dimidiam hereditatis Sempronio restituere rogauerit: ex Trebelliano restitutionem faciendam Julianus ait, & legatorum petitionem scindi: sic, vt centum quidem petantur ab herede, centum vero alia legatarius fideicommissario petat, quod idcirco dicit Julianus, quoniam secundum hanc rationem integrum quartam habet, id est centum integra.

Idem Julianus scribit, si is qui quadrigenta in bonis habeat, trecenta legasset: & deductis centum rogasset heredem, vt hereditatem Sempronio restituat: debere dici, deductis centum restituta hereditate, legatorum actionem in fideicommissarium dari.

II. C E L S V S libro vicensimoprimo Digestorum

QVi quadrigenta relquit, Titio trecenta legauit. heredis fidei commisit, vt tibi hereditatem restitueret. isq; suspectam iussu prætoris adiit, & restituit. quærebatur, quid legatorio dare deberes. dicendum est, quia præsumptum est, voluntate testatorum cum onere legatorum fideicommissum restituji, tota trecenta te dare Titio debere. nam heres hoc rogatus intellegi debet, vt te suo loco constituat: & quod heres perfunditus^a omnibus hereditariis muneribus, id est^b post legatorum dationem reliquum habiturus foret, si non esset rogatus & tibi restitueret hereditatem: id tibi restituat. quantum ergo haberet? nempe centum. haec vt tibi daret rogatus est. itaque sic ineumda est legis Falcidiae ratio, quasi heres trecenta Titio dare damnatus, tibi centum dare damnatus sit. quo euenit, vt si hereditatem sua sponte adisset, daret Titio ducenta vigintiquinque, tibi septuagintaquinque. non ergo plus Titio debetur, quam si iniussu prætoris adita hereditas foret.

III. V L P I A N V S libro tertio Fideicommissorum

MArcellus autem apud Julianum in hac specie ita scribit: si ad heredis onus esse testator legata dixerit, & heres sponte adiit hereditatem: ita debere computationem Falcidie iniri, ac si quadrilingua per fideicommissum essent reliqua, trecenta vero legata: vt in septem partes trecenta diuidantur, & ferat^c quatuor partes fideicommissarius, tres partes legatarius. Quod si suspecta dicta sit hereditas, & non sponte heres adiit, & restituit: centum quidem de quadrigentis, quæ habiturus esset^d heRESident apud fideicommissarium. in reliquis autem trecentis eadem distributio fieri, vt ex his quatuor partes habeat fideicommissarius, reliquas tres legatarius. nam iniquissimum est, plus ferre legatarium ideo quia suspecta dicta est hereditas, quam latus esset, si sponte adita fuisset.

1. Quod autem in suspecta hereditate dictum est, hoc idem dici potest in his testamentis, in quibus lex Falcidia locum non

2. habet. in militis dico, & si qui sunt alii. Item Pomponius scribit, si deductis legatis restituere quis hereditatem rogatur:

3. quæsitum est, vtrum solida legata præstanda sint, & quartam ex solo fideicommisso detrahere possit: an vero & ex legatis & ex fideicommisso quartam detrahere possit? & refert fideicommissarius

Aristonē respondit, ex omnibus detrahendam, hoc est ex legatis & ex fideicommisso. Res quæ ab herede alienatae

4. sunt, in quartam imputatur heredi. Quidam liberis suis ex disparibus partibus institutis, datis præceptionibus, & vt ipse sic ut

maximam partem patrimonij inter liberos ita diuisset, rogauit eum, qui sine liberis decederet, portionem suam fratribus re-

stituere.

stituere. Imperator noster rescripsit, præceptiones quoque fideicommissio contineri: quia non portionem hereditariam testator commemorauit^a, sed simpliciter portionem. in portionem autem & præceptiones videri cecidisse.

H ereditas fisco quaestita cum oneribus suis.

Si is qui rogatus fuerit hereditatem restituere, ante quaestione de familia habitam vel tabulas aperuerit, vel hereditatem adierit, vel quid eorum quæ senatusconsulto prohibetur fecerit, ac per hoc publicata fuerit hereditas: fiscus cum suis oneribus hereditatem adquirit. quare commodum quartæ, quod erat habiturus heres institutus, id ad fiscū pertinet: & ex Trebelliano actiones transeunt. sed & si^b prohibuerit testamentarium introducere, vel testes conuenire, vel mortem testatoris non defendit, vel ex alia causa hereditas fisco vindicata est, & quæ quartæ quidem commodum ad fiscum pertinet: doctrans vero fideicommissario restitueretur^c.

Caput senatusconsulti, quo heres cogitur adire & restituere hereditatem periculo fideicommissarij.

111. ID E M libro quarto Fideicommissorum

Qvia poterat fieri, vt heres institutus nolit adire hereditatem, veritus ne damno adficeretur, prospectum est, vt si fideicommissarius diceret^d suo periculo adire, & restituiri sibi velle: cogatur heres institutus a prætore adire, & restituere hereditatem. quod si fuerit factū, transeunt actiones ex Trebelliano, nec quartæ commodo heres in restitutione vtetur. namcum alieno periculo adierit hereditatem, merito omni commodo arcebitur. nec interest soluendo sit hereditas, nec ne sufficit enim recusari ab herede instituto. neque illud inquiritur, soluendo sit hereditas, an non sit. opinio enim, vel metus, vel color eius qui noluit adire hereditatem, inspicitur, non substantia hereditatis, nec immerito: non enim præscribi heredi instituto debet, cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: cum variæ sint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cunulum, tamet si locuples videatur hereditas, quorundam offensas, vel inuidiam, quorundam gratificari volentium his quibus hereditas relista est, sine onere tamen suo.

V. M A E C I A N V S libro sexto Fideicommissorum

Sed & qui magna prædictus est dignitate vel auctoritate, sharenarij, velecius mulieris quæ corpore quæstum fecerit, hereditatem restituere cogetur.

^a & si quia

^b & si si

^c dicitur

Inter-

Interpretatio senatus consulti.

VI. VLPIANVS libro quarto Fideicommissorum

Recusare autem non tantum praesentes, sed etiam absentes, vel per epistolam possunt. nam etia aduersus absentes postulatur decretum: siue certior sit eorum voluntas, re-
cussantium ^a adire, & restituere hereditatem, siue incerta. adeo

^a qui recusant

1 praesentia eorum non est necessaria. Meminisse autem oportebit, de herede instituto senatum loqui. ideoque tractatum est apud Iulianum, an intestato ^b locum habeat. sed est verius, coque iure utimur, ut hoc senatus consultum ad intestatos quoque pertineat: siue legitimi, siue honorarij sint successores. sed & ad ^c filium, qui in potestate est, hoc senatus consultum locum habet, & in ceteris necessariis, ut a praetore compellantur miscere se hereditati: sic deinde restituere. quod si fecerint, transtulisse videbuntur actiones.

^b In intestatis

Si fisco vacantia bona deferantur, nec velit bona adgnoscere, & fideicommissario ^d restituere: aquissimum erit, quasi vindicauerit, sic fiscum restitutionem facere. Item si municipes hereditatem suspecta dicant heredes instituti, dicendum erit, cogieos adgnoscere hereditatem, & restituere. idemque ^e erit & in collegio dicendū.

^d fideicommissum

3 Titius heres institutus, Sempronio sustituto, rogatus est ipsi Sempronio hereditatem restituere. institutus suspectam dicebat hereditatem. queritur, an cogendus est adire, & restituere hereditatem. & deliberari potest. sed verius est, cogendū eum: quia interesse Sempronij potest, ex institutione ^f quam ex substitutione hereditatem habere, vel ^g legatis vel libertatis onerata substitutione. nam & si legitimus heres fuerit is,

^e idem quoque

4 cui fideicommissaria hereditas relata est: idem dicitur. Si quis alio loco restituere hereditatem iussus sit, & suspectam eam dicat: Iulianus scribit cogendum eum esse. similemque ei qui in diem rogatus est restituere.

^f ex restitutione
magis quam. Refla
est Floren. & genue
logrendis est suprā se
pe observatus, in quo
intelligitur, magis.
g fortis legatis;

VII. MAECIANS libro quarto Fideicommissorum

Sed sciendum est, inpendiorum quoque, quae ad iter explicandum necessaria essent, rationem haberri debere. nam si ita institutus esset, (si) Titio decem dedisset: non aliter cogeretur ^h, quam si ei pecunia offeratur. sed & salutis, ac dignitatis ratio habenda erit. quid enim si morbo adipicitus, Alexandriæ ⁱ iussus fuit adire? vel nomen vespellionis ^k testatoris ferre?

^h cogetur,

ⁱ Alexandria
^k vespellionis. de
haec ditione videlicet
item Oſilius. & pen-
nul. ſup. de adiudicio

VIII. PAULVS libro secundo Fideicommissorum

DE ætate quoque & iure, id est, liceat ei eò ire necne, aſtimabitur.

V I I I . V L P I A N V s libro quarto Fideicommissorum

^a deliberandum

Sed & si alio loco iussus est adire, & reipublicæ causa absent: & que cogendum adire hereditatem & restituere, Julianus ait, ubi abeit. planè si quis petierit ad deliberationem^a tempus, & impetraverit, deinde post tēpus deliberationis adierit, & restituerit hereditatem: non videtur coactus hoc fecisse. nec enim suspectam coactus adit: sed sponte post deliberationem. quod suspicetam dicit, profiteri debet, non sibi expedire adire hereditatem. neque hoc dici oportere, non esse soluendo. sed profiteri eum oportet, quod non putat sibi expēdere hereditatem adire. Si quis sub condicione fuit heres scriptus, pendente condicione nihil agit, tametsi paratus sit restituere hereditatem.

X. G A I V s libro secundo Fideicommissorum

^b translatas in eū

Sed et si ante diem vel ante condicionem restituta sit hereditas, non transferuntur actiones: quia non ita restituitur hereditas, ut testator rogauit. planè posteaquam exstiterit condicio, vel dies vencrit, si ratam habeat restitutionem hereditatis: benignius est, intellegi tunc translatas^b videri actiones.

X I . V L P I A N V s libro quarto Fideicommissorum

^c fideicommissi^d Dilectitatem, &
a patre perfici quod
a duo. infra eod.

A pud Julianum relatum est, si legatum fuit heredi instituto relictum, si heres non erit: & ob hoc suspectam dicat hereditatē, ne perdat legatum: offerri ei oportere quantitatē legati à fideicommissario: deinde cogendum. nec illud admittit Julianus, ut quasi hereditatem non adisset, sic legatum à coherede petat. adiit enim. sed magis arbitratur à fideicommissario ei præstandum. Sed & si quid aliud sua interesse dicet, nō cogitur adire, nisi ei damnum vel lucrum fideicommissario sarcinatur, vel à prætore onus remittatur, quod recusat. Idem Julianus^d ait, si duo fuerint à patre instituti cum filio eius impubere, & Idem substituti filio: sufficere ei qui fideicommissum in secundis tabulis acepit, vnum ex heredibus institutis cogere adire patris hereditatem. hoc enim facto, confirmatisque patris tabulis, poterunt ex substitutione ambo cogi adire, & restituere hereditatem. Vtrum autem præsenti, an etiam absenti restitui possit procuratore audeunte prætorem, videndum est. ego puto, absenti quoque fideicommissario cogi posse heredem institutum adire & restituere. nec vereri heredem oportere, ne forte in damno moretur. potest enim ei per prætorem succuri, siue cautum ei fiat siue non, & ante decesserit fideicommissarius, quam ei restituatur hereditas. est enim huius rei exemplum capere ex rescripto Diuī Pij in specie huiusmodi. Antistitia decedens Titium heredē instituit, &

liber-

libertatem dedit Albinæ directam, eique filiam per fideicommissum reliquit, rogauitque ut filiam manumitteret. sed & Titium rogauit, ut manumissæ Albinæ filia restitueret hereditatem. cum igitur Titius suspectam diceret hereditatem, rescriptum est à Diuo Pio, compellendum eum adire hereditatem. quo adeunte Albinæ competituram libertatem, eique filiam tradendam, & ab ea manumittendam, tutoremque filiae manumissæ dandum: quo auctore restituatur hereditas filiae statim: quamvis sic fuisset ei rogatus restituere, cum nubilem ætatem complexisset. cum autem possit, inquit, evenire, ut ante decedat ea cui fideicommissaria libertas & hereditas relata est: nec oporteat damno adfici eum qui rogatus adit hereditatem: remedium dedit, vt si quid horum contigerit, perinde permittatur^a venundari^b bona Antistitiæ, ac si heres ei non existisset. cum igitur demonstrauerit Diuus Pius succurri heredi instituto, qui compulsus adit: dici potest etiam in ceteris causis exemplum hoc sequendum, sicubi^c venerit, restituatur fideicommissaria hereditas ei qui compulit adire, & restituere sibi hereditatem.

^a permittantur
^b venundare

^c vt (sicubi que-
nerit)

XII. PAPINIANVS libro vicensimo Quæstionum

Sed cum ab herede pro parte instituto fideicommissa hereditas sub condicione relata esset, imperator Titus^d Antoninus rescripsit, non esse locum constitutioni suæ, neque purillum extra ordinem ius Bandum. præsertim, si nouum beneficium cum alterius iniuria postularetur^e.

^d diuus prius

^e postularet.

XIII. VLPIANVS libro quarto Fideicommissorum

Ille, à quo sub condicione fideicommissum relatum est, causari quid non poterit, ne condicio^f deficiat, & hereat actio-
nibus: cum nullum damnum sit futurum secundum ea que ostendimus. Nam igitur non desideratur heredis præsentia.

^f ne si eodito de-
ficiat, iubescat

Si de testamento aliquid queratur, heres non debet audiri, si suspectam sibi hereditatem dicat. nam & si maximè dicatur, vel ius testandi non habuisse eum qui testatus est, vel de viribus testamenti, vel de sua condicione: non erit audiendus. quid ergo si de viribus fideicommissi tractetur? hæc quæstio prætermittenda non erit. sed quid, si qui fideicommissarius dicat, adeat prius, & sic de hoc queratur? credo interdum audiendum fideicommissarium, si cognitio prolixiorum tractatum habeat. finge enim verba fideicommissi de longinquò petenda, & iuitam deliberationem de quantitate fideicommissi incidere. dicendum erit, compellendum eum adire, ne prius heres decedens fideicommissarium decipiat. Tempesti-
uum est requirere, per quem quis cogatur adire & restituere

here-

hereditatem . veluti si prætor aut consul fuerit heres institutus, suspectamque hereditatem dicat : an cogi possit adire & restituere? & dicendum est, prætorem, *quideni in prætorē,* vel consulem in consulem nullum imperium habere. sed si iurisdictioni se subIcant, solet prætor in eos ius dicere. sed & si ipse prætor heres institutus suspectam dicat, ipse se cogere non poterit: quia triplici officio fungi non potest, & suspectā dicentis, & coacti, & cogentis. sed in his omnibus casibus atque similibus principale auxilium implorandum est. Si quis filius familias sit, & magistratum gerat: patrem suum, in cuius est potestate, cogere poterit, suspectam dicentem hereditatem adire & restituere.

X I I I . H E R M O G E N I A N V S libro quarto Fidei-
commislorum

NAm quod ad ius publicum attinet, non sequitur ius potestatis ^a. Sed & qui repudiauit hereditatem , cogetur adire & restituere ipsam hereditatem, si iusta causæ allegetur. planè si bona venierint, non oportet præceptorem ^b, ne quidem pupillum restituere, nisi ex causa, vt Diuus Pius rescripsit.

Si quis compulsus adierit hereditatem ex testamento, quod secundas tabulas habebat : quæsitus est, an per aditionē & tabulae secundæ firmarentur: quod ^c videbantur euanuisse nō adita patris hereditate . & Iulianus libro quintodecimo scribit, & sequentes tabulas coMfirmari. quæ sententia verissima est. nemo enim dubitat etiam legata præstari, & libertates cōpetere, & cetera quæcunque sint in testamento, perinde valere, ac si sua sponte heres hereditatem adisset. Qui compulsus adiit hereditatem , sicuti ceteris commodis caret, ita hoc quoque casu careat, ne possit pænitendo quartam retinere. & ita inuenio ab Imperatore nostro , & Diuo patre eius rescriptum. Non omnis autem suspectam hereditatem repudiatione amissam cogere potest adiri, & sibi restitui. sed is demū, ad quem actiones transire possunt. neque enim æquum est, ad hoc quem compelli adire hereditatem , vt emolumētum quidem hereditatis refundat: ipse vero oneribus hereditatis obstrictus relinquatur. quare si fideicōmissum pecuniarium ^d aliqui fuerit relictum, cessat cōpulsio, tametsi indemnitatis cautio offeratur. proinde qui hereditarē rogatur restituere, is deum compellitur restituere . Sed & si quis bona rogatus sit, vel familiam , vel pecuniam ^e rogetur, ^f vel vniuersam rem ^{meam:}

X V . P A V L V S libro secundo Fideicommis-
forum ^e

VEl omnia sua:

^a Non (ut dicit Vale. Maxi. lib. 2. ca. 1.) pueriles & infantes primaria piecata petitoria sunt. Vbi & Quinti Fabij, eiusque filii ad hanc sententiam. ^b Etiam memorabile exemplum proponit. Id ipsum & Plutar. in apophth. Rom. b prætorem, c que videantur

^d pecuniarium

^e Responsorum

XVI. VLPIANVS libro quarto Fideicommissorum[¶]

Cogi poterit. hoc idem & si patrimonium fuerit rogatus,
 & si facultates: & si quidquid habeo, & si censum meū,
 & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si peculium
 meum testator dixerit, quia plerique Y. N. O. K. O. P. I. Z. T. I. K. Ω. Σ.
 patrimonium suum peculum dicunt, cogendus erit. de suc-
 cessione enim sua & hic rogauit, nec ignoro in quibusdam ex
 his Mæcianum dubitare, & voluntatis esse dicere quæstionem,
 utrum de pecunia tantum, an & de successione testator sensit.
 in ambiguo tamen magis de successione sensum dico, ne in-
 tercidat fideicommissum. Sed & si quis ita rogauerit, Q. V. I. D.
 QVID AD TE EX HEREDITATE UONISVE MEIS
 PERVENERIT, ROGO RESTITVAS: cogi poterit adire,
 & restituere hereditatem ex Trebelliano senatus consulto:
 quamquam PERVENIRE proprio dicatur, quod deductis
 oneribus ad aliquem peruenit. Et generaliter autem potest
 dici, ita demum quem non posse cogi adire, & restituere here-
 ditatem, si de re, vel^a quantitate fuerit rogatus. ceterum si de a vel de quantitate
 vniuersitate sensisse testatorē appareat, nulla quæstio est, quin
 siue suspectam dicat, cogi possit: siue sponte adit^b, ex Trebel- b adit,
 liano transeat actiones. Inde quæritur, si quis hereditatem
 rogatus sit restituere deducto ære alieno, vel deductis legatis:
 an suspectam dicens cogi possit adire, & restituere heredita-
 tem: quia vi ipsa magis id quod supereft ex hereditate, quam c quia in ipsa al.
 ipsam hereditatem restituere sit rogatus. & sunt qui putent, quia r̄dūcti p̄s. Se
 vt Mæcianus, inutilē hanc^d deducōnē. nec enim posse ex^e
 iure deduci quantitatem. non magis quam si fundum quis
 deducto ære alieno, vel deductis legatis restituere sit rogatus.
 neque enim recipit fundus q̄ris alieni, vel legati minutionem. f legati nomine
 Sed Iulianum existimare refert, Trebelliano senatus consulto
 locum esse. & ne dupliciter fideicommissarius oneretur, &
 cum heres æs alienum vel legatum deducit, & cum conueni-
 tur à creditoribus & legatariis: restituta sibi ex Trebelliano
 hereditate, debere aut deductionem eum non patiab herede,
 aut cauere illi heredem, defensum irieum aduersus legatarios,
 ceterosque. Si quis heres institutus, rogatus fuerit heredita-
 tem non totam, sed partem restituere: vel si duobus restituere
 sit rogatus, & alter ex his velit sibi restitui hereditatem, alter
 recusat: senatus censuit, utroq; casu exonerari eum qui suspec-
 tam hereditatem dicit, totamque hereditatem trasire ad eum
 qui adire cogit. Sed & si quis non hereditatis suæ partem
 dimidiam rogauit heredem suum restituere, sed^g hereditatem g sed &
 Seiā, quæ ad eum peruenierat, vel totam vel partem eius, he-
 resque institutus suspectam dicat: cum placeat illud quod Pa-

pinianus ait, ex Trebelliano transfire actiones, dici poterit, si suspecta dicatur hereditas, cogendum heredem institutū adire, & restituere hereditatem, totamque hereditatem ad eum cui restituitur pertinere. Sed & si miles togauerit quem res Italicas restituere, vel res prouinciales: dicendum est, suspectam dicētem cogi adire, & restituere. nam, ut eleganter Mæcianus libro sexto fideicommissorum ait, qua ratione ex certa re miles heredem instituere potest, actionesque ei dabuntur: pari ratione etiā ex Trebelliano transfibūt actiones. & quamuis placeat, cum quis hereditatem bonaq; quae sibi ab aliquo obuenerunt, vel quę in aliqua regione habet, restituere rogat, ex Trebelliano non transeat^a actiones: tamen cōtra^b responderi^c in militis testamento ait. nam sicut^d concessum est, inquit, militibus circa institutionem separare species bonorum: ita & si per fideicommissum ab institutis heredibus id fecerit^e, admitteretur Trebellianum senatusconsultum. Cum quidam duos heredes instituerit, eosque inuicem substituerit, & ab his petierit, siue vterque siue alter heres esset, ut hereditas sua ex parte dimidia restitueretur alicui post quinquennium: & scripti suspectam sibi hereditatem dicant, fideicommissarius autem desideret suo periculo adiri hereditatē: censuit senatus, ambos heredes alterumve cogi adire hereditatē, & fideicommissario eam restituere: ita ut fideicommissario, & aduersus eum actiones competant, quasi ex Trebelliano restituta hereditate. Mæcianus scribit, cum quis^f ex fideicommissariis absentes, & praesentes desiderent suo periculo adire hereditatem, translatisque in solidū actionibus in eum qui coēgit, absentes, si velint fideicommissum suscipere, à presente petent. consequenter ait, nec quartam cum retenturum aduersus fideicommissarios suos: quia nec heres potuit. Idē Mæcianus querit, an is, qui duobus vel pluribus rogatus est restituere hereditatem, cogente aliquo adire possit: & in horum, qui id non desiderauerunt, portionibus Falcidiae beneficio vti: siue ipsi quoque desiderent sibi restitui, siue alius^g in locum eorum succederitⁱ. & cum hodie hoc iure vtimur, ut totum transeat ad eum qui coēgit: consequēs erit dicere, quartae retentionem amili^{Se} eum qui coactus est. quia in solidum actiones transferint in eum qui coēgit. planè si proponas fideicommissariū non ita coēgisse, ut tota hereditas in se transferatur^k: cum cooperint ceteri desiderare sibi restitui hereditatem, dicendum, Falcidiae eum vti posse. recte igitur Mæcianus ait, multum interest, vtrum totam restitui hereditatem sibi fideicommissarius desiderauerit, an suam tantummodo partem. nam si sola pars transfertur^l, in residuo Falcidiae erit locus. si tota hereditas translata sit, cessat huius legis beneficiū.

a transfire

b contrarium

c responderi debere

d sicut in militia

e fecerit, in id

f quidam

g absit,

h siue alij

i successerint.

k transferetur,

l transferetur,

5

6

7

8

Si

9. Si seruo duorum rogatus quis sit restituere hereditatem, & alter cogere velit suspectam dicentem, alter restituere sibi re-^{a refutat}cuset: hoc erit dicendum, quod in duobus, quorum alter susci-
10 pere voluit hereditatem, alter non. Si pater filio, quem in po-
testate habet, rogetur restituere hereditatem: an filius patrem
suum, si suspectam dicat hereditatem, cogere possit? & non est
dubium, patrem à filio per prætorem cogi posse. Sed et si id fideicommissum ad castrense peculium spectaturum est, & fi-
lius familiæ is fuit, qui munus militiæ sustinebat, aliòve quo
officio prægerat: multo magis dicendum erit, posse eum postu-
lare, vt pater suus cogatur adire, & restituere hereditatem. quâ-
uis contra obsequium patri debitum videtur id desideratu-
rus. Sed si seruo suo rogatus sit cum libertate quis heredi-
tatem restituere: siue directa data sit libertas, siue fideicōmis-
saria, dici poterit, eum à seruo suo non posse cogi adire heredi-
tam: quamvis si sponte adisset, cogeretur præstare fidei-
commissariam libertatem, & hereditatem. idque Mæcianus
12 libro septimo de fideicommissis scribit. Idem quærerit, si quis
paratus sit domino cauere de indemnitate: an possit cogi adire
hereditatem, maxime & si pretium serui offeratur. & rectè
ait, non oportere sub incerto cautionis committere se adi-
13 ni hereditatis. Hi qui solidum capere non possunt, ex asse
heredes instituti, & rogati restituere solidum, adire heredita-
tem, & restituere cogētur: cum nihil^b oneris apud eos reman-
14 surum. Si ego heres institutus, & rogatus sim Stichum ma-
numittere, vel alius legatarius: fidei autem meæ commissum
sit, vt Titio hereditatem restituam: deinde Titij fidei commi-
fit^c, vt Sticho eandem redderet: Stichus cogere me possit adi-
15 re, & restituere hereditatem. Talis quoq; casus à Diuo Pio
terminatus est, nam^d seruo vni ex heredibus legato, p^er fidei-
commissum erat ab eo libertas data, & ab altero heredita^{d clam}:
Diuus etenim Pius rescripsit Cassio Dextro^e in haec verba.
Hermias^f si Mosco Theodoto ex parte herede instituto à
Pamphilo testatore legatus est, eumque Theodotus, postquā
adierit hereditatē, prius quam à cohérede eiusdem Pamphili
adiretur hereditas, ad iustam libertatem perduxit, & ob hoc
in eum casum res perducta est, vtis qui legauit, intestatus esse
non possit, Hermia postulante^g {michi} id Euarestatus com-
pellēdus est periculo eius adire, & ex causa fideicommissi he-
reditatem restituere.
^b si honoris: se-
quere Flor. tamē si
Acc. utramque nosset,
ac interpretatur.
^c commissum sit,
^d clam
^e extera
^f Quoniam Her-
mias Simiasco
^g postulante mea.
acc^h miliu.
ⁱ Euarestus

Quibus verbis fideicommissum relinquatur.

xvii. IDEM libro secundo Fideicommissorum
Ex facto tractatum est, an p^er fideicommissum rogari quis
possit, vt aliquem heredem faciat. & senatus censuit, roga-
ri quidem quem, vt aliquem heredem faciat, non posse. verum

videri per hoc rogasse, ut hereditatem suam ei restituat: id est quidquid ex hereditate sua consecutus est, ut ei restitueret. Iulianus quoque libro quadragensimo digesto am fideicommissum tale valere ait, **F I D E I T Y A K C O M M I T T O , V T H E R E D I T A T E M T I T I I R E S T I T U A S**, cum esset is, qui rogatus est, à Titio heres institutus. Non tantum autem si heredem quem scripsero, potero rogare, ut heredem faciat aliquem: verum etiam si legatum illi vel quid aliud relinqueret^a. nam hactenus^b erunt obligati, quatenus quid ad eos pertinet. Si quis caueret, **P E T O V T I L L I D E S , A U T I L L I F I D E I C O M M I S S V M R E L I N Q V A S , A U T I L L I L I B E R T A T E M A D S C R I B A S :** admittenda sunt. nam cum in heredum institutione senatus censuit utile, de ceteris quoque idem erit accipiendum.

Condicio, si sine liberis decesserit, quomodo accipienda sit.

Si quis rogatus fuerit, ut si sine liberis decesserit, restituat hereditatem: Papinianus libro octauo responsorum scribit, etiam naturalem filium efficere, ut deficiat condicio. & in libertino, eodem^c conliberto hoc scribit. Mihi autem, quod ad naturales liberos attinet, voluntatis questio videbitur^d esse, de qualibus liberis testator senserit. sed hoc ex dignitate, & ex voluntate, & ex conditione eius qui fideicommissit, accipiendum erit.

*Filij concepti post deportationem non faciunt deficere conditionem
fideicommissi adiecitam per hec verba, si decesserit
sine liberis: secus in conceptis ante,
licet sint nati postea.*

Ex facto tractatum memini, rogauerat quædam mulier filium suum ut si sine liberis decessisset, restitueret hereditatem patris suo. is postea deportatus, in insula^e liberos suscepserat. quærebatur igitur, an fideicommissi condicio defecisset. nos igitur hoc^f dicimus, conceptos quidem ante deportationem, licet postea edantur, efficere ut condicio deficiat. post deportationem vero susceptos, quasi ab alio, non prodesse. maxime cum etiam bona cum sua quodammodo causa fisco sint vindicanda. Si quis rogatus fuerit filii suis, vel cui ex his voluerit, restituere hereditatem: Papinianus libro octauo responsorum etiam deportato eatribuit eligendi facultatem, cui liber factus fideicommissum restitui velit. sed si seruos poenæ fuerit constitutus, nullo ante concepto filio, iam parere conditioni non poterit: decessisseque fine liberis videtur. sed cum decedit, electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet. Si quis autem suscepserit quidem filium, verum viuuus amiserit: videbitur sine liberis decessisse.

Sed

a reliquero.

b e tenus erit ob-
ligatus, quatenus
quid ad eum

c eo que aliis eo-
demque
d videatur esse, da
quibus

e insulam

f hic

g Relè:nam hec
Papin. sententia hec
libro reperiatur l. cùm
pater. 77. §. heredita-
tem. sup. de leg. 2.

Sed si naufragio vel ruina vel adgressu vel quo alio modo si-
mul cu[m] patre perierit: an cōdicio defecerit videamus. & ma-
gis non defecisse arbitror. quia non est verum filium eius su-
peruixisse. aut igitur filius superuixit patri, & extinxit ^a con-
dicionem fideicommissi. aut non superuixit, & extitit con-
dicio. cum autem quis ante, & quis postea decesserit, non ap-
paret: extitisse condicionem fideicommissi magis dicendum
6 est. Si quisita fideicommissum reliquerit, **F I D E I T V A E**
F I L I C O M M I T T O, **V T b S I A L I E N O H E R E D E M O-**
R I A R I S, R E S T I T V A S E I O H E R E D I T A T E M: videri
 cum liberis sensisse Diuus Pius rescriptit. & ideo cum qui-
 dam sine liberis decederet, auunculum ab intestato bonorum
 possessorem habens, ex **T I S S E** condicionem fideicommissire-
 scipit.

An fructus in restitutionem veniant.

XVIII. I D E M libro quintodecimo ad Sabinum

IN fideicommissaria^d hereditatis restitutione^e constat non
 venire fructus, nisi ex^f mora facta est: aut cum quis specia-
 liter fuerit rogatus & fructus restituere. Planè fructus in
1 quartam imputantur, vt est^g & rescriptum. Quotiens quis
 rogatur hereditatem restituere, id videtur rogatus reddere,
 quod fuit hereditatis. fructus autem non hereditati, sed ipsis
2 rebus accepto feruntur. Si legatum sit heredi relictum, &
 rogatus sit portionem hereditatis restituere: id solum non
 debere eum restituere, quod à coherede accepit. ceterum quod
 à semetipso ei relictum est, in fideicommissum cadit ^g. & id ^h pius
 Diuus Marcus^h decrebit.

Interpretatio voluntatis.

XVIII. P A V L V S libro tertio ad Sabinum

VBi purè fideicommissum datum est, si adiectū sit, **R O G O**
D E S F I L I O T V O, F A C I A S Q V E V T A D E V M
P E R V E N I A T: rescriptum est, videri in id tempus dari, quo
1 capere potest: id est sui iuris fiat. **T E R O G O L V C I T I T I**
H E R E D I T A T E M M E A M C V M A T T I O i P A R T I A - i T i s i o
R I S. ex senatusconsulto Trebelliano in eum, cui restituta est
 hereditas, actiones competere Aristo ait. quia pro hoc acci-
 piendū sit, **R O G O H E R E D I T A T E M I L L A M R E S T I-**
T V A S. nec verba spectātur senatusconsulti, sed sentētia^k qui-
 buscunque verbis: dum testator senserit vt hereditas sua resti-
2 tuatur. Qui in distrahendis, conseruandisve rebus heredi-
 tariis sumptus factus est, imputari heredi debet.

XX. V L P I A N V S libro nonodecimo ad Sabinum.

SEd^l & si ad tempus liberorum fuerit legatum relictum, &
 is vxore prægnate decesserit: ad heredem suum transferat
 legatum.

^a & non extitit
conditio

^b Id est, re si alius
tibi heres fit, quidam
vnu ex liberis: ha-
redem enim illi sane
dem existisse subinu-
git. Proinde Florent.
melior est, innato Ac-
curso, qui legit, vnu
sine herede.

^c Id est, videri haec
conditio Seiō ha-
reditatem restitui ve-
luisse, si restituisse
alium quam unum
ex liberis haberet.
d fideicommissa-
riam
e restitutionem
f aut

^g Huc pertinet lo-
cuso communis Rhe-
torum de scripto &
sententia quem tra-
bat Cic. lib. 3 de La-
men. Quint. lib. 7. Ian-
nitu. Orato.

^h Coniungit, q. de
manu missa est.

Indebitum per errorem solutum.

X X I . P O M P O N I V S libro vicenimo secundo ad Sabinum
Heres^a cum debuerat quartam retinere, totam hereditatem
 restituit, nec cauit sibi stipulatione proposita. simile eum
 esse Aristo ait illis qui retentiones, quas solas habent, omit-
 tunt. sed posse eum rerum hereditiarum possessionem vel
 repetere vel nancisci. & aduersus agētem doli mali exceptio-
 ne uti possē eum, & debitoribus denunciare, ne solueretur^b

Interpretatio voluntatis.

X X I I . V L P I A N V S libro quinto Disputationum
MVlier^c, quæ duobus filiis in potestate patris relictis alij
 nupserat, posteriorem maritum heredem instituit, eum
 que rogauit liberis suis post mortem patris eorum heredita-
 tem suam restituere, vel ei qui eorum superesset. eisdem eman-
 cipatis à patre suo vitricus restituisse hereditatem dicebatur.
 mox alter ex filiis viuo patre decessisse. quærebatur, an is, qui
 supererat ex filiis, partem fratri suo restitutam petere possit,
 quasi premature datam. Scāuola Diuum Marcum in audi-
 torio de hujusmodi specie iudicasse refert. Brasidas quidā La-
 cedemonius vir prætorius, cum filiis suis ab uxore diuortio se-
 parata, si morte patri sui iuris fuissent effecti, fideicommissum
 relictum esset: eos emancipauerat. post emacipationem fidei-
 commissum petebant. decreuisse igitur Diuum Marcum re-
 fert, fideicommissum eis re præstandū^d, intellecta matris vo-
 luntate, quæ quia non crediderat patrem eos emancipaturū,
 distulerat in mortem eius fideicommissum, non dilatura id
 in mortalitatem, si eum emancipaturum sperasset. secundum
 haec dicebam, & in proposita^e questione decretū Diui Marci
 esse trahendum: & recte fideicommissum utrisque solutum.

Non est dubitatum, cogi posse heredem institutum adire,
 & restituere hereditatem seruis, siue directa siue fideicomis-
 saria libertas eis data fuisset: cum aspernari heres non deberet
 personam cogentis, habet enim hic quoque aditum: vt qui
 nondum petere fideicommissariam libertatem possit, nec di-
 rectam sibi vindicare, propter spem tamen libertatis & her-
 editatis aditum ad prætorem & per se habeat.

Quid veniat in restitutionem.

Si heres post multum temporis restituat, cum præsenti die
 fideicommissum sit: deducta quarta restituet. fructus enim qui
 percepti sunt, neglegentia petentis, non iudicio defuncti per-
 cepti videntur. alia causa est, si sub condicione vel in diem ro-
 gatus fuerit. tūc enim quod percipitur suminouet Falcidiā:
 si tantum fuerit, quantum quartam facit, & quartæ fructus:
 nam fructus, qui medio tempore percepti sunt, ex iudicio te-
 stantis percepti videntur.

^a Coniuge l. sed &
 p. meo pitem. de
 conditio

^b soluerent.

^c Coniuge l. 3. quoniam
 dilegit.

^d representandum:
 quod in pluribus ex-
 e. pluribus de perso-
 et magis probi signifi-
 cat enim ante diem
 soluendum: eadem
 sensu dicit Cic. re-
 presentare libertatem,
 Philipp. 2. & repre-
 sentare virtutem, ad
 Attic. lib. 12.

^e propositam qua-
 tionem

De culpa lata, & leui.

3 Sed enim si quis rogetur restituere hereditatem, & vel serui deceperint, vel aliae res perierint: placet non cogi eum reddere quod non habet. culpæ planè reddere rationem. sed eius quæ dolo proxima est. & ita Neratius libro primo responsorū scribit. Sed & si, cum distrahere deberet, non fecit lata culpa, non leui, & rebus suis consueta neglegentia: huiusmodi rei rationem reddet. sed & si ædes vstæ sunt culpa eius, reddet rationē. præterea si qui partus extant, & partuum partus: quia in fructibus hi non habentur^a. sed & ipse, si quem sumptum fecit in res hereditarias, detrahet. quod si sine facto eius, prolixitate^b temporis ædes vnu adquisitæ sint, & quissimum erit nihil^b cum præstare, cum culpa careat.

a In hunc locum Cic.
lib. 1. de fin. bonorum
& malorum.

An filia posse in dotem dare res subiectas restitutioni.

4 Cum proponeretur quidam filiam suam heredem instituisse, & rogass' Eam, vt si sine liberis decesisset, hereditatem Titio restitueret: eaque dotem marito dedisse certæ quantitatis, mox decedens sine liberis heredem instituisse maritū suū, & quereretur an dos detrahi posse: dixi, non posse dici in euerisionem fideicommissi factum, quod & mulieris pudicitiae & patris voto congruebat. quare dicendum est, dotem decedere, ac si quod superfluisset, rogata esset restituere. quod si tantos fructus ex hereditate mulier percepit, vt inde potuerit doti satisficeri: dicendum est, potius fructibus hoc expensum ferendum^c, quam fideicommissio. Ut Trebelliano locus es-
e siendum. Manifestus est error, qui tecum in nouulis condicibus etiam excessus deprehenditur.
set, non sufficit de hereditate rogatum esse: sed quasi heredem rogari oportet. Denique si Quid^d portio hereditatis fuerit legata, legari enim posse etiam portionem hereditatis placet nobis, rogatusque fuerit hanc partem restituere: dubioprocul non fiet restitutio ex senatusconsulto. ideoque nec quartarē retinebitur, tinetur^c.

Interpretatio voluntatis.

XXIII. IULIANVS libro trigensimono Dige-
storium

Q Votiens paterfamilias vnum vel duos heredes coheredi-
bus suis restituere hereditatem iubet, intelligitur eas-
dem partes in fideicommissis facere, quas in hereditate distri-
buenda fecerit. sed si iubeantur hi, quibus fideicommissum
datur, pecuniam numerare, atque ita fideicomissa recipere:
ex quantitate pecuniae, quam dare iubetur, voluntas colligen-
da est patrisfamilias, nam & si ex disparibus partibus heredes
scripti & quas partes dare iubentur, proprius est, vt viriles reci-
pere debeant. si vero summa pecuniae dandæ congruit portio-
nibus, hereditarias portiones accipere debebunt.

f in fideicommisso

g nam est

XXIIII. PAPINIANVS libro quintodecimo Quæ-
stionum

a scriptum

Nonnumquam autem ex voluntate varie rescriptum & iudicatum est: videlicet si non sub appellatione heredum, sed proprijs nominibus expressis fideicommissum relinquatur.

XXV. IVLIANVS libro trigensimonono Di-
gestorum

Quidam ita testamento scripserat, A TE HERES PETO, FIDEIQVE TVAE COMMITTO, VT QVID QVID EX HEREDITATE MEA AD TE PERVENNERIT, FILIO, MEO PRIMA QVAQUE DIE, AVT SI PRIUS QVID EI ACCIDERIT, MATRI EIVS^b DIES REDDAS. quæritur, cum^c antequam adeatur hereditas, puer deceperit: an fideicommissum matri debeatur. respondi, si puer antequam dies fideicommissi cedat, deceperit^d: fideicommissum translatum esse ad matrem. postea autem quād dies fideicommissi cedit, si deceperit: ad heredem pueri fideicommissum pertinere. Sed an ea voluntas fuit patris familias, vt si ante restitutum fideicommissum puer deceperit, matri potius, quād heredibus præstaretur: prætor æstimat ex persona matris, & ex persona heredis pueri. Marcellus: sed testatoris voluntati congruum est, quandocumque puer deceperit, siue antequam dies fideicommissi cedit, siue postea, ad matrem transferri fideicommissum, si non iam puer hoc acceperit. eoque iure vtimur. Si seruo herede scripto domini rogatus est eidem seruo restituere hereditatem, cum liber esset: vtile fideicommissum est. Si quis filium suum ex affe heredem instituit, & codicillis, quos post mortem filij aperi iussit, fidei eius commisit, vt si sine liberis deceperit, hereditatem suam sorori suæ restitueret: & filius, cum sciret quod in codicillis scriptum esset, Stichum seruum hereditarium testamento suo liberum esse iussit: heredes filij pretium eius serui sorori defuncti præstare debent, libertate fauores sui seruata. hoc amplius eti ignoraſſet filius codicillos à patre factos, nihilo minus heredes eius pretium præstare debebunt, ne factum cuiusquam alteri damnum adferat. Sed & si seruus iste à Sempronio heres institutus fit; eamque hereditatem, posteaquam ex testamento fratrī ad libertatem peruennerat, adierit, hereditatis quoque æstimationem heredes fratrī sorori eius præstare debent: qua^h si manumissus non esset, iussu mulieris adire eam potuiffset. si verò viuente filio Sempronius deceperit, hereditas in causa fideicommissi non deduccretur. quippe ab ipso filio adire iussus hereditatem, ei adquireret.

beiusdem reddas.

c siancē, quād

d deceperit:

† cedit,

e pretium omne
f serui.

g eiur. Magis placeat
Etsi ut ratio genera-
lia, non autem certe
aliqui tantum speciei
accommodata hic tra-
datur.
h quia

De ciuitate.

xxvi. P A V L V S libro singulare de Senatusconsultis

OMNIBUS^a ciuitatibus, quae sub imperio populi Romani sunt, restitui debere & posse hereditatem fideicomissam, Apronianum senatusconsultum iubet, sed & actiones in eas placuit ex Trebelliano transferri. sed^b municipes ad eas admittuntur.

xxvii. I V L I A N V S libro quadragesimo Digestorum

ITa tamen, ut his^c quibus restituetur hereditas, actorem eligant & ad agendum & ad excipiendas actiones. Si seruum hereditarium heres, qui coactus adierit, iussisset adire hereditatem ab alio^d eidem seruo relatain, & tunc hereditatem, quam suspectam sibi esse dixerat, restituerit: an etiam eam hereditatem, quae per seruum adquisita esset, restituere deberet, quae situm est. dixi, non magis hanc hereditatem in restitutionem venire, quam quod seruus hereditarius post aditam hereditatem stipulatus fuisset ET per traditionem accepisset: aut fructus qui ex rebus hereditariis percepti fuissent. utique si nulla mora fideicommisso facta fuisset. sed si quid ante aditam hereditatem seruus stipulatus fuisset, aut per traditionem accepisset: id restitui debebit, sicut fructus ante aditam hereditatem in restitutionem venient.

Qui coactus adiit hereditatem, commodum ex hereditate consequi non debet.

2 Qui suspectam sibi hereditatem dicit, nullum commodum ex testamento consequetur, quod habiturus non esset, si heres institutus non fuisset, aut non adisset. & ideo si pupillo substitutus fuerit, itaque **QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO MEO HERES ESTO:** hereditatem, quae ex substitutione adeum peruererit, restituere condens erit. si vero detracto hoc articulo, **QVIS QVIS MIHI HERES ERIT, substitutus ita fuerit, TITIVS FILIO MEO HERES ESTO:** tum si solus patri heres extiterit, nihilo minus cogendus erit hereditatem pupilli restituere. si vero coheredem habuerit, retinebit pupilli hereditatem: quia potuit coherede adeunte, quamvis ipse patris omisisset hereditatem, ex substitutione adire. Si pater filium, quem in potestate habebat, heredem scripsit, & ab eo petierit, ut hereditatem Sempronio restitueret, isque suspectam sibi esse dicet: poterit ex Trebelliano senatusconsulto hereditas restitui. quare et si non immiscuerit se hereditati, nihilo minus actiones, que ei & in eum competebant, ad Sempronium transferentur. A patre heres scriptus, & exheredato filio

substitutus, si rogatus fuerit hereditatē, quæ ad eum ex substitutiōne peruererit, Titio restituere: cogendus non est viuo pupillo patris hereditatē adire. primū, quia sub cōdicione fideicommissum datum est: deinde, quia non probe de hereditatē^a viventis pueri ager, mortuo autem pupillo compelli debet hereditatem patris adire. Quod si duo heredes à patre instituti fuerint, & vtriusq; fidei commissum sit, vt exhereditati filij hereditatem restitueret: satis erit vel unum cogi adire. hoc enim facto etiam is, qui patris hereditatem non adit, filij hereditatem adire & restituere cogetur. Quotiens filius emancipatus bonorum possessionem contratabulas accipit, nulla ratio est compellendi heredis ad restituendam hereditatē. & sicut neq; legata neq; fideicomissa cetera præstare cogitur, ita ne ad restitutionem quidem hereditatis compelli debet. Marcello: planè^b non est compellendus adire, si iam filius bonorum lendit adire, si non iam filius bonoru^c e^d.

^e possessionem accepit:

Restituta hereditate actiones transiunt in
fideicommissarium.

Qui ex Trebelliano senatusconsulto hereditatem restituit, siue petat à debitoribus hereditariis, siue ab eo petatur: exceptione restitutæ hereditatis adiuvari, vel summoueri potest. actiones autem fideicommissario competunt, quas habuit heres eo tempore quo fideicommissum restituebat. Marcellus: sed eas quoq; actiones, quæ sub condicione erant, & quarum dies eo tempore non cesserat, fideicommissario cōpetere placet. sed antequam restitueretur hereditas, exceptione aliqua heres adiuvandus non est: cum hoc minus ex causa fideicommissi restituturus^d. Trebellianum senatusconsultum locū^e habet, quotiens quis suam hereditatem vel totam vel pro parte fidei heridis committit^f. quare si Maeuius te heredem institerit, & rogauerit ut (hereditatem Titij restituas, tuque) hereditatem Maeuij adieris: perinde à te fideicommissum petetur, ac si fundum, qui tibi à Titio legatus esset, restituere rogatus fuisses. ideoque^g &^h si suspectam Maeuij hereditatem dixeris, cogi te non oportet eam adire. quod si Maeuius te rogauerit & suam hereditatem & Titianam restituere, tuque sponte adieris hereditatem: uteris legis Falcidiæ commodo. & partē quam Maeuianae hereditatis retinebis, dimidiam & quartam ex fideicommisso restitues. nec intererit, eidem vtramq; hereditatem, an alij Maeuiananam, alij Titianam rogatus fueris restituere. sed si suspectam Maeuiananam hereditatem dixeris, cogitis eam adire, & restituere ei Qui rogatus fueris, is autem, cui Titianam hereditatem restituere rogatus fueris, non poterit te compellere ad adiuvandum.

Aetio competens fideicommissario contra heredem.

- 8 Si ex Trebelliano hereditatem restituit heres, & fructus prædiorum * retinet, vel ipsa prædia, siue etiam debitor eius, qui testamentum fecit, fuerit: necessarium est actionem aduersus eum fideicommissario dari. Marcellus: hoc idem necessario faciendum est, cum parte hereditatis restituta, familiae erescunde iudicium inter eum qui restituit hereditatem, & qui 9 receperit, accipietur. Quirogatus est emancipato filio restituere hereditatem, cogi debet adire, & restituere: quamvis filius contratabulas bonorum possessionem accipere possit.
- 10 Si patronus ex parte debita heres institutus, & irogatus restituere hereditatem, suspectam sibi esse dicat: puto rectius facturum prætorem, si coegerit eum adire hereditatem, & restituere: quamvis possit mutata voluntate eam partem hereditatis retinere.

De preceptionibus.

- 11 Si ^b præceptis ^c quibusdam rebus heres rogatus sit restituere hereditatem, & coactus eam adierit: an præcipere debeat respondi, eum qui iussu prætoris adit^d hereditatem, omni modo prohiberi debere. Sed si eidem legatis esset sub hac condicione, si heres non esset, & suspecta sibi hereditatem dicat: non aliter cogendus est adire, quam ut legata, quæ sub condicione, si heres nō esset, data erant, restituantur. non quidem à coheredibus, ne onerentur: sed ab eo Qui restituta fuerit hereditas, nam sicut explendæ fidei gratia cogendus est adire hereditatem, ita ob id ipsum damno adfici non debet.

De fructibus perceptis ab herede.

- 12 Heres ex asse erat instituta consobrina mea, & eius fidei cōmisum, vt partem dimidiā hereditatis statim Publio Mæuiō restitueret: alterā partem, cum ipsa moreretur, eidē Publio Mæuiō. præterea alia aliis legata data sunt^e. Mæuius partē dimidiā hereditatis statim percepit, & cauit, quod amplius quā per legem Falcidiā liceret cepisset, redditu iri. sed & ceteri legata solida acceperant, & similiter de restituendo quod amplius percepissent, cauerunt. mortua cōsobrina mea Publius Mæuius desiderat sibi alterā partem hereditatis cū fructibus restitui. quāero itaque quantū ei restituere debeam, vtrū quod supra quadrantē bonorum penes consobrinā meā remanserat, nec amplius quicquā: an & ab aliis, quibus legata soluta sunt, repetete quid debeā, & quantum. item quāero, si quod ab his ex stipulatione percepero, & quod apud consobrinā meā supra quadrantem remanserat, non efficiet partem dimidiā hereditatis: an ex incremento & fructibus eius summā, quæ supra quadrantem bonorum penes consobrinā meā remansit, supplere ei debeam dunitaxat, ne partem dimidiā he-

^b Hac sententia Iuliani referitur ab Vlp. l. apud Julianū in pris. supr. etc.

^c perceptis

^d adiūctis

a eiusque

b exuperant.

c remanserant,

d implerent

e & in tautum

f partem tibi sub
conditioneg tuus: quod mihi
videtur magis con-
venire.

h dubatur.

i sufficere

k existimabam.

l quandoconque

hereditatis quantitas quæ restitueretur excedat. an vero, sicut Publius Maeius desiderat; quidquid seposito quadrante bonorum, eius^a quadrantis fructibus, perceptum est, restituiri ei debet. respondi, quod supra quadrantem penes consobrinam tuam remansit, si adiectis fructibus quantitatem partis dimidiæ hereditatis, quæ mortis tempore fuit, non minuet: totum Publio Maeui restituendum. nec ex stipulatione ab his, quibus legata soluta sunt, repeti quicquam potest. si vero fructus quantitatem partis dimidiæ exuberant^b, quadranti tuo & fructibus eius accedit. si vero fructus eius partis, quæ supra quadrantem apud consobrinam tuam remanserat^c, non implent^d quantitatem partis dimidiæ bonorum, ex stipulatione agi poterit. In summa, ratio ita ponenda est, ut cum omni modo quadrantem excedit fructus. In tantum excreuerit, ut quantitatem partis dimidiæ bonorum excedat: etiam id quod excesserit retineas. Qui suos seruos rogatus est mapumittere, & hisdem hereditatem restituere: detracto pretio seruorum hereditatem restituere debebit.

De fructuum restituzione.

xxviii. AFRICANVS libro sexto Quæ-
stionum

EX ase heres institutus, partem hereditatis mihi pure, (tibi^f) sub cōdicione restituere rogatus, cum suspectam diceret, postulante me adit, & mihi totam ex senatusconsulto restituit, quandoque condicio extiterit, an fructus partis suæ^g restiturre tibi debeam, non immerito dubitabatur^h. & plerique placet, non esse eos præstandos: quia nec ab herede præstarentur, si sua sponte adisset. sufficiatⁱ autem ius tuum tibi integrum conseruari, non etiam meliorem conditionem tuam fieri. Idētamen existimabant^k, si ex ase heres institutus mihi quadrantem pure, tibi & que quadrantem sub conditione restituere rogatus sit, & cum suspectam hereditatem diceret, cogente me adit: quandoque^l condicio extiterit, semissem tibi esse restituendum. sed nec lege Falcidia in proposita specie surum me puto: quamuis scriptus heres, si spōte adisset, vteretur.

Valeat prius testamentum, iure fideicommissi, propter
verba posterioris.

xxix. MARCIANVS libro quarto Insti-
tutionum

SI quis priore facto testamento, posterius fecerit testamen-
tum: etiam si ex certis rebus in posteriores tabulas heredes
instituit, superius tamen testamentum sublatum est, ut Diui
quoque Seuerus & Antoninus rescriperunt. cuius constitu-
tionis verbare tulii, cum alia quoque preterea in constitutione
expressa

expressa sunt. Imperatores Seuerus & Antoninus Coccoeio Cumpano. Testamentū secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, iure valere perinde ac si ^a rerū mentio facta non esset. sed ^b teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia hereditatem restituat his qui priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissaria ^c verba quibus ut valeret prius testamentum expressum est, dubitari non oportet. & hoc ita intelligendum est, si non aliquid specialiter contrarium in secundo testamento fuerit scriptum.

De legatione.

xxx. IDEM libro octavo Institutionum

Si legatus suspectam hereditatem dicat, & ^d legationis tempore compellendus est accipere iudicium. quia hic nō multum officio occupatur. & licet deliberare se dicat an audeat, cogendus est adire. sed non ut statim restituat, sed ut reuersus domum, si putauerit sibi expedire, commodo Falcidiæ vel testamenti utatur, vel si non putauerit, restituat totam hereditatē, ¹ ne onera patiatur. Si quis bona sua, vel omnia sua rogaue-
rit restituere: fideicommissariam restitutionem esse intellegendū est. nam meorum ^e & tuorum appellationē etiā actiones ² nes contineri, dicendum est. Si filios familias vel seruos ^f restituatur ^g, & ^h postea pater vel dominus ratum habuerit: trans-³ seunt ex Trebelliano senatusconsulto actiones. Multum interest, utrumqua pars iure hereditario retineatur, an verò in re vel pecunia. nam superiore casu actiones diuiduntur inter heredem & fideicommissarium. posteriore verò apud fideicommissarium sunt actiones.

De principe.

4 Et ^k heres institutus, rogatusque hereditatē restituere praecepta ^l aliqua summa vel re: etiam si in præceptione minus quam quarta pars esset, non amplius principem pati ^m vindicaturū. sed ⁿ & si sine villa præceptione rogatus fuerit hereditatem restituere, plerumq; quarta donata est à principibus ^o. & ita Diuus Traianus & Hadrianus & Antoninus rescripsierunt.

xxxii. IDEM libro nono Institutionum

Si Quidam ^p pure libertas, & per fideicommissum sub condicio-
ne hereditas relicta est: cogitur heres adire hereditatē, si sus-
pectā dicat, & restituere. & deficiente condicione libertas ei
eripi nō potest. Si autem ei, qui in diem libertatē accepit, here-
ditas per fideicommissum relicta fuerit: suspectam eā interim
non posse adiri, Diuus Pius Cassio Hadriano rescripsit: cum
non potest nondum libero hereditas restitui. nec rursus con-
tra voluntatem defuncti libertatem ^q esse præstandam.

^a certum remissa
^b sed & teneri

^c fideicommissaria ver-
ba.

^d etiam legationis

^e Eadem interpre-
ratio tribuitur Pan-
to lo meorum de verbo
significativa.

^f seruo alieno: ex

glossa irreptis in con-

textum, ut & paulo

pōst duos penes integrā

versus.

^g restituatur here-
ditas, al. rogatus
quis fuerit restitu-
re hereditatē, patre
dominōe inuito
vel ignorantē, non
rēde hereditas cō-
restituatur.

^h sed si

ⁱ quarta pars

^k Et heredem in-
stitutum, rogatum-
que. ^l Si princeps
heres sit institutus,
rogati que &c. se-
quuntur Flores.

^l percepta

^m f.

ⁿ pariter &

^o principe.

^p Si cui

^q Si autem à me

^r libertas præstan-
das sit.

An heres cogatur conditioni parere.

Si sub condicione heres institutus , rogatusque hereditatem restituere, non vult condicione parere , & adire hereditatem: si facti est condicio ^a, debet parere, & adire, & restituere. vel si in dando sit , offerente fideicomissario, recusante autem herede factum adimplere , licentia dabitur fideicommissario secundum imitationem dationis factum implere. & tunc necessitas imponitur ^b(adire)hereditatem. ceteræ condicione, quæ non sunt in potestate heredis , ad officium prætoris non pertinent.

Fructuum restitutio.

X X X I I . C E L S V S libro vicensimo Digestorum

^c Trebellianus

BAllista filium familiæ heredē instituit ita, REBELLIA-NVS ^c SI CAVERIT COLONIAE PHILIPPENSIVM, SI SINE LIBERIS MORIETVR, QVANTACVM QVE PECVNIA EX HEREDITATE DE BONIS MEIS AD EVM PERVENIT, EAM PECVNIAM OMNEM AD COLONIAM PHILIPPENSIVM PERVENTVRAM. respondi, ex his verbis^d quæ proponis, id est PECVNIA, existimo etiā fructus, quos ex hereditate percepit, restituere eum debere: perinde quasi specialiter hoc testator expressisset.

X X X I I I . MARCIANVS libro octauo Institu-tionum

^e Institutionū: mī-
nīfīlū errārū: Cel-
fīcēnīm nō scrīptī
librō: Inſtitūtōnīm.

Scribit Celsus libro vicensimo digestorum ^e, si qui quadrigenta in bonis habebat, petit ab herede suo, vt si sine liberis moreretur, quanta pecunia ex hereditate sua ad eū peruenisset, Maevio restitueretur: si ex fructibus medio tempore quadrigenta perceperit, & sine liberis decesserit: heredem eius Maevio quadrigenta debitum. & cum diu multumque tractauit, an cum augmentum heres sensit, & periculum sustineat, an per contrarium: nouissime ait, iniquum esse ad fideicommissarium damnū pertinere, ad quem augmentum non pertinet. & an ad supplendum, inquit, quodcumque ex quadrigentis defuerit, etiā augmentum ad eum pertinebit: hoc est ut usque ad summam quadrigentorum damna & fructus com-potentur. quod verius esse arbitror.

X X X I I I I . IDEM libro secundo Regularum

Si eius ^f, qui nouissimus ex filiis mortuus est, partem hereditatis propinquο voluit pater restitui, & simul fratres diem suum obissent: propinquum, si non ostenderit quis nouissimus obisset, ad partem hereditatis non admitti: sed matrem ex Tertulliano senatus consulto ad ytriusque hereditatē admitti constat.

X X X V .

^f Eum qui: nihil
referturam locūnē
sequar: tota enim
vix huius que-
stionis non in eo sita
est, quis restituet ha-
reditatis propinquο,
sed quis ex fratribus
nouissimus abierit.
g Confer cum l. 26.
do donac. cons. mor.
h si simul

XXXV. V L P I A N V S ^a libro sexto de officio pro-
consulis

^a Julianus libro
VII. de officio
proconsulis.

CVm heres instituta furiosa hereditatem effetrogata re-
stituere : curatorem eius secundum tabulas bonorum
possessione accepta posse transferre actiones Diuus Pius de-
creuit.

Cautio heredi prestita à fideicommissario.

XXXVI. P A V L V S libro tertiodecimo ad
Edictum

CVm ^b hereditas ex fideicommissi causa restituta est, si an-
te cum herede compromissum est, puto fideicommissariū
cauere debere heredi, sicut cum heres multa antequam resti-
tueret, administravit. nam quod dicitur, retinere eum opor-
tere, non est perpetuum. quid enim si nihil est ^c, quod retineat?
veluti cum omnia in nominibus sunt, aut in corporibus quae
non possideat. nempe enim is, *Qui restituta est omnia perse-
quitur.* & tamen heres iudicis quibus conuentus est, aut sti-
pulationibus quibus necesse habuit promittere, { omittere }
obstrictus manebit. ergo non alias cogetur restituere, quād ^d quād si
ei caueatur.

^b Ex cit. de recep.
arbitr.

^c est in corpori-
bus,

^d quād si

Restituere hereditatem quid sit.

XXXVII. V L P I A N V S libro sextodecimo ad
Edictum

RESTITUTA hereditas videtur, aut re ipsa, si forte passus est he-
res possideri res hereditarias vel totas vel aliquas earum
hac mente, ut vellet restitueret ille suscipere: nō si ex alia causa
putauit te possidere. sed & si postea ratum habuit, idem erit
dicendum. sed & si verbo dixit se restituere, vel per epistulam,
vel per nuntium restituat, audietur. sed & si voluntate tua alijs
restituerit, in te transibunt actiones. item si alius iussu meo
restituit, vel ratam habuit restitutionem, transisse actiones vi-
dentur.

De pupillo restituente.

Pupillus autem ipse debet restituere tutori auctore, nō tu-
tor sine pupillo, nisi infans est. quia nec mandare actiones tu-
tor pupilli sui potest, ne se quidē auctore pupillum restituere
potuisse hereditatē, Diuus Seuerus in persona Arri Honorati
pupilli decrebit, qui Arrio Antonino patre & tutori suo re-
stituerat. Sed et si pupillo sit restituenda, nō posse pupillo sine
tutoris auctoritate restitui constat.

^e Aprio. et. Pio.
inepta omnia legi
est, quia prior. Aug.
lib. 3. cem. cap. 7.

XXXVIII. P A V L V S libro vicensimo ad
Edictum

NON ^fenim solutio est hereditatis restitutio, sed & succe-
sio, cum obligetur ^g.

^f Ex cit. de petie.
hered.
^g obligentur.

XXXVIII.

X X X V I I I . V L P I A N V S libro sextodecimo

ad Edictum

Sed nec ipsi tutori indistincte restitui potest.

De obligatione praetoria & naturali.

X L . P A V L V S libro vicensimo ad Edictum

* Ex iis de peatis.
hered.

Quamvis ^a senatus de his actionibus transferendis loquuntur, quae iure ciuili heredi & in heredem competit: tam honorariae actiones transeunt, nulla enim separatio est, immo & causa naturalium obligationum transfit, persona autem heredis instituti Trebelliano continetur, verum hoc iure utimur, ut & successor heredis recte ex Trebelliano restituat: veluti heres, bonorumve possessor, vel pater, dominusve, quibus adquisita est hereditas. omnes enim quod iuris habet, ex Trebelliano senatus consulo restituere debent. nec interest, is qui institutus est, an pater dominusve rogatus est restituere.

Nihil interest, Quia nostro nomine restituitur paterfamilias sit, an is qui in aliena potestate est.

X L I . G A I V S libro secundo Fideicommissorum

Melier, an masculus, & ideo seruo quoque voluntate nostra, vel si ratum habuerimus, restitui potest.

X L I I . P A V L V S libro vicensimo ad Edictum

b Ex iis de peatis.
hered.

QVia ^b perinde est, atque si mihi restituta essem hereditas. Restituta hereditate iura sepulchrorum apud heredem remanent.

Quod iure ascendendi adquiritur, ad fideicommissarium pertinet.

X L I I I . V L P I A N V S libro vicensimo secundo ad Edictum

PApianus tractat, si quis heres institutus ex semisse rogatus sit restituere hereditatem, & eam suspectam dicens compulsus adit, deinde fideicommissarius ignarus sit adcreuisse portionem hereditatis post restitutionem scripto heredi: an opus sit ei alia actione. & ait, securum esse eum posse, de illo planè loco solo querendum ait, an ei opus sit noua restituzione posteaquam portio adcrevit.

Heres fideicommissarij tenetur ex sententia senatus consulti.

X L I V . M A R C E L L V S libro quintodecimo

Digestorum

POstulante Sticho, qui eodem testamento libertatem & fideicommissam hereditatem acceperat, heres suspecta adiit. mox Stichus, antequam moram in recipienda hereditate faceret, decepsit reliquo herede Titio, quare an in Titium, si non recipere fideicommissam hereditatem, actiones ex senatus consulo competant, respodi, quoniam fere is qui compulsus est

est adire hereditatem, confessim ei restituer, de manumisso
dumtaxat senatusconsulto^a comprehēsum est, nec heredis fa- a senatusconsultū
cta est mentio, potest tamen euenire vt restitucionem distule-
rit heres, veluti si pecuniam ei debuerit defunctus, quam reti-
nere maluit, quām petere. ceterum existimo idem in herede
eius constituendum, quod in illo constitutum est, cur enim
recusaret, quām^b recusare non potuit is, cuius hereditatem su- b quod
scepit? Quod si fortè ante hereditatis restitucionem sine here-
de decesserit libertus, perinde bona eius creditoribus heredi-
tariis vendere permittendum est, ac si restituta hereditate de-
cesserit.

Quæ actiones veniant in restitucionem.

Se T^c in huiusmodi quæstione rogo respondeas, an recte & etiā
senserim, rogata est filia ex aſlē heres restituere hereditatis
partem dīmidiam deductis legatis minimis, & ēre alieno non
magno: vt legi Falcidiae locus non sit, mora facta^d non^e est re-
stitutioni fideicommissi. desidero verbotenus mihi restitui
hereditatem, vt ex Trebelliano senatusconsulto agenti: & ex
eo competentibus actionibus etiam vſuras debitas ex mortis
die^d in tempus restitucionis, persequar. item quero & de pen- & tempore
sionibus: quia locationum obligatio in hereditate fuit. ab he-
rede fructus nullos peto. sed illa desiderat refundere me, aut
concedere ei actiones vſurarum, & pensionum. non possum
persuadere hereditatis appellatione, quam rogata erat mihi
restituere, etiam hanc stipulationem vſurarum^f ad me perti- e stipulationem
nere. respondi, omnia ea hereditatis appellatione continetur. vſurarum & pen-
sionum^g
quantum enim, quod^h ad hoc, refert, inter hæc cetera (que,) f omnia hæc
quæ sub condicione sunt promissa, aut in annos singulos, vel
mensesⁱ nihil intercessit. sanè pro fructu rei, quæ hereditate con- g qui
tinetur, hæc cedunt, nec fructus fideicommissarium^j sequi- h fideicommissum
tur, si mora non intercessit. sed quia non vt heres fideicommissum
est, vt sic dixerim, suppletat, postulet: se T^k qualis nunc est he-
reditas, desideret restitui sibi: nequaquam id debet heres recu-
sare. nam & quodammodo in partem hereditatis senatus re-
cipi voluit fideicommissarium, & haberet heredis loco pro qua
parte ei restituta esset hereditas. Sed cum hereditarios num-
mos fænerauerit, aut ex fundis fructus percepit: nihil eo no-
mine præstat ei, cui hereditas per fideicommissum reliqua est,
si non intercessit mora. scilicet qua^l suo periculo fænerauit, i quia
colendōve fundo, vel in cogendis fructibus insumpsit ope-
ram. nec æquum erat alterius, vt sic dixeris^k, procuratorem^l dixerim,
constitui. Nullum autem impedium vel opera intercedit^m he- 1 intercidit
redis, cum his modis, de quibus est quartum, augmentum
[heredisⁿ] recepit.

X L V . M O D E S T I N V S libro singulari de Eure-
maticis

Qui totam hereditatem restituere rogatus , quartam reti-
nerenon vult,fidumque obsequium defuncti precibus
præbere desiderat,sua sponte adire debebit hereditatem,quali
ex Trebelliano eam restiturus. suaserim tamen suspecta po-
tius dicat hereditatem , coactusque à prætore restituat. hoc
enim casu ex*ipso* Trebelliano restituere videtur, expositoque
hereditario metu ^a vniuersas actiones in eum transferri ^b, qui
recepit hereditatem.

*Species, in qua fideicommissum conditionale non esse intelligitur ex veri-
simili testatoris voluntate: ideoque ad heredem transit.*

X L VI . I A V O L E N V S libro vndecimo Epistu-
larum

^e Seius
^d archicubernus
^c Britannica.

^f annos sedecim,
^g Manlius

^h eam

ⁱ peruenierunt:

Sieius^c Saturninus archiCubernus^d ex classe Britanica^e te-
stameto fiduciarium reliquit heredem Valerium Maximū
trierarchum. à quo petit, vt filio suo Seio Oceano, cum ad an-
nos sedecim peruenisset, hereditatem restitueret. Seius Ocea-
nus antequam impleret annos^f, defunctus est. nunc Mallius^g
Seneca, qui se auunculum Seij Oceanii dicit, proximitatis no-
mine hec bona petit. Maximus autem trierarchus sibi ea^h vindicat
ideo, quia defunctus est is, Qui restitucre iussus erat.
quero ergo utrum hec bona ad Valerium Maximum trierar-
chum heredem fiduciarii pertineant, an ad Mallium Seneca-
cam, qui se pueri defuncti auunculum esse dicit. respondi, si
Seius Oceanus, cui fideicomissa hereditas ex testameto Seij
Saturnini, cum annos sedecim haberet, à Valerio Maximo fi-
duciario herede restitui debet, priusquam præfinitum tēpus
ætatis impleret, decessit: fiduciaria hereditas ad eum pertinet,
ad quem cetera bona Oceanii pertinuerint: quoniā dies fidei-
comissi viuo Oceano cessit. scilicet si prorogādo tempus so-
lutionis, tutelam magis heredi fiduciario permisisse, quām
incertum diem fideicomissi constituitisse videatur.

X L V I I . P O M P O N I V S libro primo variarum
lectionum

Sheredi eius, cui natura debuerit aliquis soluerit, ei Qui si-
deicomissa^k hereditas relictā sit, id reddendum.

X L V I I I . P A V L V S libro quartodecimo Responsorum
Paulus respondit, si certa portio hereditatis ali^l Qui relictā
proponitur, & is res hereditarias quasdam furatus sit: in
his rebus quas subtraxit, denegari ei petitionem oportere, re-
cte respondeatur.

X L V I I I I . P A P I N I A N V S libro tertio Quæstionum
Cum hereditas ex Trebelliano senatus consulto restituitur,
si res vrgueat, & metus erit^l, ne per absentiam fortè fidei-
commis-

^mmetus sit,

commissarij d̄ies actionis exeat: heres iudicium suscipere cogitur. similiq̄e modo filio de possessione contra tabulas deliberante, scriptus heres à creditoribus hereditariis cōuenit.

Species, in qua pater filio, quem habet in potestate, fideicommissum restituit.

L. I D E M libro vndeclimo Quæstionum

IMperator^a Hadrianus, cum vIus^b Cerialis filio suo Vιuio^c Simonidi si in potestate sua esse desisset, hereditatem restituere rogatus esset, ac multa in fraudem fideicommissū fieri probaretur^d: restitui hereditatem filio iussit, ita ne quid ea pecunia, quamdiu filius eius viueret, iuris haberet, nam quia cautiones non poterant interponi cōseruata patria potestate: damnum condicionis propter fraudem infixit, post decreti autem auctoritatem in ea hereditate filio militi comparari debuit, si res à postoribus peti, vel etiam cum debitoribus agi oporteret, sed paternæ reuarentiæ congruum est, egenti forte agenti patri officio iudicis ex accessionibus hereditariis emolumen- tum^e præstari^h.

a Coniuge l.5,§.1
par. quis manum sit.
b Iunius
c Junio
d probarentur:
e in ea

L. I D E M libro septimodeclimo Quæstionum

g alimenta
h In hanc locū Platō
dialo. 1. de leg. Vales.
Max. lib. 3. cap. 4.

CVm heres deductis legatis hereditatem per fideicommissum restituere rogatur, non placet ea legata deduci, quæ peti non poterant, sed cum vxori pro parte heredi scriptæ dos prælegerurⁱ, eaque deductis legatis hereditatem restituerero- gatur: etiam si quartam^k, quam per legem Falcidiam retinet, tantum efficiat, quantum in dote est, tamen pro sua portione dotis prælegatae partem deducit. cum enim vtrumque consequitur, nihil interest inter hanc mulierem & quemvis alium creditorem heredem institutum, & hereditatem restituere rogatum. idem probatur, & si non deductis legatis fideicommissum ab ea relictum sit.

L. II. I D E M libro nonodeclimo Quæstionum

SI res aliena Titio legata fuerit, isque domino rei herede instituto petierit ut hereditatem M. euio restituat: Meijus legatum inutiliter peteret, non enim poterit consequi quod ad institutum, id est reidominum peruenire non poterat. Seruus ab altero ex heredibus libertatem, ab altero fideicommissum hereditatis accepit. si neuter adire velit, nullæ prætoris partes erunt, quia neque propter solam libertatem compellitur adire: neque is à quo libertas data non est, propter eum qui nondū libere est, ut adeat, coimpellitur. & senatus cōsulto locus est, cum ab omnibus directa, vel fideicommissa libertas ab eo datur, à quo hereditas quoq; relinquitur. sed si forte is, à quo libertas data est, portionem suam repudiauit, vel condicione exclusus est: cum portio eius ad alterum petuenerit, defendi

1 fideicommissum
hereditatem

5 lk 1j poterit,

poterit, adire cogendum. quid enim interest, quo iure debitor libertatis & hereditatis idem esse cœperit?

L I V I I . I D E M libro vicensimo Questionum¹

NOn est cogendus heres suspectam adire hereditatem ab **E**o, Qui libertas à legatario, hereditas ab herede relicta est: cum status hominis ex legato pendeat, & nemo se cogatur adstringere hereditariis actionibus propter legatum. quid enim si inter moras non manumittētē legatario seruus decesserit? si autem viuo testatore legatarius decesserit, benigne respondetur, cogendum adire, cum in ipsius sit potestate manumissione restituere hereditatem.

Quicquid ex hereditate supererit, &c. clausula, an ad alienata medio tempore referatur.

L I V I I I . I D E M libro nonodecimo Questionum¹

TItius rogatus est, quod ex hereditate superfuiisset, Mæuio restituere. quod medio tempore alienatum, vel deminutū est, ita^a quādoque peti non poterit, si non interuertendi fideicommissi gratia tale aliquid factum probetur. verbis enim fideicommissi bonam fidem inesse constat. Diuus autem Marcus cum de fideicommissaria hereditate cognosceret, his verbis, **Q**VID **Q**VID HEREDITATE MEA SUPERFVE-
RIT, **R**O^bGO **R**ESTITVAS, & viri boni arbitrium inesse credidit. iudicauit enim erogationes, quæ^b hereditate facte dicebantur, non ad solam fideicommissi diminutionem pertinere: sed pro rata patrimonij, quod heres proprium habuit, distribui oportere. quod mihi videtur non tantum æquitatis ratione, verū exemplo quoque motus fecisse. cum enim de conferendis bonis fratribus ab emancipato filio quæreretur, præcipuum autem quod in castris fuerat adquisitum militi, relinqui placeret: cōsultus Imperator, sumptus quos miles fecerat, non ex eo tantummodo patrimonio, quod munus collationis pati debuit: sed pro rata etiam castrensis pecuniae decidere oportere constituit. Propter huiusmodi tractatus Mæuius fideicommissi nomine cautionē exigere debet. quod eō pertinet, non ut ex stipulatione petatur quod ex fideicommissio peti non poterit: sed ut habeat fideiussores eius quantitatis, quam ex fideicommissio petere potuit.

Operarum actio non transit in fideicommissarium.

L V . I D E M libro vicensimo Questionum¹

Si patroni filius extrario restituerit ex Trebelliano hereditatem, operarum actio, quæ trāsferri non potuit, apud heredem manebit. nec ei nocebit exceptio, cum eadem professe non posset ei qui fideicommissum accepit. & generatim ita respondentum est, non summoueri heredem, neque liberari ex his causis quæ non pertinēt ad restitutionem. **I**mperator Titus

a id quandoque

b ex hereditate

Titius Antoninus rescriptit, in tempus^a directo data libertate, non esse representandam^b hereditatis restitutio[n]e, quando persona non est. Qui restitu[i] potest.

*De fideicommissario qui hereditatem restituere
altri rogatus est.*

2. Qui fideicommissam hereditatem ex Trebelliano, cum suspecta diceretur, totam recepit, si ipse quoque rogatus sit alij restituere: totum restituere cogetur. & erit in hac quoque restitutio[n]e Trebelliano locus. quartam enim Falcidiæ iure fideicommissarius retinerer[et] non potuit. nec ad rem pertinet, quod nisi prior, ut adiretur hereditas, desiderasset: fideicommissum secundo loco datum intercidis[et]. cum enim senel adita est hereditas, omnis defuncti voluntas rata constituitur. non est contrarium, quod legata cetera non ultra dodrantem præstat. aliud est enim ex persona heredis cōueniri, aliud proprio nomine defuncti precibus adstringi. secundum quæ potest dici, non esse priore tantum desiderante cogendum institutu[m] adire, vbi nulla portio remansura sit apud eum: vtique si confessim, vel post tēpus cum fructibus rogatus est reddere. sed & si sine fructibus rogatus est reddere, non erit idonea quātitas ad inferendam adeūdi necessitatem. nec ad rem pertinebit, si prior etiam libertatem accepit. ut enim pecuniam, ita nec libertatem ad cogendum institutum accepisse, satis est. quod si prior recusauerit, placuit, ut recta via secundus possit postulare, ut heres adeat, & sibi restituat. quid ergo si non alij, sed ipsi heredi rogatus sit restituere? quia non debet eidem quandoq[ue] quartæ reddi, quam perdidit. propter huius portionis retentionē erit audiēdus. Sed nec illud translaticie^c o[m]ittendū est, in instituto, qui coactus est adire, fideicommissi petitionem denegandam esse. cur enim nō videatur indignus, ut qui destituit supremas defuncti preces, consequatur aliquid ex voluntate? quod fortius prohibitur, si post impletam condicionem coactus est adire, nam si pendente condicione, durum erit idem probare, cum & Falcidiā p[ro]nitenendo potuit inducere. Nec ignoro posse dici, nullo modo fideicommissi petitionem denegandā ei^d qui iura sepulchrorum adquiri insequuntur^e. adeo senatus nihil apud eum ex ea parte, quam derelinquit, voluit relinquere, ut nec Falcidiā exercere posset, nec præceptio apud eum relinquatur, nec substitutio quoque secundarum tabularum ita facta, Q V I S Q V I S M I H I H E R E S E R I T , F I L I O R E D I T U R . eidem daretur. Cui Titiana hereditas ex Trebelliano senatus consulo restituta est, Maeuianam hereditatē, quam Titius defunctus ex Trebelliano Sempronio restituere debuit, & ipse restituere poterit, sicut aliis quilibet successor. Actiones temporariae Trebelliani solent

b Rep[re]sentandam aut[em] id est, ante dictu[m] daandam; exp[re]standū enim est tempus quo liber futurus est: prome quidam h[ic] perperam legunt re-putandam.

c Id est, defunctor[um]; sic r[es]p[on]s[us] l. 1. in prim. in f[ac]t. de in-pan[cer]ia.

d ei qui e inseguitur, sed adeo

esse, euicta hereditate ab eo, qui posteaquam fideicommissari restituit hereditatem, victus est: scilicet ante restitutionem lite cum eo contestata, potestas enim euictionis tollit intellectum restitutionis, indebito fideicommissario constituto. planè si fideicommissum ab eo quoque, qui postea vicit, relictum est: quia possessor in ratione reddendae hereditatis partem, quam fideicommissario restituit, heredi reputat, defendi potest actiones Trebelliani durare.

L VI. IDEM libro septimo Responsorum

Filiam fratribus, certis rebus acceptis, hereditatem restituere pater voluit, ante restitutam hereditatem in possessionem hereditatis filiam quoque mitti placuit: cum autem interea filij res bonorum in solidum distractissem, item alias pignori dedissent: hereditate postea restituta, constitit ex eo facto ceterarum quoque portionum venditiones, iten pignora confirmari.

Defunctum restitutione.

L VII. IDEM libro octauo Responsorum

HERedes mei quidquid ad eos ex hereditate bonisve meis pervenierit, id omne post mortem svam restituant patriae meae coloniae beneventano-rvm. nihil de fructibus pendente condicione perceptis petuum videri constitit.

Voluntas potior est subtilitate verborum.

Cum ita fuerat scriptum, fidei filiorum meorum committo, ut si quis eorum sine liberis prior diem svum obierit, partem svam superstiti fratri restituat. Quod si uterque sine liberis diem svum obierit, omnem hereditatem ad neptem meam claudiam pervenire vollo: defuncto altero superstite filio, nouissimo autem sine liberis, neptis prima quidem facie propter condicionis verba non admitti videbatur: sed cum in fideicommissis voluntatem spectari conueniat, absurdum esse respondi, cessante prima substitutione, partis nepti petitionem denegari, quam totum habere voluit auus, si nouissimus fratraris quoque portionem suscepisset.

Interpretatio voluntatis.

PETO DE TE VXOR CARISSIMA, VTI CVM 2 MORIERIS, HEREDITATEM MEAM RESTITVAS FILIIIS MEIS, VEL VNIFORVM; VEL NEPOTIBVS MEIS, VEL CVI VOLVERIS, VEL COGNATIS MEIS, SI CVI VOLES EX TOTA

COGNA-

a Quasi diceret, mulier quidem ex priore substitutione non petere, cum existentem conditionem, sed ex posteriori, itaque patrem, quem debuit habere fratrem sine liberis mortuus, recte pete. malo igitur expunxerant hic parus, non respondens patris.

C O G N A T I O N E M E A. inter filios respondi s'Obstitutio-
nem fideicommissi factam videri. circa nepotes autem (&)
ceteros cognatos, facultatem eligendi datam. ex ceteris autem
cognatis, si nepotes superefflent, non recte mulierem electu-
ram, propter gradus fideicommissi^a præscriptos. deficiente ^{a fideicommisso}
verò gradu nepotum, ex cognatis quam velit personam eligi
posse.

L V I I I . IDEM libro nono Responsorum

D Educta parte quarta restituere rogatus hereditatē, prius
quam restitueret, hereditario debitori heres extitit, quo-
niam actio eo confusa^b per Trebellianum redintegrari nō po-
test, pecunia quoque debitæ dodrans ex causa fideicommissi
petatur. sed in eum diem, quo actio confusa est, usuræ præ-
teriti temporis, quæ in obligatione vel in officio iudicis fuerūt,
computabuntur, posterioris ita demum, si mora fideicommis-
¹ so facta sit. Cum hereditas ex causa fideicommissi in tem-
pus restituenda est, non idcirco nominum periculum ad he-
redem pertinebit, quod heres à quibusdam pecuniam exe-
gerit.

Quid veniat in restitutionem.

- 2** Qui post tempus hereditatem restituere rogatur^b, usuræ à ^b rogatus est.
debitoribus hereditariis perceptas, quarum dies post mortem
creditoris cessit, restituere non cogitur, quibus non exactis,
omnium usurarum actio, nam hereditaria stipulatio fuit, ex
Trebelliano transferetur. & ideo nec indebiti repetitio erit. ac
similiter hereditario creditori, si medijs temporis non soluan-
tur usuræ, fideicommissarium in his quoque Trebellianum
tenebit. nec ideo querellæ locus erit, quod de fructibus heres,
quos iure suo percipiebat, fænus non soluerit. quod si fænus
heres medijs temporis soluerit, eo nomine non erit retentio,
cum proprium negotium gessit. quippe sortem reddere cre-
ditori coactus, fideicommissario nihil usurarum medijs tem-
³ poris imputabit. Acceptis ^c centum, ^d centum hereditatem
rogatus restituere, totam pecuniam iure Falcidiæ percipere
videtur. & ita Diui Hadriani rescriptum intellexum est, tam-
quam si ex bonis nummos retenturus fuisset. quod tunc
quoque respondendum est, cum pro parte hereditatem cohe-
redi suo restituere rogatur. Diuersa causa est prædiorum pro
hereditaria parte retentorum. quippe pecunia omnis de por-
tione retineri potest. prædiorum autem alia portio non nisi
à coherede, qui dominium habet, accipitur. cum autem præ-
dia maioris pretij, quam portio hereditatis, essent: in super-
fluo prædiorum petenti fideicommissario Falcidiam inter-
uenire visum^d est. ^e VM currentem enim pecuniam coNpen-
⁴ sati placuit. Hereditatem post mortem suam exceptis re-
^f d i u s s u m e a .

dictibus restituere rogatus, ancillarum partus non retinebit, nec fetus pecorum, qui summiSi gregem retinent. Ante 5 diem fideicommissi cedentem fructus & vsluræ, quas debitores hereditarij, cum postea cessisset dies, soluerint: item mercedes prædiorum ab herede perceptæ, portioni quadrantis imputabuntur. Cum autem post mortem suam rogatus 6 hereditatem restituere, res hereditarias distrahere non cogatur heres, sortium, quæ de pretiis earum redigi potuerunt, vsluræ propter vsum medijs temporis perceptæ non videbütur. deniq; nec periculum mancipiorum, aut urbanorum prædiorum præstare cogitur. sed nihilo minus vslis & casus eorum quadrantem quoque^a deminuit. Quod ex hereditate super- 7 fuisse, cum moretur, restituere rogatus, fructus superfluos restituere non videtur rogatus. cum ea verba deminutionem quidem hereditatis admittunt, fructuū autem additamentum non recipiant. Heres eius, qui honorum superfluum 8 post mortem suam restituere fuerat rogatus, pignori res hereditarias datas, si non in fraudem id factum sit, liberare non cogitur.

D e obligatione naturali, & pignore.

L V I I I . P A V L V s libro quarto Q uæstionum

DEBITOR sub pignore creditorem heredem instituit, eumq; rogauit restituere hereditatem filiæ suæ id est testatoris.^b cum nolle adire vt suspectam, coactus iussu prætoris adit, & restituit. cum emptorem pignoris non inueniret, desiderabat permitti sibi, iure^b dominij id possidere. respondi, aditione quidem hereditatis confusa obligatio est. videamus autem, ne & pignus liberatuū sit, sublata naturali obligatione. atquin siue possidet creditor actio idemque heres rem, siue non possidet: videamus de effectu rei. & si possidet, nulla actione à fideicommissario conueniri potest: neq; pigneraticia, quoniam hereditaria est actio: neque fideicommissum^c, quasi minus restituerit, recte petetur. quod cueniret, si nullum pignus intercessisset. possidet enim eam rem quasi creditor. sed et si fideicommissarius rem teneat, & hic Serulana actio^d tenebit. verum est enim, non esse solutam pecuniam. quemadmodum dicimus, cum amissa est actio propter exceptionem. Igitur non tantum retentio, sed etiam petitio pignoris nomine com petit, & solutum non repetetur. remanet ergo propter pignus naturalis obligatio.^e In re autem integra non putare compellendum adire, nisi prius de indemnitate esset ei cautum, vel soluta pecunia esset. nam & cum de lucro heres scriptus alit^f, quod fortè legatum accepit, si heres non extitisset: responsum est, non esse cogendum adire, nisi legato præstito. vbi quidem potuit dici, nec cogendum esse heredem adire quodammodo contra

^a quoquo dimi-
nuit.

^b ut iure dominij
id possideret.

^c fideicommissaria,

^d adiōne tenebi-
tur.

^e adfir, ali. absit, ali.
reit. Accur. et stat has
varias letiones, &
interpretetur.

contravoluntatem defuncti, qui legando heredi^a, si nō adi- a cohæredi,
set, in ipsius voluntate posuit aditionem. sed cum testator al-
terutrum dederit, nos vtrumque^b ei^c præstamus.

Pactum de dote reddenda matri inutile.

Ea, quæ dotem dabat, pacta erat cum marito, vt mortua se
in matrimonio, dotis pars matri eius redderetur. nec eo no-
mine stipulatio à matre interposita est. moriens deinde ma-
trem & maritū suūm heredem fecerat: & à matre petierat, vt
hereditatem Titio restitueret. iudex addictus^b de hereditate b aditus
diuidenda, partem dotis quasi ex utili pacto pro parte matri
adiudicauerat. quærebatur, an & ea portio ex causa fideicom-
missi præstanda sit.^d quam non esse restituendam puto: quia
non quasi heres, sed quasi mater ex pacto accepit. nec occasio-
ne hereditatis, sed errore ex pacto eam habuit.

L X . I D E M libro vndeclimo Quæstionum

Patrarius ex debita portione heres institutus, sextā partem
restituere rogatus restituit. non transeunt ex Trebelliano
actiones: quoniam non fuit debitum, quod restituit. & ideo
si per errorem fecit, etiam repetetur.

L X I . I D E M libro quartodecimo Responsorum

PAulus respondit, his verbis, SEMPRONI HEREDEM
TE NON SCRIPSI, FESTINANS PER INFIR-
MITATEM. IDEOQUE EI DARI VOLO TANTVM,
QVANTVM PRO VNCIA HEREDITATIS COMPE-
TERET. videri quidem magis quætitatem, quam portionem
hereditatis relictam. sed sic accipiendum, ut videatur de vincia
etiam restituenda sensisse.

Dos in restitutionem non venit.

L X I I . S C A E V O L A libro quarto Responsorum

AFilia petit; vt si liberis superstibus moreretur, partem
eius, quæ ad eam ex bonis patris peruenisset: quod si sine ^e quod
liberis, vniuersum fratri restitueret. quæritur, defuncta ea in
matrimonio, superstite filia; an heres eius cum parte heredi-
tatis, eius quoque, quod dotis nomine datum erat, partem re-
stituere debeat. respondit, id quod in dotem fuisset, non con-
tineri in partem hereditatis quæ restituenda est. sed et si ex
promissione dotis aliquid debitum fuit, æris alieni loco ha-
bendum.

Tempus appositum gratia fideicommissarij.

Alumno certam pecuniam legavit, & eam recipi à Sem-
pronio mandauit, & certas usuras aliumno præstari^d donec ad d præstari volu-
vicensimum annum peruenierit. deinde alumni fidei commi-
fit, vt si sine liberis decederet, partem restitueret Sempronio,
partem Septicie. quæsitū est, defuncto alumno intra annum
vicensimum, an substituti fideicommissum petere possint. an

Verò in id tempus sustinere, quo si viueret alumnus , vicensi-
mum annum impleret. respondi, secundum ea quæ propone-
rentur, posse.

LXIII. G A I V S libro secundo Fideicommisso-
rum

a fideicommissi

b i n c x

c l i t e s

Facta in ^a fideicommissarium restitutione, statim omnes res
in bonis fiunt eius, cui restituta est hereditas, et si nondum
earum nactus fuerit possessionem. Si is qui hereditatem ¹
sibi reddi ab herede stipulatus sit, ei que ^b ex stipulatu agenti
restituta fuerit hereditas: cōstat nihil minus transferri actiones.
hoc ita est, si is, cum quo actum sit, restituat hereditatem.
si verò ob id quod non restituerit, aestimatione hereditatis
condemnatus fuerit: remanent actiones hereditariae apud
eum qui condemnatus sit: actor autem quantitatem cōsequi-
tur. Si heres scriptus restituerit hereditatem, & postea de ²
hereditate controuersiam passus victus sit, aut lite ^c cesserit: du-
rare actiones constitit in fideicommissarium semel transla-
tas. Si quis maiorem partem restituerit quam rogatus est, ³
in eam partem, quæ exceedit, non transferuntur actiones. sed
cum praecepta aliqua re, aut summa rogatus sit heres resti-
tuere, & omissa retētione totam hereditatem restituerit, rectè
dicitur transferri actiones. Si heres ante restitutam heredi- ⁴
tam seruum hereditarum heredem ab aliquo institutū sus-
serit adire hereditatem, negat Julianus debere hanc heredita-
tem restitui: quia de ea rogatus non esset. & hoc est fatendum.
requirendū tamen & illud est, num cum incremento resti-
tuere heres rogatus sit hereditatem. (si) enim hoc fuerit subse-
cutum, etiam eam hereditatem restituere cogitur: nisi euiden-
tissimis probationibus fuerit ab herede adprobatum, cōtem-
platione sui seruum esse heredem institutum.

Mora fideicommissarij.

Rescripto Diui Antonini significatur, vt si quis accepta ^d ⁵
Titio pecunia, quæ quartam hereditatis continet, rogatus sit
ei restituere hereditatem: licet tardius detur pecunia, fine visu-
ris eam dari debere. quia quanto tardius quisque pecuniam dat,
 tanto tardius ad fideicommissum peruenit, & medijs tempori-
s fructus perdit. quamobrem si ante datam pecuniā tenuer-
it hereditatem, fructus quos percepit, restituere heredi eum
oportere. Idem iuris est, & si quis ita heredis fidei commiserit,
R O G O , S I T I T I V S T I B I C E N T V M D E D E R I T , R E-
S T I T U V A S E I H E R E D I T A T E M M E A M .

Conditioni parere an heres cogatur.

Si sub condicione heres institutus sit, qui suspectam sibi he- ⁶
reditatem esse dicit: si neque difficultatem neque turpitudi-
nem ullam habet condicio, nec impedimentum ^d aliquid: iuben-
dus

^d impedimentum
aliquid: ^d impedi-
mentum aliud:

dus est parere condicō, & adire, & ita restituere. si verò turpis aut difficultis sit condicō, aperte iniquum est cogi eum exemplē eam alterius gratia, sed & remitti eam ab initio visum est. plus enim tribui à prætore ei qui fideicommissum petit, quam testator voluit, absurdum est. vtiq; autem testator, nisi expleta sit condicō, neque scriptum heredem ad hereditatem vocauit, neque per hunc illi voluit restituī hereditatem. Si dandæ pecunia condicō adscripta est heredi, debet ei offerre pecuniam is qui poscit fideicommissum, vt hereditatē impleta condicō possit adire, & restituere. Quod si condicō adscripta est, & ea est, quam prætor remittit: sufficer Edictum^a, a sufficit edictum, vt Iulianus ait.^b hactenus iubendus est, vt constituat prætoris b & hactenus actionibus vti, aut petat bonorum possessionem secundū tabulas, vt ita nanctus actiones, tunc restituta hereditate transferat eas ex senatusconsulto. Si verò nominis ferendi condicō est, quam prætor exigit: rectè quidem facturus videtur, si eam expleuerit. nihil enim male^c est, honesti hominis nomen adsumere^d. nec enim in famosis & turpibus nominibus hanc condicōnem exigit prætor. sed tamen si recuset nomen ferre, remittenda est ei condicō, vt Iulianus ait, & permittendē vtilles actiones: aut bonorum possēsio secundū tabulas danda est, vti nanctus actiones, transferat eas ex senatusconsulto.

An fideicommissarius quartam denahat.

- 9 Si cum suspectam videret hereditatem, postulante me ius-
su prætoris adieris, & restitueris mihi: ita utar legis Falcidiae
beneficio aduersus legatarios, si tu quoquā Ea lege vti poteras,
& quatenus vti poteras. nam si quid præterea à me alicui per
fideicommissum relictū sit, id quasi à legatario relictū non
venit in computationē eius legis, sed extrinsecus numeratur.
- 10 Si Titius rogatus sit hereditatem Mævii restituere, Mævius Seio certam pecuniam, & Titius quartæ retainēdæ beneficio aduersus Mævium vſus fuerit: Neratius scribit, Mevium quoque Seio eo minus æquum esse præstare, ne ipse de suo
11 damnum sentiat. Iulianus ait, si heres institutus Titio ro-
gatus sit restituere, substitutus^f Mævio, & institutus suspectā
sibi hereditatem esse dicat: desiderante Titio iubendum euni
12 adire, & restituere. Si quis bonorum possessoris fidei com-
miserit de hereditate restituendā, & is passus fuerit diem bo-
norū possessionis adgnoscendā transire, aut per hoc tēpus,
quo is, cui restitui debebit hereditas, aliqua ex causa non po-
tuīt adire prætore, & postulare, vt petita bonorū possessione
restituatur sibi hereditas: succurri ei debet. id est vt restituatur
tempus bonorum possessionis admittendā exhibēdi fideicō-
13 missi gratia. Admonendi autem sumus, si is qui soluendo
non

^a In hunc locū Planū in Theage. Aelius Lamprī. in Diadūme no & Alexandre Se- uero Alex. ab Alex. Genia. die. libr. 2 c. 29. Cali. Rhedig. libe. 13. lett. antiqu. cap. 3. & 6.

^b Quale testatoria reffiliens fuit. 7. sup. etd.

^c In vñl. qui submittit
tutus est Mævio, h
eius.

non sit , Titio herede instituto seruum liberum esse iussorie , & rogauerit Titium hereditatem eidem restituere , vix esse , vt Titius recusans adire hereditatem cogatur . nam licet desiderante seruo Titius adierit hereditatem , non tamen potest libertas seruo competere , quasi in fraudem ^a creditorum data , licet Titius locuples sit . qua de causa nec hereditas ei restitui potest . sed ex sententia legis dicendum est , perinde habendū , ac si is seruus solus liber & heres scriptus esset , nec Titius heres esset .

*Naturales obligationes transeunt in fidei-
commissarium.*

L X I I I I . M A E C I A N V S libro quarto Fideicom-
missorum

Si eius pupilli , cui sine tutoris auctoritate pecunia credita erat , restituta ex eo senatusconsulto mihi fuerit hereditas : si soluam creditori , non repetam . adquin heres si post restituitionem soluat , repetet non ob aliud , quam quod ab eo in me naturalis obligatio translata intelligitur . & si eius mihi restituta sit hereditas , qui pupillo sine tutoris auctoritate credidit : si soluerit mihi pupillus , non repetet . at si heredi soluerit , repetet , non repetitur , si ante restitutionem soluisset . Si necessarij heredes sub condicione quamuis ^b leuissima heredes sint instituti , qui parere solent : dicendum est cogi restituere hereditatem desiderantibus his , quibus restituere rogati sunt . quia ^c etiam necessarij heredes fideicommissarj hereditatis restituende gratia cōdicioni parere erunt compellendi . Si quis ^d rogatus restituere hereditatē , decebat antequā eam restituat : heres eius poterit hereditatē restituere . & ex Trebelliano senatusconsulto transeunt ^d actiones . sed si duo ei heredes extiterint , ut quisq; ^e restituisse , pro ea parte transituras actiones . nam & si ipse partē restituisse , pro ^f parte interim transituras , verius est . sed & si plures heredes extiterint ei qui rogatus est restituere hereditatem , si quidā ^g interim restituerint , vel cum ei , qui restitui debuit , plures heredes extiterint : ut cui ^h restituta erit , is pro ea parte ex hoc senatusconsulto habebit actiones . Si patronus ex parte debita heres institutus , rogatus ⁱ fuerit eam liberis exheredatis defuncti liberti restituere : si sua sponte adierit , erit Falcidiae locus . si coactus , in solidū transibunt actiones ex hoc senatusconsulto .

Seruo restituitur hereditas voluntate domini .

L X V . I D E M libro quinto Fideicommissorum ^j

Seruo , inuito domino vel ignorantie , non recte restituetur hereditas . sed (si) postea ratum habuerit , confirmabitur restitutio . verum ipsi domino adquирuntur actiones . nec , quia hereditatis acquisitionis similis est hec restitutio , iussum praece-

a fraude

b quamvis
c pareri solet:

d transibunt
e unusquisque
f pro ea parte

g siquidem

h ut cui restitue-
rint , al. cui restitue-
rint , al. ut cui resti-
tuerit ,

precedere oportet, sed, ut dictum est, etiam ratihabito subsequi poterit exemplo bonorum possessionis. neque interest, quod ad propositū attinet, ipsi q̄omodo, an seruo quis rogetur restituere hereditatem. nec in ea re consensu aut opera serui opus est, aD quin in bonorum possessione, vel in adeunda hereditate cōsensus eius necessarius est. itaque si qui suspectā dicent hereditatem, postulante domino compellendi erunt adire, & restituere hereditatem.

An parentum sit conditioni.

1 Si testator rogasset heredem, vt restituat hereditatem mulieri, si non nupisset: dicendum erit compellendum heredē, si suspectam dicat hereditatem, adire, & restituere eam mulieri, etiā si nupisset. Idem in ceteris quoque conditionibus Iulianus noster probat, quae similiter nisi fine vitæ expleri nō possent. secundum quam sententiam cautione præstata his quorū interest, ab his quibus restitui sub isdem^a conditionibus heres rogatus esset, restituet hereditatem.

Rei iudicatae autoritas.

2 Cum prætor, cognita causa, per errorem, vel etiam ambitione iuberet hereditatem vt ex fideicommissō restitui: etiam publice interest restitui, propter rerum iudicatarum auctoritatem^b.

3 Si pupillo infanti restituere hereditatem quis rogatus sit, si sponte adierit, etiam seruo eius, & ipsi pupillo tuto- re auctore restituetur hereditas. si quidem eo quod fati nō potest, non magis ea res impedietur, quam in muto pubere volenti sibi restitui hereditatem. si autem heres recusat adire hereditatem, quemadmodum res expediri possit, difficile est. quia neque tute desiderante periculo pupilli adiri hereditatem, Trebelliano senatusconsulto locus sit futurus: neque pupillus ipse id desiderare possit, cum fati non possit. quod aliquatenus circa mutos expediri potest. nam si auditus capaces sunt: vel interrogati nutu possint^c signifacere, velle se periculo suo hereditatem adire^d. quomodo absentes per nuntium. sed & infanti nō dubito omnimodo subueniendū. idque ex similitudine iuris civilis vel honorarij constituedū est.

4 Siue enim heres institutus esset, non dubie pro herede tute auctore gerere posse videtur^e: siue de bonorum possessione agitaretur, peti ei per tutorē possit. ideoque & heres compelli pertutorē potest adire, & restituere hereditatem. quo exemplo & mutus, qui nihil intelligere potest, per curatō adiubatur. Si singulāres ab herede traditae sunt iussu meo ei, cui eas vendiderim: non dubitabimus mihi intellegi factā restitutionem. idem erit & si iussu meo tradantur Qui ego ex fideicommissō, aliave qua causa eas præstare debuerim, vel in creditum ire, vel donare voluerim.

^a sub his

^b Huc pertinet locus communis apud Rhetores de auctoritatē rerum iudicatarum: de quo Quintil. lib. 5. Inflī. Oratio. in pītī. Cīc. in oratione pro Cluentio. & lib. 2. Retho. ad Herenn. vbi de absoluta iuridicali tractat.

^d possunt significare, d adiri.

^e videretur:

LXVI. P A V L V S Libro secundo Fideicommissorum

Qui ita institutus esset, si coheres eius adisset: uti potest legge Falcidia, et si coheres eius coactus adisset. modò si ipse non coactus adierit hereditatem.

Procurator an recte petat oblata cautione.

Etiam absentis procuratori, (si) desideraret, posse restituī hereditatem ex hoc senatus consulo Julianus scripsit. si tam en
caueat de rato habendo, si nō euidens absentis voluntas esset.
a dicat hæreditatē, sed dicendum est, vt heres qui suspectam dicāt^a, non sit compellendus adire, si incertum^b sit, an mandauerit: quamuis ei caueatur, propter fragilitatem cautionis. quod si sponte adierit hæreditatem, non magna captio est. sed actiones, si non mandauit, transibunte tempore quo ratum habuerit. Si 2
damnum in seruo hereditario datum fit, licet per seruum hereditarium heredi competere actio coepit, non tamen transit legis Aquiliae^c actio ad fideicommissarium. hæc enim actiones transeunt, quæ ex bonis defuncti pendent. Si legatus 3
Romæ compulsus adierit hæreditatem, & restituerit: cogetur Romæ actiones pati fideicommissarius. quamuis heres non cogetur.

Vbi conueniatur fideicommissarius.

Anibi defunctus conueniri debuit, & fideicommissarius 4
debeat, videndum. Si^d sua sponte heres adit, & restituit hereditatem, an tribus locis fideicommissarius defendi debeat:
vbi defunctus, & vbi heres, & vbi ipse domiciliū habeat. opor ter itaque ibi fideicommissarium conueniri, vbi vel domiciliū habet, vel maior pars restituta hæreditatis habetur.

LXVII. VALENTVS libro tertio Fideicommissorum

Si postulante me suspectam hæreditatem ex decreto prætoris adieris, & nec^e ego postea eam mihi restitui velim, nec bonis me iminiscere: hoc fieri debet, vt quod Octaueno non inelegenter videbatur, à prætore perinde actiones in mendetur, ac si hæreditatem recepitsem. quod est iustius^f. Etiam eo tempore, quo creditorem fraudandorum consilium inieris, citra periculum interdicti fraudatori hæreditatem suspectam adibis, & restitues mihi. quia & remoto fideicommisso liberum tibi fuerat nolenti^g adire hæreditatem, creditores tuos tali commodo fraudare. & ego nihil turpiter faciam recipiendo eam hæreditatem, quam remota postulatione mea creditores compellere te vt adires non potuerint. sed & (si) filius suos heres patri rogatus sit à patre hæreditatem mihi restituere, cum suorum creditorum fraudandorum consilium inis-
set,

• Directa: sed vnde
transfere puto. arg. lo
enitudo petit. hanc.
Suprad.

a & c.

• non

f vñā

g verius.

h volenti. sequente
Eliano.

set, tamquam suspectam ex decreto prætoris restituerit mihi: vix fraudatorio interdicto locus erit. quia bonis patris eius venditis, nihil proprium creditores eius ex ea hereditate ferre potuerint. nisi forte proprij creditores filij audiri debeant, si postulent, ut dimissis patris, eius bona vendere sibi permittatur.

De fideicommissario qui capere non potest.

Si donationis causa suspectam hereditatem tibi heres dixerit, & restituerit ei qui solidum capere non possit: auferetur ei id quod capere nō potest. idem dicendum ^a est, & sic ita consilium donandi fiduciarius heres id fecerit.

Differentia fideicommissi uniuersalis, & singularis.

LXVIII. IDEM libro quarto Fideicommissorum

Si heres ab eo, qui cum moreretur soluendo non fuit, rogatus hereditatem restituere, suspectam sibi dicit: dubium non est, quin hodie coactus ex Trebelliano senatusconsulto restituere possit. sed et si sua sponte adierit, ex eodem senatusconsulto restituturus est. quamuis cum summa, aut certum corpus per fideicommissum ab eo, qui soluendo non fuit datum est: perinde non debeatur, atque si legatum esset. eo enim casu legatarij, superiore ^b heredis vice fungi eum, cui fideicommissum relictum est. Si totam hereditatem rogatus restituere tu sponte adieris, & sine deductione quartæ partis restitueris: difficilè quidem crederis per ignorantiam magis, non explendi fideicommissi causa hoc fecisse. sed si pro tuae ris per errorem te quartam non retinuisse, recuperare eam ^c cum poteris.

LXIX. MAECIANS libro octavo Fideicommissorum

De euictione prædiorum, vel mancipiorum, vel ceterarum (rerum) cauere heres, cum restituit hereditatem, non debet. quinimo in contrarium caueri heredi oportet, si quid ex his euictum esset, quæ ab ipso herede venissent.

LXX. POMPONIVS libro secundo Fideicommissorum

Si heres institutus Titio rogatus fuerit restituere hereditatem, & rursus Titius heredi post tēpus: sufficiūt directæ actiones heredi.

Quæ actione teneatur heres ob damnum à se datum.

Si heres antequam fideicommissam hereditatem restitueret, alienauerit quid ex hereditate, aut seruum hereditarium manumiserit, aut ruperit quid, vel fregerit, vel vfferit: nō competit in eum villa ciuiliis a ctio, restituta postea hereditate ex Trebelliano senatusconsulto. sed ex fideicommissi causa erit hoc

^a A creditoribus
fraudatio de quibus
specie propria est.
Li. que in fraud. crea-
di non a fidei in ca-
ine fraude nihil ad-
missum est. I. aufer-
tur. S. a de int. fidei-

^b Superiores

^c eum

hoe quod deperierit persequendum . fin vero post restitu-
tam hereditatem horum quid admiserit heres , dicendum est
lege Aquilia cum eo agi posse , si serum forte hereditarium
aut vulnerauerit aut occiderit . Si temporalis actio in
hereditate relictâ fuerit , tempus , quo heres experiri ante re-
stitutam hereditatem potuit , imputabitur ei Qui restituta
fuerit ^a.

a fuit.

De iure deliberandi.

LXXI. MAE C I A N V S libro decimo Fideicom-
missorum

b licet .

OMNES qui de hereditate deliberant , desiderate eo , qui suo
periculo velit adiri hereditatem , coguntur adire : sed ^b non
statim restituere , sed ut completo tempore deliberationis (si) ex-
pedire sibi compererint hereditatem , sentiant commodum te-
stamenti eo iure , quo si sponte adissent . fin vero contra onero-
sam crediderint , restituta ea exonerentur actionibus heredi-
tariis .

LXXII. P O M P O N I V S libro quarto Fidei-
commissorum

c percepto
d alienatus

Heres praecepto ^c fundo rogatus erat hereditatem restitu-
re . fundus alienus ^d erat . Aristo aiebat , videndum , utrum
cum omnimodo penes heredem fundum esse voluit testator :
an ita demum , (si) ipsius est . sed sibi superius placere . ideoque
estimatio eius retinenda est .

Quae actiones transant in fideicommissarium.

LXXIII. MAE C I A N V S libro tertiodecimo fidei-
commissorum

SI heres pecuniam hereditariam crediderit , & in eam cau-
sam pignora acceperit : actiones non competit ei Qui re-
stituta fuerit hereditas aduersus ipsa pignora . sed aliqua du-
bitatio remanebit , si in eum contractum , qui ex defuncto fuerit
interpositus , heres antequam restitueret hereditatem , pignus
accepit . sed nec sic quidem ipse admitteretur ex fideicommis-
so . tamen habet aduersus heredem actionem , vt ei cedat pro pi-
gnoris commodo actionem . Cum ex Trebelliano senatus-
consulto restituitur hereditas , seruitutes , quas mutuo praedia
heredis & testatoris habent , nihilo minus valent .

Interpretatio voluntatis.

LXXIV. P A V L V S libro secundo Decre-
torum

e Justinianus,

QUi filium & filiam habebat , testamentum fecit , & ita de fi-
lia sua cauerat : ΕΝΤΕΛΛΟΜΑΙ ΣΟΙ ΜΗ ΔΙΑ-
ΤΙΘΕΣΘΑΙ ^e , ΠΡΙΝ ΤΕΚΝΑ ΣΟΙ ΓΕΝΕΣΘΑΙ .
pronuntiauit Imperator fideicommissum ex hac scriptura de-
beri . quasi per hoc , quod prohibuisset , eam testari , petisset ut
fratrem

fratrem suum heredem faceret. sicut enim accipiendā eam scripturam, ac si hereditatem suam rogasset eam restituere.

Annus cæptus pro completo.

Fabius^a Antoninus imponeret filium Antoninum & filiam Honoratam relinquens, ex hereditate his, matrem eorum Iuniam Valerianam^b heredem instituit. & ab ea trecenta, & quasdam res filiae reliquit, reliquani omnem hereditatem filio Antonino, cum ad annum vicenſimū aetatis peruenisset, voluit restitui, quod si ante annum vicenſimū decessisset filius, eam hereditatem Honorata restituī p̄cepit. mater intestata decessit, utrisque liberis legitimis heredibus relictis. postea filius annum agens plenum non undecimum, & ingressus vicenſimum, necedū tamen eo expleto decessit, filia herede Favia Valeriana sua relicta. à qua amita fidei commissum^c & ex testamento patris portionem hereditatis petebat, & apud praesidem optimuerat, tutores Valerianae filiae Antonini egestatem eius prætendebant, & recitabant Diui Hadriani constitucionem, in qua quantum ad munera municipalia, iusserat eum annū, quem quis ingressus esset, pro impletō numerari. Imperator^d autem noster motus & æquitate rei, & verbis testamenti s i d AD ANNVM VICENSIM V M AETATIS: quamuis scire se diceret, à Diuo Marco non excusatū à tutela eum qui septuagenimū annum aetatis ingressus fuisset, nobis & legis Aelia Sentiæ argumenta proferentibus, & alia quædam, contra petitricem pronuntiauit.

Interpretatio voluntatis.

LXXV. SCAEVOLA libro octauodecimo Digeritorum

Epistulam ad heredem suum (in) hæc verba scripsit, TITIVS CORNELIO HEREDI SVO SALVTEM. A TE PETO CORNELI, QVONIAM AD TE DE VOLVTA EST PARS MATRIS MEAE, ITEM PARS SEMPRONI CVRATORIS QVONDAM MEI CONTRARIA FORTUNA VSI, ET PER HOC TOTVS AS MEVS APVD TE ESSE SPERATVR, YT I REDDAS RESTITYAS GATO SEIO VNCIAS QVATVOR. quæsumus est, cum Sempronius in integrum restitutus sit ab Imperatore, quo fuerat deportatus, & adierit hereditatem: an is quoque rogatus sit, vt ex sua portione restituat hereditatem. respondit, Sempronium quidem non proponi rogarum. Cornelium autem heredem debere pro rata portione maternarum defuncti rerum restitutionem Seio facere.

Mulier heredis instituti fidei commisit, vt retenta parte quarta reliquam partem restitueret nurui quondam suæ, cuius fidei commisit in hæc verba: ROGO TE VT ID.

Pars v.

5 II

QVOD

*a Sabinius al.
Fauius*

b Valerianam

*c Ad hanc locum,
spatia diuinæ Spuria
auguria, cuius mea
in Sacro. in Iulio
Caſare cap. 81.
d feliciter, ad*

Q UOD AD TE EX BONIS MEIS PERVENERIT,
FACIAS PERVENIRE AD FILIVM TVVM. quæsi-
tum est, quâdo hoc fideicommissum restituere debeat: vtrîm-
ne post mortem suam, an^a iam nûc. respondit, ad tempus quo
nurus moreretur, fideicommissum aptandum esse,

*Substitutio, verbis directis facta in codicillis,
accipitur pro fideicommisso.*

LXXVI. IDEM libro nonodecimo Digestorum

S Cœuola respondit, si pater filium suum impuberem ex af-
fæscriperit heredem, eiique codicillis substituerit, deinde
filius impubes deceperit: licet substitutio inutilis sit, quia co-
dicillis hereditas neque dari neque adimi potest, tamen be-
nigna interpretatione placet, vt mater, quæ ab intestato pu-
pillo successit, substitutus fideicomissio obligetur. quod si in-
uicem fuerunt substituti, * & * in fideicomissio substitutio-
nem valere, vnoque eorum mortuo, qui supersunt, totum ac-
cipiunt.

Mentio liberorum quomodo accipienda sit.

LXXVII. IDEM libro vicenfimo Digestorum

H Ereditibus institutis filiis vtriusque sexus, singulos roga-
b supercesser, c
Huit, vt qui sine liberis decederet, partem suam hereditatis sorori, fratrive restitueret, aut, si frater sororve non esset^b, matri suæ: & haec verba adiecit, VOS QVE LIBERI CAR-
RISSIMI HOC FIDEICOMMISSO TENETI IN-
VICEM VOLO, DONEC BINOS LIBEROS EDU-
CAVERITIS. quæsum est, si quis ex liberis duos filios prò-
creauerit, quâuis superstites non reliquerit, an heredes eius^c
fideicommissum debeant. respondit, secundum ea quæ pro-
poneretur, videri fideicommissi opere liberatos. Titius ne-
potes ex filia, &^d furiosam filiam suâ heredes instituit. & fili-
dei commisit filia, vt si sine liberis decessisset, pars ei data per-
ueniret ad coheredes. furiosam ipse Titius in matriconio sol-
locauit, & enixa est filia^e post mortem patris. quæsum est, de-
functa furiosa, superstite ex huiusmodi coniunctione parva
filia, an fideicommissum ad coheredes pertineret. respondit,
cum filiam relinquisse^f proponeretur, fideicommissum non
deberi. Claudius: nam et si matrimonium cum furiosa non
fuit, satis tamen factum est eiusmodi condicioni.

Communicatio bonorum à testatore mandata.

LXXVIII. IDEM libro vicenfimo primo Digestorum

L Vicus Titius intestato^g moritus, cum haberet vxorem,
& ex ea filiam emancipatam, codicillis hec verba inseruit:
PERTINENT AVTEM HI CODICILLI AD Vxo-
REM ET FILIAM. ITAQ VE ROGO QVID QVID
AVT EGO RELIQVERO, AVT VOS IPSE HA-
BEATIS,

BEATIS, COMMUNE VOBIS SIT. QVOD SI NON
EGO ROGAREM, VOS PRO VESTRA PIETATE
FACERETE, filia intestati patris bonorum possessionem
acepit, quæsitum est, an aliqua pars hereditatis Lucij Titij
ex causa fideicommissi à filia matri debeatur^a. respondit, se-
cundum ea quæ proponerentur, deberi, si^b etiam vxor parata
sit in commune bona sua conferri.
^a debetur.
^b etiam si vxor, &
tantum si vxor

*Nudus minister, seu executor, non habet actionem
contra heredem.*

- 1 Mæuius duos filios heredes reliquerat, & eodem testamēto
ita cauit: FIDEI AVTEM HEREDVM MÆORVM COM-
MITTO, VT I. OMNIS SVB STANTIA MEA SIT PRO
DEPOSITO SINE VSVRIS APVD GALVM SEIVM
ET LVCIVM TITIVM, QVOS ETIAM, SI LIC VLS-
SET, CVRATORES SVB STANTIAE MEAE DIDIS-
SEM^c, REMOTIS ALIIS, VT HI RESTITVANT c dedidem,
NEPOTIBVS MEIS, PROVT QVIS EORVM AD
ANNOS VIGINTIQVINQVE PERVENERIT, PRO
PORTIONE: VEL SI VNVS, EI OMNE M. quæsitum
est, an fideicommissum præstari à scriptis heredibus Lueio
Titio & Seio^d debeat. respondit, secundum ea quæ proprie^e, d Caio
rentur, Lucium Titium, item Galum Seium fideicommissum
petere non posse.

Interpretatio voluntatis.

- 2 Tres heredes scripsit, Mæuium fratrem suum ex godrante,
Seium ex sextante, Stichum eiusdem Seij * seruum, filium
autem naturalem Mæuij, * ex vncia. & fidei commisit Seij^e, e Scio,
vtj Stichum manumitteret, in hæc verba: A TE PETO SEIJ,
VT I. V. STICHVM MANVMITTERES f: DADIL f manumittere
VNDE FACERES^g, sed & codicillis ita cauit, VNCIAM, g facias
EX QVA FECI STICHVM HEREDEM, SI QVAM
SEIYS CONTROVERSIAM MOVERET, AD MAE-
VIVM FRATREM MEVM REVERTI VOLO. TV
FRATER SECUNDVM FIDEM ET PIETATEM
TVAM, QVID QVID AB TE PERVENERIT EX HE-
REDITATE MEA, STICHO FILIO TVO RESTI-
TIVES. QVOD VT FACIAS, FIDEI TVAE COMMIT-
TO. quælitū est, cum^h Seius adierit hereditatem, & propter h si Seius
hoc cōpulsus Stichū manumiserit: an vnciam hereditatis, ex
qua Stichus heres institutus est, Sticho manumisso restituere
debeat. respondit, non proponi Seium rogatiū vnciam ei resti-
tuere. Idem quæsit, an si aliquam controversiam Seius de vñ-
cia hæc, ex qua Stichus institutus est, facere velit, & Mæuius
vnciam ex causa fideicommissi à Scio fuerit cōsecutus: vtqurⁱ

hanc solam vnciam, ex qua Stichus institutus est, an verò & dodrantem, ex quo ipse Mæuius institutus est, eidem Sticho restituere debeat. respondit, de omni^a restituendo, quod ad Mæuium quoquo modo peruehit, testatricem sentisse.

Portio deficiens ad crescit proportionibus hereditariis.

Pater puerum & puellam heredes instituit, eosq; inuicem substituit, & si neuter heres esset, eis plures substituit, substitutosque inuicem substituit^b his verbis: *S V B S T I T U T O S H E R E D E S I N V I C E M S V B S T I T U O*. eorumdem filiorum fidei commisit, ut qui eorum vita superaseret^c, & sine liberis intra annum trigensimum moreretur, hereditatem his, quos heredes substituerat, restituat^d. filius vita sororem superauit, & intra trigensimum annū sine liberis decepsit. quæsum est, ex substitutis uno defuncto ante filium, pars eius, quæ ad ceteros substitutos quisuperauerent pertinet^d, vtrum pro virilibus, an pro hereditariis portionibus, quibus sunt substituti, pertineat. respondit consequens esse pro his partibus, quibus substituti essent, fideicommissum pertinere.

*Fideicommissum relictum fratribus, sub nomine appellatio,
pro hereditaria portione debetur.*

Mæuia filium heredem instituit ex quincunce, et Iam filiam ex quadrante, Septicium filium ex triente, cuius fidei commisit in hac verba: *T E R O G O F I L I S E P T I C I , S I
I N T R A V I C E N S I M V M A N N V M S I N E L I B E R I S
M O R I E R I S , Q V I D Q V I D E X H E R E D I T A T E
M E A D T E P E R V E N E R I T , H O C F R A T R I B U S T V I S
R E S T I T U V A S .* quæsum est, { an } Septicio filio defuncto intra vicensimum annum sine liberis: hoc fideicommissum vtrum pro portionibus hereditariis ad fratrem & sororem eius pertineat, an verò æqualiter. respondit, pro parte hereditaria. Titia ex æste heres scripta, partem dimidiam hereditatis Mæuiae rogata restituerat^e: fundum à testatore obligatum luere noluit, sed eum vendente creditore mandauit redimendum Seiæ. quæsum est, an Titia ex causa fideicommissi Mæuiae teneatur. respondit, cum rogata hereditatem restituere proponatur: nihil proponi, cur non teneatur. Claudius subest enim præstari oportere id, quanto pluris fundus fuit, quam ad creditorem peruenire oportuit. Gaio Seio ex semisse, Titia ex quadrante, & aliis ex reliquis portionibus heredibus institutis, ita cavit: *F I D E I AVTEM V E S T R A E M A N D O G A I S E I ET
L Y C I A T I T I A , V T I P O S T O B I T U M V E S T R V M
R E D D A T I S R E S T I T U V A T I S T I T I O ET S E M P R O N I O
S E M I S S E M P A T R I M O N I I ET P O R T I O N I S E I V S , Q V A M V O B I S D E D I .* quæsum est,

est, cum utriusque adierint hereditatem, & postea Gaius Seius defunctus sit Lucia Titia herede instituta, an haec Lucia Titia partem dimidiam semissis, quam rogatus erat Gaius Seius restituere, protinus debeat: an vero post suam demum mortem vniuersum fideicommissum tam ex sua persona quam ex Gaij Seij datum restituere debeat. respondit Luciam Titiam statim teneri, ut partem dimidiam semissis ex persona Seij restituat. Filiam suam heredem scripsit, & nepotem, quem ex ea habebat, ei substituit, & ita cavit: **LVCIO TITIO FRATRIS MEI FILIO GENERO MEO DUCENTOS AVREOS RELINQVO.** QVO LEGATO SCIO ILLVM CONTENTVM ESSE: QVONIAM SCRIPSI VNIVERSAM REM MEAM, EO QVOD FILIAM MEAM ET NEPOTEM M EVM HEREDES SCRIPSI, VNIVERSAM SUBSTANTIAM EIS^a COMMUNICASSE. QVOS aci INVICEM COMMENDOb filia adita patris hereditate, diuertit a marito. quæsumus est, an Titius quondam eius maritus suo, vel filij sui nomine ex fideicommisso communionem bonorum consequi possit viua quondam vxore sua, vel post mortem eius. respondit, nihil fideicommissum datum genero proponi, præter ducentos aureos. Idem quæsiit, eandem vxorem marito herede scripto fideicommisso, ut cum moreretur, filio communii omne quod ad eum ex hereditate sua peruenisset, restitueret: an illæ quoque res & possessiones, quæ in dotem datae, & post diuorum restitutæ mulieri fuerant, fideicommisso continetur. respondit, quod mulier in bonis suis relinquisset, id fideicommisso contineri. Claudio & alijs de eodem facto consultus ita respondit, siue restitutæ sint res, secundum id quod supra responsum est, in bonis mulieris computari, siue non sint restitutæ, quia ex stipulatione de dote reddenda interposita restituendæ sint, eo auctiorem hereditatem computari. Quæ habebat filium, & ex eo nepotem, utrosque in mariti potestate, maritum ex ase scripto heredem, cuiusque fidei commisit in haec verba: **I S I T I V S M A R I T V S M E V S M I H I H E R E S E R I T , P E T O , F I D E I Q V E E I V S C O M M I T T O ,** ^c QVID QVID EX e t u q u i c q u i d HEREDITATE M E A A D E V M P E R V E N E R I T , C V M M O R I C O P E R I T , D E T R E S T I T U V A T G A I O ^d F I L I O N O S T R O : I T A T A M E N , V T D E C E M ^d C l a i o S e i g Q V I D E M V N C I A S G A I V S H A B E A T , D V A S A V T E M V N C I A S S E I V S N E P O S H A B E A T . Q V O D V T F I A T , F I D E I E I V S T I T I H E R E D I S M E I C O M M I T T O . pater emancipauit filium, nepotem amisi,

& superstite filio deceſſit. quæſitum eſt, an priore parte ſcri-
pturæ vniuersa hereditas patris ex cauſa fideicommissi filio
debeatuſ: & illa ſequentia verba, ITA TAMEM UT DE-
CEM' VNCIAS FILIVS, DVAS AVTEM NEPOS
HABEAT, ex voluntate defunctæ ita demum locum ha-
betent^a, ſi die fideicommissi cedente filius & nepos eorum
in natura eſſent: cum autem non ſuperuixit ad diem fidei-
commissi nepos, ſequens ſcriptura ceſſet. respondit, ea quæ
proponerentur, oſtendere, decem dumtaxat vncias filio da-
tas. Heres iſtitutus vxori rogatus totam hereditatem re- 9
ſtituet, reſtituit detracta quarta: quæſitum eſt, cum vxor
quartam partem hereditatis präſenti die, & reliquam poſt
tempus alij rogata à testatore fuſt̄ reſtituere: an id quod
heres ei detraxiſſet quartæ nomine, in reſtituendo fideicom-
miſſo imputare^b poſſit. respondit, quatenus ceſſet, fidei-
commiſſo obſtrictam.

*Si dilatio adiiciatur in fauorem fideicommissarij, fructus interim
percepi veniunt in reſtitutionem.*

Heredum fidei commiſſit, vt quidquid ex parte tertia he- 10
reditatis peruenierit ad eos, id redderent Gaio Maeuio alum-
no testatoris, cum fuerit annis quindecim. & ſubiunxit hæc
verba: IN TERIM' EX RE FECTV^d PAVPERTATIS^e,
QVI AD VOS PERVENERIT, ALATIS EVM^f VS V-
RIS PRO QVANTITATE NVMMORVM REDA-
CTIS. HOC AMPLIUS EI DEM ALVMNO MEO
HOMINEM CALETANVM^g, ET VERNAM SVTO-
REM, QVI EVM ARTIFICIO SVO MERCEDE
DATA ALERE POTERIT. quæſitum eſt, cum alimēta
multo minora präſliterint heredes ſcripti, quām viſuræ ſumi-
mæ redactæ competebant, an & refiduas präſtare com-
pellī debeat tñtius tecipotis, an ex die, quo quintumdecimū
annū^h expleſſet. & cum ſerui legati ei ſpecialiter, vt ex mer-
cedibus aleretur, ſtatim venierint: vtrum mercedes, an viſu-
ras petere debeatⁱ. respondit, ſectudum ea quæ proponerent-
tur, testatorem videri de omni reditu & mercede ſeruorum re-
ſtituenda^k ſenſiſſe.

*Prohibita alienari non veniunt in fideicommis-
ſum vniuersale.*

Pluribus heredibus iſtitutis, in quibus & libertis tribus 11
ex dodrante, eisdem fundos per präceptioniem dedit^l: & ab
his petit, ne eos alienarent, & vt qui vita ſupererat, ^m ſolidos
eisdem fundos optineret. deinde vniusⁿ ex his libertis Ota-
cilijs^o fidei commiſſit, vt quidquid ad eum ex hereditate bo-
nissime perueniſſet, deducto pro ea parte ære alieno & lega-
tis, ^p & ^q ſibi viginti aureis reſtituat Titio. quæſitum eſt, an
etiam

a habeant.

b imputari

c perueniſſet

d reditu
e hereditatis.
d eſtior, fli: reata-
metſi Accur. qui em-
maſiles interpre-
ti, riaiculē exponit
paupertatis, ideſt, di-
fletenies, forē rclle
quoque legetur par-
tis.

f ex viſuris
g Ceterauim, al.
collectaneum,

h quintumdecimū
annū

i debeat.

k reſtituendis

l deditſet:
m ſupereratſet,

n vius

o Oraſiſſet

etiam partes tertias fundorum prælegatorum cum conliberis eidem, deducere deberet. respondit, secundum ea quæ proponerentur, non debere restituere præceptionem. cum ipse testator & legata excipi voluisse.

Dos prælegata non cadit in fideicommissum, nisi specialiter sit dictum, & quarta ad dotem sufficiat.

- 12 Maritus vxore instituta herede ex parte tertia, & pluribus ei fideicommissis datis, dotem quoq; prælegauit^a his verbis,
*SE IAE VXORI MEAE DARI VOLO A FILIIS MEIS
 SVMMAM DOTIS EIVS, QVAE MIHI PRO EA IL-
 LATA EST.* eiusdemque vxoris fidei commisit, ut partem hereditatis, & quæcumque ei legasset, post mortem suam Tito filio communis restitueret. quæsum est, an summam quoque dotis inter cetera legata ex causa fideicommissi filio suo restituere debeat. respondit non aliâs, nisi manifestum esset de dote quoque restituenda testatorem sensisse. atq; etiam si sensisset^b, & hoc fuerit adprobatum: ita^c eius quoq; petitionem b sensisse eum hoc fuerit approbatū: c ita tamen fore, si non minus in quantitate, quæ Falcidiæ nomine remaneret, foret, quam in quantitate dotis.

Instantia capta cum herede, facta restituzione, durat contra ipsum & heredem eius.

- 13 Rogatus hereditatem restituere Septicio, cum erit annis^d d annorū viginti, interea fundos, quos defunctus pignori acceperat, vendidit. & propterea pigneratia iudicio à debitore conuentus decelsit, herede reliquo Sempronio. & iudicio nondum finito restituit hereditatem Septicio. quæsum est, an^e iudicio nihil minus ipse condemnari debeat, cum potuerit retinere, vel caueri sibi id, quod ex causa iudicati praestatus esset. respondit, iudicij executionem nihil minus aduersus heredem & post restitutam hereditatem mansisse.

De transactione.

- 14 Heres eius, qui post mortem suam rogatus erat vniuersam hereditatem restituere, minimam quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat, his, quibus fideicommissum debebatur, restituit. postea repertis instrumentis, apparuit quadruplo amplius hereditates fuisse. quæsum est, an in reliquum fideicommissi nomine conueniri possit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, si non transactum esset, posse.

LXXXVIIII. IN E M libro singulari Quæstionum publice tractatarum

SI pupillus parenti suo heres extitit, & fideicommissam hereditatis partem restituit, mox abstinetur^h paterna hereditate: habbit et

^f Hic locus conferendum est cùl. 3. §. cùm transactio sup. de transacte eiusdēc. enim auctor, & argumēti rtergazest: sumptū re mea sunt ex diversa libris, nisi in inscriptionibus mendū effigie in hereditate

optio defenda est fideicommissario, ut aut portionem quoque pupilli adgnoscat, aut toto discedat. aut omnimodo bona vendenda sunt, ut id quod superfluum est, pupillo serueretur. & si in solidum bona venire non possunt, omnimodo actiones fideicommissario denegandae erunt. erat enim in potestate illius vniuersum suscipere, & si quid plus erit^a, pupillo seruare.

LXXX. IDEM libro quinto Digestorum

MAtrem, & auunculum, eosdemque creditores suos heredes scripsit Lucius Titius, & eorum fidei commisit, ut post mortem restituerent, quod ex re familiaris testatoris superfuerit, Septicio. heredes non modicam partem bonorum testatoris consumpsérunt, & multos heredes reliquerūt. quibus scientibus multa corpora, quæ remanserant^b ex bonis Lucij Titij, Septicius possedit. quæ situm est, an id quod Lucius Titius debuit matri & auunculo, heredes eorum a Septicio petere possint. respondit non posse. Claudius: aditione enim hereditatis confusa obligatio interciderat. sed fideicommissi repetitio erat. cuius equitas defecit his, qui multa ex hereditate consumpsisse proponuntur.

Interpretatio voluntatis.

LXXXI. P A V L V S Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum ex libris v i. libro primo
feu Decretorum^c libro ii.

Ivlis Fœbus^d testamento facto, cum tres liberos heredes institueret, Fœbum, & Heracliam ex eadem matre, Polycraten ex alia æquis portionibus: petit^e à Polycrate minore fratre, ut accepto certo prædio hereditatem fratribus concederet. & inuicem eos, qui ex eadem matre erant, si qui eorum heres non fuisset, substituerat. Polycrati, s' Intra pubertatem deceperit, secundas^f tabulas fecit, quas matri eius condemnauit aperiendas, si in pubes obisset. deinde petit^g à prioribus, ut si quis eorum sine liberis decederet, portionem suam, exceptis bonis maternis eorum, & abitis, ei vel cis qui supererent restitueret. Heraclia soror mortua sine liberis, fratrem Fœbum heredem instituit. Polycrates fideicommissum petierat, & optimuerat apud Taurium Proculum proconsulem Achaję. appellatione facta, cum^h solūm Fœbus egisset monomēpōnē victus est. quia etiā verba utrosque fratres complectentur. a Dqui inuicem duos illos tantam substituerat. sed & voluntas hæc patris videbatur, qui excepereat eorum bona materna, quia Polycrates aliam matrem, & quidem superstitem habebat. cuius etiam fideicommissum erat, vel legata, quæ ei dederat, intes Tauri moriens Polycrati filio suo restitueret.

Cum decrete nihil aliud fuit, quam se sentie imperiales in cognitionibus prole-
t., legendum quodque videtur Decretoru
lib. 1.
d Phœbus
e petit
f pretio
g secundas etiam
d. & secundas

h cum solus al. cum
solus
i Hoc est, sine exce-
ptione, aut replica-
tione, quæ si p. r. p.
v. Ang. lib. q. c. i. d.
c. c.

k vt
l intestato

QVANDO DIES LEGATORVM VEL FI-
DEI COMMISSORVM CEDAT.

TITVL. II.

Legati puri, aut in diem relicti dies cedit à morte testatoris, ex-
cepto usufructu legato, & libertate. At dies legati
conditionalis non prius cedit, quam
extiticit conditio.

PAVLVS libro secundo ad Sabinum

MORTV^o patre, licet viuo pupillo, dies legatorum à
substituto datorum cedit.

III. VLPIANVS libro quintodecimo ad
Sabinum

a Quia unum reflec-
mendum est, licet du-
rum causam: &
vnu seflare intelli-
gitur.

b & idem est.

III. IDEM libro quinto Disputationum

NAm cum ad heredem non transferatur, frustra est si ante
quis diem eius cedere dixerit.

IV. IDEM libro nonodecimo ad Sabinum

SI cum heres morietur, legetur: condicione legatum est.
Denique viuo herede defunctus legatarius ad heredem non
transfert. si verò cum ipse legatarius morietur, legetur ei: cer-
tum est, legatum ad heredem transmitti.

V. IDEM libro vicensimo ad Sabinum

SI post diem legati cedentem legatarius decesserit, ad heredē
suum transfert legatum. itaque si purum legatum est, ex die
mortis dies eius cedit. si verò post diem sint legata relicta, si-
mili modo atq; in puris dies cedit. nisi forte id fuit legatum,
quod ad heredem non transit. nam huius dies non ante cedit.
utputa si visusfructus sit post annum relictus. hanc enim sen-
tentiam probamus. Sed si sub condicione sit legatum relictū,
non prius dies legati cedit, quam condicio fuerit impleta. ne
quidem si ea sit condicio, quæ in potestate sit legatarij. sed si ea
condicio fuit^c, quam prætor remittit: statim dies cedit. idem-
que^d & in impossibili cōdicione. quia pro puro hoc legatum
habetur. item si qua condicio sit, quæ per legatariū non stat,
quo minus impleatur: sed aut per heredem, aut per eius perso-
nam, in cuius persona iussus est parere condicione: dies lega-
ti cedit. quoniam pro impleta habetur. utputa si iussus sim
heredi decem dare, & ille accipere nolit. sed & si ita mihi legatum sit, si Seiam vxorem duxero, nec ea velit nubere: dicen-
dum erit diem legati cedere. quod^e per me non stat, quo mi-
nus paream condicione: sed per alium stat, quo minus
impleatur condicio, isdem autem diebus, id est isdem penso-

c sit, ali. fuerit.
d idem quoque

e eius dies

f quia

a conditionibus: se
quere Flor. durisca-
lum enim est, ut dicitur,
conditionibus
interpretetur; p[ro]fes-
tus autem conuenit.
Nam quiesce legatus,
aut aliud non solum
vno die, sed diuisis te-
p[ro]pribus secundum
est, pensionibus solut
dicimus.
b Alius, qui sui iu-
ris non est: **a**. ali-
quis qui sui iuris
non est:
E debet in-
adquirere.

nibus heredi praestabitur legatum, quibus legatario ipsi praesta-
batur. Si cum dies legati cedere inciperet, alieni quis iuri est:
debet his legatum, quorum iuri fuit subiectus. & ideo si pu-
rum legatum fuerit, & post diem legati cedentem liber factus
est: apud dominum legatum relinquet. sed si vsus fructus fue-
rit legatus, licet post mortem testatoris ante aditam tam[en] he-
reditatem sui iuris efficiatur: sibi legatum adquirit^d

V. P A V L V S libro tertio ad Sabinum

Quod pure datum est, si sub condicione admatur, quasi
sub condicione legatum habetur. at si exstrinsecus su-
spendatur legatum, non ex ipso testamento: licet ante decebat
legatarius, ad heredem transmissum legatum dicimus. veluti
si rem dotalem maritus legauerit extero, & vxori aliquam pro-
dotali re pecuniam: deinde deliberante uxore de electione do-
tis, decesserit legatarius, atque legatum elegerit mulier: ad he-
redem transire legatum dictum est. idque; & Iulianus respondit.
magis enim mora quam condicio legato iniecta videtur.

Eorum legatorum, quae in codicillis reliqua sunt, perinde
dies cedit, atque testamento relictorum.

VI. V L P I A N V S libro vicensimo ad Sabinum

Heredis aditio moram legati quidem petitioni facit, ces-
sioni diei non facit, proinde siue pure institutus tardius
adeat, siue sub condicione per condicionem impediatur: lega-
tarius securus est. sed & si nondum natus sit heres institutus,
aut apud hostes sit, similiter legatario non nocebit: eo quod
dies legati cessit. Inde dicimus, & si a substituto legatum sit re-
lictum: quamdiu institutus deliberat, defuncto legatario non
nocebit, si postea heres institutus repudiauit^f. nam ad heredem
suum transstulerit petitionem. tantumdem & si ab impube-
ris substituto legetur. nam ad heredem suum legatum trans-
fert. Tractari tamen potest, si impuberi substitutus damnatus
sit, si intra pubertatem filius decesserit. Seio centum dare: an vi-
uo pupillo defunctus Seius ad heredem transferat: quasi ea
condicio sit expressa, quae inerat. & magis est, ad heredem lega-
tarij transire. Interdum aditio heredis legatis moram facit. vt
puta si forte seruo manumisso, vel ei cui seruuus legatus est, &^h
ideo seruo aliquid legatum sit. nam seruo legati reliqui ante
aditam hereditatem dies non cedit.

VII. I D E M libro vicensimoquarto ad Sabinum

Nam cum libertas non prius competit, quam adita heredi-
tate: aquissimum visum est, nec legati diem ante cedere.
alioquin inutile fieret legatum, si dies eius cessisset antequam
libertas competenteret. quod euenit, si seruo pure legetur, & li-
ber esse sub condicione iubatur: & pendens condicio inue-
niatur & post aditam hereditatem.

e nec per: melior est
Flor. quod & Accur.
hic observauit.

f repudiarit.

g transstulit

g tantumdem est, si

h & forte seruo: si:
& seruo

i etiam pot

VIII. IDEM libro vicensimo primo ad Sabinum

Si habitatio filiofamilias vel seruo legata sit, puto non adquiri domino vel patri legatum, si ante aditam hereditatem filius vel seruus decesserit. nam cum personæ cohæreat, rectè dicitur, ante aditam hereditatem diem non cedere.

X. IDEM libro vicensimotertio ad Sabinum

CVM in annos singulos legatur, nō ynum legatum esse, sed plura constat.

XI. IULIANVS libro trigensimo septimo Di-
gestorum

NEc refert singuli aurei in annos singulos legentur, an in annum primum mille aurei, in secundum homo, in tertium frumentum.

XII. VLPIANVS libro vicensimotertio ad Sa-
binum

NEc semel diē eius cedere, sed per singulos annos. Sed vtrū^a a in initio
initio cuiusque anni, an verò finito anno cedat, quæstio-
nis fuit. & Labeo, Sabinus, & Celsus^b, & Cassius, & Iulianus in omnibus, quæ in annos singulos relinquuntur, hoc pro-
bauerunt, ut initio cuiusque anni huius legati dies cederet. In-
de Iulianus ait, hoc legatum, si seruo relinquatur, deinde post

b Celsus, Cassius,
Iulianus

primum vel alterum annum sit liber: fibi eum adquirere. Itē Celsus scribit, quod & Iulianus probat, huius legati diem ex die mortis cedere, non ex quo adita est hereditas. & si fortè post multos annos adeatur hereditas omniū annorum legata-
rio deberi. sed & si quotannis sit legatum, mihi videtur etiam in hoc initium cuiusque anni spectandum: nisi fortè euidēs sit voluntas testatoris in annuas pensiones ideo diuidentis, quo-
niam non legatario consultum, sed heredi prospectum voluit,

1 ne vrgueretur ad solutionem. Si in habitatione^c aliquid, c habitationem

vel in disciplina legetur sic, ANNVA vel QVOTANNS: qui-
bus diebus pensio debetur habitationis, vel mercedis discipli-
narum, idem intellegitur legatum relictum, cōiectura volun-
tatis facta. Nouissimè Pomponius scribit, nihil interesse,

vtrum in annos singulos vel quotannis, an in singulos menses,

vel quot mēsibus, an in singulos dies, vel quot diebus legetur.

ipse quoque huic sententiæ accedo. proinde & si annuilegen-

3 tur tot aurei, idem erit dicendum. Si Qūi^d homo generali- d cuius

ter sit legatus, & e antequam vindicet, decesserit: ad heredem e sed

4 suum legatum transfert. Si Titio sit sic legatum, quē^e Seius f quod

elegit, & Seius post electionem decesserit: locus est vindica-

tionis semel adquisitæ.

XIII. POMPONIVS^f libro sexto ad Sabinum

HVIUSMODI legatum, SIVE ILLUD FACTVM FVE-

RIT SIVE NON EVERIT, ILLI DO LEGO, ad he-

g Paulus lib. VI ad
Sabinum

a alterum

heredem non transit: nisi alter^a casus viuo legatario extiterit. quoniā causa, ex qua debeatur, praecedere semper debet. nec, quia certum est alterutrum futurum, omnimodo debebitur. nam tale legatum, C V M M O R I E T V R, H E R E S D A T O, certum est debitum iuri^b. & tamen ad heredem legatarij non transit, si viuo herede decedat.

x i i i i . V L P I A N V s libro vicensimoquarto ad
Sabinum

SI ususfructus aut decem vtrum legatarius voluerit, sint legata: vtrumque spectandum, & mortem testatoris, (&) aditionem hereditatis. mortem, propter decem: aditionem,

b transferatur
e libro trigesimo

propter usumfructum. quamuis enim electio sit legatarij, tamen nondum electioni locus esse potest. cum proponatur aut nondum testatorem decessisse, aut eo mortuo hereditas nondum adita. Inde querit Julianus, si post mortem testatoris legatarius decedat, an ad heredem transfertur^b decem legatum. & libro^c trigensimo septimo digestorum scribit posse dici, decem translusisse: quia mortuo legatario dies legati cedit. argumentum Julianus pro sententia sua adfert tale: s E -
I A E D E C E M , A V T S I P E R E R I T , F V N D V M H E R E S
M E V S D A T O . nam si antequam pariat, inquit, decesserit: ad heredem suum decem transmitteret^d. Si ita quis legauerit filios familias, ut ipsi soluatur: potest procedere legatum, nec imputari heredi, cur non patri, sed potius filio soluat^e. finge enim hoc nominatum expressum ita, ut filio soluat. certe si pater petat, exceptione erit repellendus. Si dies legati cesserit, 3
deinde legatarius in ius alienum peruenit: ipsi potius debetur legatum, in cuius ipse ius peruenit. transiunt enim cum eo, quae ei debebantur. sed si sub condicione fuerit legatum, non transit, sed exspectabit^f condicionem, ei que acquiretur, cuius iuris erit condicionis existentis tempore. quod si sui iuris fuerit eo tempore, sibi potius adquiret.

d transmittit.

e soluit.

f expectamus

x v . I D E M libro quinto Disputationum

SI ita esset liberis fideicommissum relictum, si morte patris sui iuris essent effecti, nec mortalitate patris, sed emancipatione patres familiarium constituti sunt: debet ei fideicommissum nemo dubitauerit. diemque eius emancipatione cessisse, qui morte patris cederet.

x vi . I V L I A N V s libro trigensimoquinto Dige-
storum

aliquis

CVm ita legatum est, STICHVM, VEL QVOD EX PAMPHILA NATUM ERIT, HERES MEVS DATO, non antedies legati eius cederet, quam aliquid ex Pamphila natum fuerit, aut certum fuerit nasci non posse. Cum seruo legato, antequam hereditas eius, quilegauerat, adiretur,

tur, vſusfructus ab alio legatus fuerit: & prior hereditas eius, qui vſumfructum legauerit, adita fuerit: nulla ratio est, cur diē legati cedere existimemus antequam ea quoquā hereditas, ex qua seruus legatus erat, adeatur. cum neque in præsentia illū emolumētū hereditati adquiratur, & si interim seruus mortuus fuerit, legatum extinguatur. quare adita hereditate existimandum est vſumfructum ad eum, cuius^a seruus legatus^{a cui} esset, pertinere. quod h̄ seruus, cui vſusfructus legatus fuerit, ipse^b legatus non fuerit: dicendum est vſumfructum ad hereditatem pertinere, eo quod dies eius ante aditam hereditatem non cesserit.

xvii. IDEM libro trigensimo sexto Digestorum

CVM legato seruo aliquid legatur, dies eius legati, quod seruo datur, non mortis tempore, sed aditae^b hereditatis cedit. & ideo impedimento non est regula iuris, quo minus^c manumisso legatum debeatur. quia etiā confestim paterfamilias moreretur, non in eiusdem personam & emolumētū legati & obligatio iuris concurreret. perinde igitur est hoc de quo quæritur, ac si filio herede instituto patri legatum esset. quod confistere intellegitur eo quod quamvis statim paterfamilias moriatur, potest emancipatus adire hereditatē, ut patri legatum debeat.

xviii. IDEM libro trigensimo septimo Digestorum

IS, Quid ita legatum est,^e QVANDO QVE LIBEROS HABVERIT, si prægnate^f vxore relicta deceaserit, intellegitur expleta condicione deceisisse, & legatum valere: si tamen postumus natus^g fuerit.

xix. IDEM libro septuagensimo Digestorum

CVNI sine præfinitione temporis legatum ita datum fuebit, VXORI MEAE PENVM HERES DATO. si NON DEDERIT, CENTVM DATO: vnum legatum intellegitur centum^h. & statim peti potest. penoris autem causa eo tantum pertinet, ut ante litem contestatam tradita pena, heres liberetur. Quod si ita scriptum sit, SI PENVM INTRA KALENDAS NON DEDERIT, CENTVM DATO: non efficitur, ut duo legata sint. sed ut centum legata sub condicione videantur. idcirco si vxor ante Kalendas deceaserit, heredi suo neque penum relinquet, quæ legata non est: nequā ēa centum, quia dies legati cesserit. Cum abeo mihi fideicommissum datum est, cui sub condicione legatumⁱ: est, quemadmodum si herede instituto sub condicione, pure mihi legetur. Si debitori, quod sub condicione debet, legatum est, præsens legatum est: agique ex testamento

^b adita hereditate
^c A seruo legato ad manumissum transiit, quod eadem ratio sit.

^d cui
^e e quando
^f Hec verba redduntur scripta minusculis literis, non maiusculis, ut in Noricis & alio plurius: non sunt enim ex formula conditionis.
^g natus viuus
^h tili

i non cesserit. Hac lectio melior est, que multis manu scriptis exemplaribus confirmatur: utio se autem est. Etiam si legati dies cesserit, mulier uti missis legatum ad heredē. I. s. supra hic tamē legata debet disseri negantur: legatum est: tale: s.

statim potest, ut liberatio præstetur. & si post mortem testatoris deceperit, ad heredem transmittit actionem. hæc dicenda erunt, & si non ipsi debitori, sed alij cuilibet similiter legatum esse proponatur.

xx. MARCIANVS libro sexto Institutionum

SI cum præfinitione annorum legatum fuerit, velut **TITIO DENA VSQUE AD ANNOS DECIMOS**: Iulianus libro trigensimo digestorum scribit, interesse. & si quidem alimentorum nomine legatum fuerit plura esse legata, & futurorum annorum legatum legatarium mortuum ad heredem non transmittere. si vero non pro alimentis legauit, sed in plures pensiones diuisit exonerandi heredis gratia: hoc casu ait omnium annorum unum esse legatum. & intra decennium decadentem legatarium, etiam futurorum annorum legatum ad heredem suum transmittere. quæsententia vera est.

xxi. PAULVS libro secundo ad Vitellium

SI dies adposita legato non est, præsens de Vetur, aut ^a con festim ad eum pertinet, cui datum est. ^b adiecta, quamvis longa sit, si certa est, veluti Kalendis Ianuariis centemfisis, dies quidem legati statim cedit: sed ante diem peti non potest. at si incerta, quasi ^c cum pubes erit, cum in familiam ^d nupererit, cum magistratum inierit, cum aliquid demum, quod scribendo comprehendere sit commodum, fecerit: nisi ^e tempus, condicione optigit, neque res pertinere, neque dies legati cedere potest. Si sub condicione qua te heredem instui, sub ea condicione Titio legatum sit: Pomponius putat, perinde huius legati diem cedere, atque si pure relictum esset, quoniam certum esset herede existente debitum ini. neque enim per condicionem heredium fieri incerta legata: nec multum interesse tale legatum ab hoc, **SI HERES ERIT,**

DATO.

xxii. POMPONIVS libro quinto ad Quintum

Mucium

SI Titio, cum ^f is ^g annorum quattuordecim esset factus, legatum fuerit, & is ante quartumdecimum annum deceperit: verum ^f ad heredem eius legatus non transire. quoniam non solum die in, sed & condicionem ^h hoc legatum in se continet, si effectus esset annorum quattuordecim, qui autem in rerum natura non esset, annorum quattuordecim non esse non intellegeretur ^h. nec interest, vtrum scribatur, **SI ANNO RVM QVATTUORDEGIM FACTVS ERIT**, an ita cum priore scriptura per condicionem tempus demonstratur: sequenti per tempus condicio. vtrubique ^k tamen eadem condicio est. Quædam autem condiciones etiam super-

^a & confessus^b dies adiecta.^c veluti^d in familia filia^e nisi temporis

conditio. melior est

Flor. viiiij. que cum

exempla precesserunt.

& diversas sunt.

^f verum est^g Quia dies est in certus. d. dies incertus. supr. de condi. & demon.^h intelligitur.ⁱ nam cum d. au prior^k vtrubique enim

perua Quia sunt. veluti si ita scribat, TITIVS HERES
ESTO. SI TITIVS HEREDITATEM MEAM ADIE-
RIT, MAEVIO DECEM DATO. nam pro non scripto^a
ea condicio erit, vt omnimoda ad heredem Maeuij legatum
transeat, etiam si Maeuius ante aditam hereditatem deces-
serit. & idem si ita fuerit scriptum, si TITIVS HER-
EDITATEM MEAM ADIERIT, INTRA DIES
CENTVM MAEVIO DECEM DATO. nam hoc legatum
in diem erit, non sub condicione. quia definitio Labeonis pro-
banda est dicentis, id demum legatum ad heredem legatarij
transire, quod certum sit debitum iri, si audeatur hereditas. Si
tamen duos heredes instituam, & si alter ex his audeat heredi-
tatem, alicui legem ab omnibus heredibus: non^b erit pro su-
peruacuo ea condicio. sed in portione^c quidem coheredis va-
lebit: in ipsis autem, cuius persona in condicione coprehensa
est, superua Quia erit, perinde atque si solo coherede instituto
eo modo legatum esset.

XXIII. VULPIANVS libro quarto ad legem Julianam
& Papiam

CVM in annos singulos legatum relinquitur, sine dubio per
annos singulos inspecta condicione legatarij, ait^d capere.^{d capere potest}
& si plurium seruus sit, singulorum dominorum erunt perso-
nae spectandae.

XXIII. PAVLVS libro sexto ad legem Julianam &
Papiam

SI penum heres dare damnatus sit, vel fundum; & si non
dedisset^e, decem: ego accepi & penum legatam, & tran-
scendat esse in decem, si noluerit penum heres dare. & tunc
pecuniam deberi, cum interpellatus fundum non dedisset,
& si interea decesserit legatarius, tunc heredi eius non nisi
fundum deberi. namque cum dictum est, LATI PUB LICIVS FUNDVM DATO, perfectum est legatum. & f PUBLIUS
cum dicit, si NON DEDERIT, CENTVM DATO,
sub condicione fundi legatum ademptum videri eo casu, quo
centum deberi coperint. quorum quia condicione viuo legata-
rio non extiterit, forte quia interpellatus heres non sit: eue-
nerit^g, vt ademptio nihil egerit, fundique legatum dO-
rauerit. Planè si sic legatum sit, si PEN YM NON DEDERIT, DECEM DATO: dicimus non esse penum le-
gatum^h.

XXV. PAPINIANVS libro octauo decimo
Quæstionum

CVM illud, aut illud legetur^k, enumeratio plurium rerum i Hinc sumptus est
ligna extrinsecus, de
cedit. Et demissus, pe-
legatus,
disunctio modo coprehensa plura legata non facit. nec
aliud probari poterit, si pure fundum alterum, vel alterum
sub

sub condicione legauerit. nam pendente condicione, non erit electio. nec si moriatur, ad heredem transisse legatum videbitur. **HERES MEVS TITIO DATO: QVOD MIHI SEIVS^a DEBET.** si Seius pupillus sine tutoris auctoritate nummos accepisset, (nec)^b locupletior factus esset, & petitor ad praesens debitum verba rettulit: quia nihil^c eius debet, nullius momenti legatum erit. quid si verbo debiti naturale obligationem & futuram solutionem cogitauit: interim nihil^d {si} Titius petet, quasi tacite condicio inserta sit. non secus ac si ita dixisset, **TITIO DATO QVOD PUPILLVS SOLVERIT:** vel si legasset quod ex Arethusa natum erit, vel fructus qui in illo fundo nascentur. **I** contrarium non est, quid si medio tempore legatarius moriatur, & postea partus edatur, fructus perueniant, pecuniam pupillus exsoluat: heres legatarij petitionem habet^d. namque dies legati, cui condicio non adscribitur, quamvis extrinsecus expectada sit, cedit.

XXVI. IDEM libro nono Responsorum

FIRMIO HELIODORO FRATRI MEODARI VOLEO QVINQVAGINTA EXREDITV PRAEVIDORVM MEORVM FVTVRI ANNI. post ea non videli condicionem additam, sed tēpus soluenda pecuniae prolatum videri respondi. fructibus fini^e relictae pecuniae non perceptis^f, libertate esse necessariā anni secundi. Cum ab heredibus alumino centum dari voluisse testator, eam^g pecuniā ad alium transferri, ut in^h annum vicensimum quintū trielites viuras eius summae perciperet alumnus, ac post eam ætatem sortem ipsam: intra vicensimum quintum annum eo defuncto, trāmissum ad heredē pueri fideicomissum respondi. nam certam ætatem sorti soluenda præstitutam videri, non pure fideicomisso relicto condicionem insertam. cum autem fideicomissum ab eo peti non posset, penes quem voluit pecunia collocari, propter hæc verba, **EAM QVE ALVMO MEO POST AEATATEM SVPRASCIPTAM CVRABIS REDDERE,** fideicomissum ab heredibus petendum, qui pecuniam dari stipulari debuerunt. sed fideiisfiores ab eo non petendos, cuius fidem sequi defunctus maluit.

Pater annua totex fructu bonorum, quæ vxori legauit, accessura filij patrimonio præter exhibitionem, quam æque matris mandauit, ad annum ætatis eius vicensimum quintum vxorem præstare voluit. non plura, sed unum esse fideicomissum certis pensionibus diuisum apparuit. & ideo filio intra ætatem suprascriptam diem functo, residuit temporis ad heredem fideicomissum eius transmitti. sed non initio cuiusque anni peti pecuniam oportere, quid ex fructibus vxori datis pater filio

^a Selus pupillus
^b Reile circumscripsit
est hac negatio in
Flor. nō pupillus lo-
cuplex i. factus ex
pecunia fine curaria
auctoritate accepta,
saliē naturaliter obli-
gatur. i. naturaliter.
seq. & l. quod pu-
pillus de cōd. indeb.
& pupillus. de act.
& obl. & fortasse
tacit. nec, legendum
est &.
c utilei
d habeat.

^e Id est, ad medianam
et quantitatem lega.
te pecunias et fru-
ctuum perceptuū esti-
matio pecunias lega-
tam non equa. Hu-
bris vocis in omnibus
codicibus mendose
corruptionē uata esse
arbitrius in exegese
eius significatio,
ex qua inimicis vul-
garis, quon primus
Duxer. i. diffut.
cap. 12. explicitu plur-
ibus eius exemplis
propositis: inter que
hec vnu nostra dilige-
ntia restituisse ad-
mitti pro sua in om-
nibus humanitate, em-
singulari in ne volu-
tate non grauare pa-
rietur. Hic vulgo
corruptionē lega-
bitur fructibus fun-
di, relicta pecu-
nia. &c.

^f percepta. sequere
Flor.
g tamque
h intra
i dandam

filio præberi voluit. ceterum si pecuniam annuam pater alimen-
tis filij destinasset, (non) dubie persona deficiente, causa
præstandi videtur extincta.

xxvii. sciaevo libro tertio Responsorum

Filium familias ex parte pure instituit heredem, eique fidei-
commisum dedit, & eodem testamento ita cauit: Q V O D
EGO LVCIVM TITIVM HEREDEM INSTITVI,
ITA EVM ADIRE HEREDITATEM VOLO, SI IS
PATRIA POTES TATE LIBERATVS EVERIT. quæ-
situm est, an à coheredibus eius adita hereditate, legati filio-
familias dati dies cesserit. respondit, si purè sit datum, à cohe-
redefilij pro hereditaria parte fideicommissum peti posse.

Menstruos denarios denos manumissis legauit. quæsitū est,
cum absentibus heredibus ex senatusconsulto libertatem sunt
consecuti, ex quo tempore eis ciVaria debeantur^a. respondit,
secundum ea quæ proponerentur, ex eo tempore his ciVaria
debeantur, quo liberi esse cœperint. <sup>a debentur. s. l. de-
beri.</sup>

xxviii. idem libro quarto Responsorum

Si fundus instructus relictus erit, queritur quemadmodum
dari debeat. vtrum sicut instructus fuit mortis tempore, an
eo tempore quo facti sunt codicilli, an quo peti cœpit. re-
spondit, à^b quibus instructus sit fundus cum dies legati ce-
dat, deberi.

xxix. valens libro primo Fideicommis-
sorum

ROGO QVANDO QVE^c HERES MEVS TITIO
DECDEM DET. vtique decem heres debebit. sed quan-
do, dubitari potest: vtrum^d cum primùm potuerit, & dies ce-
dit, & ab ipso petitur.

xxx. labeo libro tertio Posteriorum à IaVo-
leno epitomatorum

Quod pupillæ legatum est, quandoque nupserit: si ea mi-
nor quam viripotens, nupserit: non ante ei legatum de-
bebitur, quam viripotens esse cœperit. quia non potest videri
nupta, quæ virum pati non potest.

xxxi. sciaevo libro quartodecimo Di-
gestorum

VXRI ex parte sextanti heredi institutæ substituit, & he-
redum fidei commisit, si vxor heres non erit, dorem ei &
alia quædam dari. post mortem mariti vxor ante condicionem,
& priusquam adeat hereditatem, decessit. quæsitū est, an dies
fideicommissi, cum moritur, cessisse videatur: ideoque here-
dibus ejus debeatur. respondi, si vxor prius decessit quam he-
reditatem adire: videri diem fideicommissi cessisse.

b es, quibus: dete-
rior est Flor. nō enim
queritur à quibus:
debeat fundus in-
structus, sed que le-
gato illo debeantur.
c quandoque vt

d vtique. Flor. recte
est, quid enim dubi-
tanter & medefidet à
Valen. scriptum est.
locis responsi accipi
debet.

e Labeo lib. i. i.
Sponsaliorum
f quandounque

g Multa preclarè ia-
nus etentia Arifta-
lib. 7. ca. 16. Politica.

^a Hic isti periret
ad pratorias stipula-
tiones.

^b nomine

VT^a LEGATORVM SEV FIDEICOMMISSORVM
SERVANDORVM CAVSAB^b CAVEA-

TUR TIT. III.

Edictum cautum est, ut si quid in diem, aut sub conditione sit legatum; aut ita legatum ut petitioni mora fiat, interim heres satisfat legatario eius legati nomine. Eo autem non satisfante, legatarius in bonorum eius possessionem mittatur.

V L P I A N V S libro septuaginta monono ad Edictum

L EGATORVM nomine satisfari oportere prætor putauit, vt quibus testator dari fieri voluit, his^c diebus detur vel fiat: dolumque malum a futurum stipulentur.

Semper autem satisfare cogitur, cuiuscumque sit dignitas vel facultatum quarumcumque heres. nec sine ratione hoc pretori visum est; sicuti^d heres incumbit possessioni bonorum, ita legatarios quoque carere non debere bonis defuncti, sed aut satisfabitur^e eis, aut si satis non datur, in possessione bonorum venire prætor voluit. Non solùm autem omnibus^f legatariis satisfari oportet: sed & successoribus legatariorum satisfari debere, iam constat. quamvis isti non ex iudicio defuncti, sed successioñis necessitate quasi ad æs alienum admittantur. Sed & procuratoribus legatariorum satisfan-

dum est, eo que iure vtimur^g. planè si ei, qui in potestate aliquius erit, legatum sit: caueatur ei cuius iuri subiectus est.

Non solùm autem legatorum nomine heredes cauent: sed & successores eorum. is etiam, cui ex senatus consulo restituta est hereditas, nihilo minus ad cautionem compellitur. nec non & qui per alios heredes existunt, siue^h honorarii: successores, ad satisfactionem compelluntur. Planè si quis omisla stipulatione item de legato contestatus est, probandum est, celsareⁱ debere stipulationem. Idemque in fideicommissis quoque probandum est. Si Quis ita^j sit legatuin vel fideicom-

missum relictum, & si id perdidisset, rursus relictum: videamus, an satis sequentis^k legati siue fideicommissi petere possit, mouet quætionem, an fideicommissum hoc siue legatum debeatur, & quotiens debeatur, & an ipse legatarius cauere debeat se non perditum. De his omnibus extat rescriptum Diui Pij ad Iunium Mauricium^l tale. Clodio Fructulo^m secundum ea, quæ epistula continentur, legata siue fideicomissa ex testamento Clodij Felicis p̄stari debent: citra necessitatem cauendi, nihil ex Is deminutum se. Nam quod fidei heredis ab eodem testatore commissum est, vt si Fructulus perdidisset quod ei in testamento relictum est, rursus heres ei id restitueret: non eo pertinet, vt aut Fructuloⁿ priorum legatorum

^f Generali regulâ
eade de re, & eadem
loci scripta suis, que
revera est in isti de
precior. stipul. l. 7. cui
addit l. 5. eo. isti.
g caueatur
h vel honorarii:

ⁱ Malitia vulga. scilicet
primum est nec cessare.
Avg. li. 1. emen. ca. 3.
^k Si cui quid
^l Intellige causa, vel
nomine, italias sapere.

^m Mauricium
ⁿ Strudulo

^o Strudulo

tortum nominesatisfatio iniungenda, aut onerandus sit heres
in infinito, ut quotiens is perdiderit, restituere ei tantundem
debeat: sed ut per fideicommissum posterius duplicata legata
eius videantur. nec amplius ad periculum heredis pertineat, si
quid postea is^a consumpsit, exsoluto ei posteriore fideicom- a postea ipse
missio. Rescripto ergo ostensum, legatarium heredi non debe-
re cauere se non perditur. Verla vice an heres de sequenti
legato siue fideicomisso cauere debeat, queritur. & putem
non oportere ei caueri: cum in suo arbitrio habeat, ne perdat
id quod sibi relictum est. quamuis si quis inspexerit quod sub
condicione relictum est, dicere debeat satisfactionem exigendam.
certe siue ex aſſe siue ex parte quis legatum debeat, caue-
re debet: siue institutus sit heres, siue substitutus. Vellissimè
queritur, an hæc stipulatio incrementū ex fructibus vel vſu-
ris sentiat. & recte placuit, ex mora incrementum habituram
7 stipulationē, (vt) id quod oportebit, comprehendat. Si quis
sub condicione legatum stipulatus, pendente condicione de-
cesserit, stipulatio evanescit: quia ne G^b legatum {non} trans-
mittitur.^b Huic stipulacioni easdem causas & condiciones in,
ſeſſe ſciendum eſt. proinde ſi qua sit exceptio, que petenti lega-
tum opponi ſolet: eandem ex stipulatu quoque agenti oppo-
nendam eſſe placet. Procurator eius, qui absens eſſe dicitur,
ſi stipulantili legati nomine ſpondeat^c heres, Ofilius ait, ita ca-
uere^d debere, ſi ſis, cuius nomine caueat^e, viuat. videlicet ne te-
9 neatur illo ante defuncto. Item queritur, in hanc stipula-
tionem vtrum ipſæ res veniant, quæ legatæ ſunt: an verò pre-
mia earū. & eſt verius, in hanc stipulationem res vel pretia de-
10 duci. Si decem quæ in arca erant, mihi legata ſint, ſtibi eorū f & ubi
vſiſfructus legatus ſit: ſi purè vtrique legatum ſit relictum, is
cui proprietas legata eſt, ipſo iure decem vindicavit. fructua-
rium autem ex ſenatus conſulto aeturū, & quinque vſumfru-
tū petiturū conſtat. Sed cum decem vindicat proprietarius,
per exceptionem doli repellit^f, qua fructuarius de reſtituendis & repellit,
quinque heredi cauit. Planè ſi decem aureorū poſſeſſionē le-
gatarius habeat, Marcellus ait, dandā vel heredi vel fructua-
rio vtilem actionē in legatariū ſi modō ei caueatur. ſed ſi ſub
cōdicione ei decē legata ſint, fructuariū interim decem obla-
ta cautione habiturum, legatario verò, cui proprietas relicta
eſt, interim legatorum stipulatio p̄r̄ſtanda eſt. Sed ſi omiſſe-
rit stipulationē, exiſtente cōdicione, ad exhibendū eum poſſe
agere, Marcellus ait. ſed ſi ignorans heres legatum, decem fru-
ctuario dedit: ad exhibendum eum non teneri palam eſt. ſuc-
currendum tamen legatario aduersus fructuarium Marcellus
11 ait. Si ad fiscum portio hereditatis peruenierit, cestabit ita
12 stipulatio. quia nec ſolet fiscus ſatisfare. Qui minorē partem

^b transmittitur:
& huic^c repondeat, me-
lior eſt Flor. repon-
dere, nam quia ita
poſt, vi non ſpue-
dat.^d caueri,^e caueri,^f repellit,

hereditatis possidet, cum ex maiore parte heres sit: si quidem ipso iure minuatur portio hereditatis, securior erit heres. neque enim ex maiore parte ex stipulatu tenetur legatariis, quam ex qua heres est. si vero nomen quidem heredis apud eos integrum maneat, verumtamen effectu minus habeant hereditatis, & cauerint legatorum nomine, videntur onerari: quia ipso iure pro ea parte legata debet, pro qua heredes sint. sed enim aequissimum est, non maiorem partem legatariis soluere, quam cuius habent emolumenatum. hoc autem euenit, cum hereditas pro aliqua parte ex Trebelliano restituitur. nam pro rata exonerandi sunt heredes eius partis nomine, cuius emolumentum sibi ablatum est. Si ei, qui in alterius 13 potestate erit, incerta die legatum fuerit: cauebitur ei qui habet eum in potestate, non praeceps^a, sed sub condicione, si cum eius legati dies cedit, in potestate sit. ceterum si sui iuris inueniatur, iniquum esse visum est patri cautum esse, cum alij legatum debeat. quamquam et si sine hac adiectione caueretur, verumtamen exceptione patre vel dominum submoueremus, si existetis conditionis tempore non haberet eos in potestate. euenit tamen secundum hoc ut in casum^b non sit de legato cautum. nam si existentis conditionis tempore sui iuris sunt, non erit cautum.

I I . P A P I N I A N V S libro vicensimo octauo **Q u e s t i o n u m**
Nec si forte velit pater cauere, neminem amplius petitum, compellendus erit heres legatum, quod iam filius petere potest, alij quam cui debetur exsoluere.

I I I . V L P I A N V S libro septuaginta monono ad Edictum
Sed & ipsis qui sunt in potestate, cauendum est, quemadmodum solet caueri, si eadem res duobus sub diuersis vel contrariis conditionibus relicta sit, duobus enim satidatur: sed in utroque casu isdem personis satisfactionem subituris.

I I I I . I D E M libro quintodecimo ad Edictum

Si ex causa fideicommissi sit apud aliquem hereditas, ne **G^d** legatorum satisfiat: in possessionem aduersus eum legatus mittitur.

V . P A P I N I A N V S libro vicensimo octauo **Q u e s t i o n u m**
Postquam heres ab hostibus captus est, condicio legati, cuius nomine proposita stipulatione cautum fuerat, extitit. fideiussores interim teneri negauit, quia neque ius neque persona esset, ad quam^e verba stipulationis derigunt possint. Imperator Marcus Antoninus Iulio Balbo rescripsit, eum, a quo

res fideicommissae petebantur, cum appellasset, cauere: vel si aduersarium transferri causeat aduersarius, transferri possessionem^h debere. Recte placuit principi post prolocutionem quoque fideicommissi^l causationem interponi, quod enim ante sententiam, si petitionis dies moraretur, fieri debuit: amitti post victoriam dilata petitione

^a Ita accipitur In-
stit. tit. de le. Aquile.
S. 1. in princ.

^b Id est, in eveniū:
quasi diceret, in casu
de cœnunt possum esse,
ut de legato cautum
non sit. melius igitur
in Floren. casum,
quam ut leg. casu
legitur.

^c Ex tit. de petit.
heredi.
^d nec legatorū no-
mine. additū est no-
mine ab his, qui hā-
plicatum non intelle-
xerat. l. i. supies.

^e quam obligādam
f dirigi

^g si non caueat, ad
aduersarium trans-
ferri

^h Causa custodie.

ⁱ Dux. 1. lipp. 1. 4. 2.

^k c. 1. lipp. 1. 4. 2.

^l c. 1. lipp. 1. 4. 2.

tione non oportuit, sed qua^a re non cauerat de fideicommisso <sup>a quare non ea-
uerat</sup> qui prouocauerit, si caueret aduersarius ^b, ad eum possessionē ^{b ad aduersarium:} esse transferendam rescripsit: cum alia sit edicti condicio. non ^{vtraq; leuius recte est-} enim exigitur à legatario vice mutua cautum: sed vicaria cu-
stodiae gratia possessio datur. & qui optinuit, in possessionē ^{c possessionem,} per prætorē aut præsidē inducitur. sed prætor quidem in om-
niū rerum possessionē^c, que in causa hereditaria permanent, ^{d admittit} autem earum rerum nomine, de quibus fuerat iudicatu, mu-
tuas admisit^d cautiones. sicuti cum de bonis suis conferendis ^{e accepta bonorū} filius accepta^e possessione cauere non potest, quia denega-
mus ei actiones, defertur condicio cauendi fratribus ex forma
iurisdictionis, quod ex portione fratris fuerint consecuti,
cum bona propria conferre coepit, se restituturos. sed si nec
ipse^f cauere possint, utiliter probatum est, virum bonum f ipsi
ab vtraque parte eligendum, apud quem vt sequestrem fru-
ctus deponantur, qui que vtile actiones à prætore datas exer-
ceat. possessio autem ex rescripto supra relato non aliter ad
eum, qui fideicommissum petit, transfertur, quām si cauerit.
tametsi maximē aduersarius non per inopiam, sed per contu-
maciam cauere noluerit. sed si is qui viuit^g, non possit caue-
^z re, vel res deponenda, vel iurisdictio restituenda erit. Si dies ^{g vicit, describere est}
aut conditio^h legati, i fideicommissi, petitionem actionēm-
ue differre dicatur, & ideo satisfatio desideretur, heres autem ^{Flor.} <sup>had legati, desit, ad-
& retinē: & paulo</sup>
per calumniam postulari^k contendat, & relictum neget: non ^{pōst relitū differre nō}
aliter audiendus erit qui cauere postulat, quām si scripturam, ^{defiri legitur.}
<sup>i seu fideicom-
missi,</sup>
^{j præstolari}
<sup>l quam relictū. se-
quere Flor.</sup>
^{m oportet,}
^{n prouiniam}
^{o idque &}
^{p adiectum est,}
^{q eius qui}
¹ ³ qua^l relictum adfirmet, exhibuerit. Cum quārebatur, vbi fideicommissi seruandi causa caueri oporteat^m, imperator Titus Antoninus rescripsit, si domicilium Romænon habe-
ret heres, & omnis hereditas in prouincia esset: ad satisfacio-
nem fideicommissi nomine in prouinciaⁿ fideicommissa-
rium remittendum esse. quare si heres in eum locum cauendi
gratia remitti desideret, vbi domicilium habet, legatarius au-
tem ibi caueri postulet vbi est hereditas: non erit heres remit-
tendus. idque^o imperator Titus Antoninus rescripsit, qui-
bus litteris adiectum^p, & si bona iam distracta sunt vel te-
statoris permisso vel concedente legatario: pretium eorum fi-
deicommissi seruandi causa in deposito habendum.

VI. VLPIANVS libro sexto Fideicommissorum

¹ ¹ ^Si quando incerta summa est fideicommissi, p qui cognoscit, taxatione quoque fideiuissores petuntur. Admonen-
di autem sumus, rebus publicis remitti solere satisfactionem fideicommissorum, etiam si quando necessitas dandi inter-
cedat. repromissio planè exigenda est, voluntati defuncti statuiri.

VII. P A V L V S libro secundo Manualium

Filio vel seruo sub condicione à patre dominōve herede instituto legatum est. huius legati satis petere non possunt. sed pendente condicione emancipatus vel manumissus si satis petant, quæritur an audiendi sint, ne beneficium patris dominiue ipsis onerosum sit: an sibi imputare deberet, qui dederunt eis postulandi aduersus se facultatem. sed melius est per mediocritatem causam dirimere: vt cautioni tantum cum hypotheca suarum rerum committantur.

VIII. V L P I A N V S libro quadragensimo octauo
ad Sabinum

CVm legatorum nomine satisfidatum est, simul^a dies legatorum^b cessit, protinus isdem diebus etiam ex stipulacione debentur.

VIII. P A V L V S libro duodecimo ad Sabinum

Non tamēt statim peti possint. deberi enim dicimus, & quod die certa præstari oportet, licet dies nondū venerit.

X. P O M P O N I V S libro vicēsimō sexto ad Sabinum

Si à te herede legatum mihi sit sub condicione, tuque postquam adieris hereditatem, satisfidēris legatorum^d, & post mortem tuam ante aditam tuam hereditatem condicio legati extiterit, Sabinus ait, fideiussores mihi teneri: quia omnimodo dari oportet legatū, & (si) in rem esset concepta stipulatio.

XI. G A I V S libro tertiodecimo ad Edictum Prouinciale

Si legatarij aduersus me in possessionem legatorum seruandorū causa missi sunt: & procurator, vel quis alias meo nomine cauerit: perinde mihi prætor accōmodat interdictū, quo iubeantur discedere legatarij^f possessione, ac si ego cauissem.

XII. M A R C I A N V S libro septimo Institutionum

Licit, vt non petatur cautio, condicio testamēto scripta fuerit: non videtur condicio. & ideo licet desiderauerit quis caueri sibi, non videtur condicione defectus: quia postquam remittit talem cautio hem iure publico placuit, nec onus cautionis sequitur: ne& quidem condicio intellegitur.

XIII. N E R A T I V S libro septimo Membranarum

E quoque, (cui) legatorum actio datur in eum qui pretermissa in institutione ab intestato possidet hereditatem, legatorum satisfidatur. & nisi satisfidabitur, in possessione legatorū seruandorum causa mittitur. nam hæc quoque prætor perinde salua esse vult, atque ea quæ iure ciuili debentur. idem Ariſtoni placet.

XIV. V L P I A N V S libro septuagēsimō nono ad
Edictū m

HAec stipulatio & in fidēicōmissis locū habet, si purè fidei cōmissum sit relictū, siue ex die certa, vel sub condicione: siue

siueres aliqua, siue hereditas, siueius aliquod relictum est.

Diuus quoque Pius rescrisfit, quotiens euidens res est, vt certum sit, nullo modo fideicommisso locum esse: per quam iniuum esse, superuacua cautione onerari heredem.

X V. P A V L V S libro septuaginta quinto ad Edictum

E Tiam de præsenti legato locum habet hec satisdatio: quoniam nonnullas moras exercitio*a* iudicij habet. Si & ab herede instituto legatorum satis acceperit legatarius, & à Trebelliano fideicommissario: vtraque quidem stipulatio cōmitetur, sed exceptione se tuebitur heres. quia cauere non debuerit. sed si pars hereditatis restituta sit, ab utroque cauendū est.

a exceptio. Melior est Flor. tametsi Accur. verbum exceptio non hic interpretetur, aut postea interpretando se corrigatur.

Etiam si ab intestato debeatur fideicommissum, locum habet hæc stipulatio.

X VI. G A I V S libro vicensimo septimo ad Edictum
Provinciale

S I duo eiusdem nominis legato*b* contendant, vtrisq; satisda-
tur*c*. nec onerari heredem, cum possit eosdem fideiussores ad utramq; stipulationem adhibere. qui & ipsi non Onerantur, cum futurum sit ut vni tenerentur*d*.

*b de legato
c satisdaturum.
d teneantur.*

X VII. P A V L V S libro quadragésimo octavo ad Edictum

S I ab uno ex heredibus legatorum satis accipimus*e*, cum ab e accepimus,
S omnibus heredibus nobis legatum esset, si pars coheredis & si
ad crescat promissori, in totum fideiussores tenentur, si solidū
legatum is*f* cœperit debere.

g his cœperit debere. Sequare Flor. etiā si enim solidum legatum caput coherilegatariis (de quo zamen nihil proponitur) non idcirco fideiussores in istū tenentur, sed quād unus ex heredibus solidum legatum copis debere. Accur. hic hereditas dissiperi vereatur.

X VIII. S C A E V O L A libro vicensimono Digestorum

Q uæ filium legitimū relinquebat, patrem eundemque collibertum ex affe scripsit heredem: fideiq; eius cōmisit, vt quidquid ad eum ex hereditate eius peruenisset, cū moreretur, restitueret filio testricis nepoti suo, & hæc verba ad iecit, SATIS A SEIO PATRE MEO EXIGI VETO. quæcum est, cum iste Seius substantiam suam dissiparet*h*, & veretur pater fideicommissarij, ne inane fideicommissum constituantur: an ad satisdatiōnē fideicommissi non iure patrem defunctæ compellere possit. respondit, secundum ea que proponerentur, non compellendum cauere. Idem quæsijt, te statricem apud maritum suum, ex quo filium reliquerat, res deposuisse*i* non exacta cautione depositionis. an ea res patri*k* deposituisse heredi restituī debeat: an vero, quoniam emolumētum totius hereditatis ad filium defuncte reuerti deberet, apud maritum remaneret, apud quem dos remansisset. respondit, quod mulieris mansisset, nec in dote fuisset: restituendum esse heredi.

i depositisse

Tutor, qui & coheres pupilli erat, absente pupillo, cū admonuerūt*m* eum legatarij fideicommissi nomine, in solidum ipse cauit. quæsum est, an in pupillum adultum factum danda sit utilis actio. respondit dandam.

V T I N P O S S E C I O N E M L E G A T O R V M V E L
F I D E I C O M M I S S O R V M S E R V A N D O -
R V M C A V S A E S S E L I C E A T
T I T . I I I I .

*Interpretatio edicti, quo legatus iubetur mitti in possessionem
bonorum heredis eo non caueat.*

V L P I A N V s libro quinquagesimo secunda ad Edi-
ctum

SI Q u i s cum vetitus esset satis accipere, acceperit: an re-
peti satisfatio ita possit, vt heres condicat liberationē? &
quidem (si) sciens heres indebitum cauit, repetere non po-
test. quid deinde si ignorauit remissam sibi satisfactionem? po-
test condicere. si vero hoc non potuisse remitti crediderit, nū-
quid condicere possit qui ius ignorauit? adhuc tamen benign-
e ^a quis dixerit satisfactionem condici posse. quid deinde si commissa sit stipulatio? fideiussores putamus exceptione
^a Iuris enim error in
damoris amittenda
rei jure non nocet. l.
error sup. de iuria &
fals. ignor.

Non exigit prætor, vt per heredem stet, quo minus caueat.
sed contentus fuit, per legatarium vel fideicommissarium
non stare, quo minus ei caueatur. quare si non fuerit qui in-
terpellet cautionis nomine, hoc est is à quo legatum
fideiue comissum relictum est: omnimodo poterit legata-
rius & fideicommissarius in possessionem ex hoc edicto
mitti. quia verum est, per eum, cui caueri oportebit^b, non fieri
quo minus caueatur. non tamē & satisfatio debet offerri lega-
tario. sed sufficit, siue desiderauerit, eid^c non caueri: siue non ha-
beat, à quo satis desideret. Si debitori liberatio sit reliqua,
non est exigenda cautio: quia habet penes se legatum. quippe
si contieniatur, exceptione doli mali vt possit. Ei, cui ^d
legatum solutum est, cum constet legatum non de Veritate,
Diuus Pius ad Aemilium Equestrem rescripsit, non debere
prætorem satisfactionem admittere. Tunc ante aditam he-
reditatem satisfandum de legatis est, cum adhuc dubium est,
an hereditas adeatur. ceterū si certū sit repudiata vel omisssam
hereditatem, vel abstentos necessarios heredes: frustra hoc e-
dictum imploratur. cum certum sit, legatum, vel fideicommis-
sum non débere.

II. IDEM libro septuagesimo nono ad Edictum

Si autem certum sit hereditatem necdum aditam fuisse, nec
satisfatio nec possessio locum habet.

III. IDEM libro quinquagesimo secundo ad Edictum

Si is, à quo satis petitur, offerat cognitionem, & dicat, hō-
DIE CONSTET DE FIDEICOMMISSO, Hō-
DIE

DIE AGAMVS, dicendum est cessare satisfationem: cum possit ante de fideicommisso quam de satisfatione constare.

- 1 Nec non illa cognitio imploranda erit ab herede, si forte dicatur per calumniam satis peti. hoc enim commune est omnium satisficationum. Diuus enim Pius rescripts eum, apud quem satis petitur, debere explorare, num per calumniam satisfies petatur. de qua resummatim debeat cognoscere. Si procurator satis legatorum desideret, si quidem mandatum ei sit, non habebit necesse de rato cauere, sed erit ei satisfandum. si verò dubitetur, an mandatum sit, vel non sit: de rato cautio erit exigenda. Si semel fuerit satisfatum, quæsumus est, an etiam rursus cauendum sit, si forte dicatur egenos fideiussores esse datos. & magis est, ut caueri non debeat. hoc enim Diuus Pius rescripts PacuBia Licinianæ ipsam enim facilitatis expensum ferre debere, que minus fideiussores idoneos accepit. neque enim oportet per singula momenta onerari eum, a quo satis petitur.

IV. PAPINIANVS libro vicensimo octavo quæstitutionum

PLanè si noua causa allegetur, veluti quodd fideiussor deceserit, aut etiam rem familiarem inopinato fortunæ impetu amiserit: æquum erit præstari cautionem.

V. VLPIANVS libro quinquagesimo secundo ad Edictum

IS, ^acui legatorum fideiue commissorum nomine non caueatur, missus in possessionem numquā pro domino esse incipit. nec tam possessio rerum ei, quam custodia datur. neque enim expellendi heredem ius habet, ^bsed simul cum eo possidere iubetur, vt saltem tædio perpetua custodiæ extorqueat

- 1 heredi cautionem. Si alius damni infecti nomine missus fit in possessionē, aliis legatorū seruandorū causa: posse eū, qui legatorū seruandorū causa in possessionē missus est, etiā damni infecti satisfare. qui si satisfuderit, non aliter decedere possessione debebit, quam ^c ei cautum fuerit etiam eo nomine,

- 2 quo se damni infecti obligavit. Si plures legatarij mitti in possessionem desiderauerint, omnes venire debent in possessionem. is enim qui ex causa legatorum possidet, sibi, non alijs possidet. Alia est causa cū creditores rei seruandæ causa mituntur in possessionem. nam is qui possidet, non sibi, sed

- 3 omnibus possidet. Qui prior missus est legarius in possessionem, non præfertur ei qui postea mittitur. inter legatarios enim nullum ordinem obseruamus, sed simul omnes æ-

- 4 qualitur tuemur. Postquam rei seruandæ creditores possidere coeperunt, legatorum seruandorum gratia missus in

- 5 possessionem creditoribns potior non habebitur. Qui in

^asicu

^b Vide que in hanc sententiam eleganter different M. Cic. in Orat. pro Quin.

^c quam si ei

^d seruandæ causa

possessionem legatorum seruandorum causa mittitur, in possessionem quidem rerum hereditiarum omnimodo veniet, hoc est earum quae in causa hereditaria manent. earum autem, quae in causa hereditaria non erunt, non alias mittitur, quam si dolo malo in ea causa esse desierit. nec semper, sed causa cognita. Bonorum autem appellatione haec res comprehensae videbuntur, quarum proprietas ad heredem pertinet. sed & si vectigales agris sunt, & si qua pignora testatori data: in eorum quoque mittetur possessionem. fed & in partus ancillarum, & fetus pecorum, item fructus, æque omni modo legatarius & fideicommissarius mittentur. fed & si rem alienam defunctus bona fide emerit, in possessionem eius mitten dum legatarium constat: nam & haec res in causa hereditaria est. Si deposita res apud defunctum fuerit, vel commodata, locum missio non habet: quia non sunt istæ res hereditariae.

Si ex duobus heredibus alter satisdare sit paratus, alter non: in partem eius missio locum utique habere debet. Missio itaque legatarij impedient etiam eum qui satisdedit, rei administracione^a. quare suadendum erit heredi, vt in assēm satisdet, ne administratio eius impediatur. Si ab impuberis substituto legata sint relicta, & impubes decesserit: missio non solum in ea bona quae testatoris fuerunt, verum ad ea quoque quae impubes adquesiūt, locum habebit: nam haec quoque hereditaria sunt. viuo autem impubere neque missio neque satisfactione locum habet. Si heres non sit, à quo fideicommissum relictum est, sed alterius nominis successor: dicendum est, vt edicto locus sit, & dolo eius sit æstimandus. sed & si heredis heres sit, qui dolo fecit: æque nocere debebit. Dolum accipere debemus & culpam latam, sed non omnem dolum, sed

qui in simile loquendi genere obseruantur ac pad Vlp. sup.^b

g quam aditi al. cū aditi
h nec suis factū est,
i inadéque
k recepturos.
l seruabitur
m ex aliqua

qui in nec omnem

factus est. Imperator Antoninus Augustus rescriptis, certis ex causis etiam in propria bona heredis legatarios & fideicommissarios esse mittendos: si post sex menses, quod Omnes aditi pro tribunali fuerint hi quorum de ea re notio est, in satisfactione cessatum est. inde fructus percepturos, quoad voluntati defunctorum satisfiat. quod remediu seruaretur & aduersus eos, qui ex causa fideicommissio moram faciunt. Satisfactionis verbum licet latius patet, tamen ad exsoluendum legatum refertur. proinde ethi remissa sit satisfactione, rescriptum locum habebit: quia mora sit solutioni. Sex autem mensum puto continuum tempus, non possessionum^c coNputandum. Cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furiosus vel adulescens. nam frustratio non debet huiusmodi personis nocere, quae sunt indefensa. certe si hereditas iacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio trahendum

^a Dux. reponit se-
sionum, arg. l. 2. quia
erde in bon. pos. ser.
vbi ita legatoris se-
sio est magistratus
aut indicium quod in
reddens sedenter.
^b Dux. ad diff. ca. 16.

coNputandum.
Cessatum non accipimus, si pupillus tutorem non habeat, nec
curatorem furiosus vel adulescens. nam frustratio non debet
huiusmodi personis nocere, quae sunt indefensa. certe si here-
ditas iacuerit aliquo tempore, hoc tempus de medio trahen-
dum

- 15 dum est. Quæri poterit, an in vicem usurarum hi fructus
cedant, quæ in fideicommissis debentur. & cum exemplum
pignorū sequimur, id quod ex fructibus percipitur, primū
in usuras, mox si quid superfluum est, in sortem debet impu-
tari. quinimmo & si amplius quam sibi debetur, perceperit le-
gatarius: exemplo pigneratice actionis etiam utilis actio ad
id refundendum dari debet. sed pignora quidem quis & di-
strahere potest. hic autem frui tantum ei constitutio permi-
ta reddendum
- 16 sit, ut festinetur ad sententiam. Qui legatorum seruandorū
causa in possessionem mittitur, & fructus custodire & cetera
debet. & patib^b quidem heredem colere agros, & fructus re-
digere. sed custodire legatarium fructus oportebit, ne ab he-
rede consumantur. quod si heres fructus nolit cogere, permit-
tendum erit legatario cogere fructus, & coactos seruare. quin-
immo si tales sint fructus, quos primo quoq; tempore venire
expedit: vendere quoq; legatario permittendum est, & pre-
mium seruare. In ceteris quoq; rebus hereditariis missi in pos-
sessionem hoc erit officium, ut vniuersas res hereditarias collī-
gat, & ibi custodiat, vbi domicilium defunctus habuit. & si
nulla domus sit, habitatione^d conducat, vel horreum quod-
dam, in quo res collectæ custodiantur. & puto ita legatarium
custodire res hereditarias debere, ut neque heredi auferantur,
neque depereant, deteriorēsve fiant. Quod si ex constitutio-
ne quis in possessionem mittatur, curandum est ne vis fiat
17 vtenti & fruenti legatario. Satisfieri voluntati defuncti sic
accipitur, quoad voluntati defuncti vel ex fructibus vel aliun-
18 de satisfiat. Constitutio autem Diui Antonini pertinet ad
eos, à quibus utiliter fideicommissum relictum est: {si} quam-
20 uis heredes non sint. par enim utilitas est. In possessionem
missus legatorum seruandorum causa, filitem eo nomine con-
testatus sit: non ante decadere possessione debet, quam ei pro-
lite fuerit cautum. Missus in possessionem, si non admitta-
tur: habet interdictum^e propositum. aut per viatorem, aut per
officialem præfecti, aut per magistratus introducendus est in
possessionem. missio autem locum habebit, non tantum si
quis id ipsum quod legatum est, rogatus sit: verumetiam si
22 quid vel ex eo vel pro eo restituere fuerit rogatus. Si Titio
purè legatum fuerit, & eius fidei commissum sub condicio-
ne, ut Sempronio restitueret: nō iniquè prætorem statuturum
Iulianus scripsit, si antequam legatum consequatur legata-
rius, fideicommissi conditionalis satis non det, ut magis Sem-
pronio det legati persecutionem, ut is legatario satisdet, defi-
ciente cōdicione redi decem. sed & si acceperit Ius ab here-
de decem, æquum esse Iulianus ait, cogi eum inuicē satis dare,
aut ipsa decē tradere, & Semproniu Titio cauere, & hoc iure
vtinur.

<sup>b & ratio quidem
est heredum</sup>^{c & possit fructus}^{d habitationem}<sup>e edictum: meliore eff.
Et intelligi autem
interdictum ne vis
fiat. I. 3. infra. ne vis
fiat ei &c.</sup>

vtimur. id enim & Marcellus ait. quid ergo si & legatum sub condicione sit relictum, & fideicommissum, neque fideicommissi satisdetur? æquissimum erit, fideicommissarium nomine legati satis accipere ab herede, si ei legatarius non caueat. scilicet ut & ipse legatario caueat. quod si iam accepit legatarius ab herede satis, decernendum erit ex easatisfactione magis fideicommissario quam legatario dandam actionem: in eum scilicet casum quod^a fideicommissi eius codicio extitit. ipsius etiam legati persecutio danda erit fideicommissario, si nondum solutū est, & condicio eius extitit. scilicet si fuerit fideicommissarius paratus cauere legatario.

VI. I V L I A N V s libro trigesimo octavo Digestorum

Si pecunia numeratae vesusfructus legatus esset, & in testamento cautum, ne eo nomine satis daretur: proprietas non est legata. sed legatario permittendum satis dare, & vsum frumentum pecuniae habere. & propemodum^b in hac propositione nullæ prætoris erit partes. quia nisi satisdetur, agi cum herede non poterit. Qui fideicommissi seruandi causa in possessione missus est, nō priusde possessione decedere debet, quam ei fideicommissum solutū, aut eo nomine satis datum fuerit. nam quod si integra re fieret, in possessionem non mitteretur: id cum offeretur, discedere à possessione debet.

VII. T M O D E S T I N V s libro tertio Regularum

DVm venter in possessionem est, nullus legatorum seruandorum causa in possessionem esse potest.

VIII. P A P I N I A N V s libro sexto Quæstionum

Si legatorum satis non datur, restituta hereditate, in earum quoque rerum possessionem legatarius mittendus erit, que dolo malo eius, Quid restituta est hereditas, in hereditaria causa defierunt.

IX. I D E M libro nonodecimo Quæstionum

ETiam si condemnatus heres fuerit, nec pecuniam soluat: Legatarius potest desiderare mitti in possessionem. Cum sub conditionibus contrariis eadē res duobus legetur, si non caueatur, yterque mittitur in possessionem.

X. P A V L V s libro tertio Sententiarum

Si nullæ sint res^d hereditariae, in quas legatarij vel fideicommissarij mittatur, in rem quidē heredis mitti non possunt: sed per prætorē denegatas heredi actiones ipsi presequantur.

XI. H E R M O G E N I A N V s libro quarto iuris Epitomarum

Si fideicommissorum vel legatorum seruandorū causa missus in possessionem eam rem teneas, que mihi per fideicommissum relicta esset: æquius est me eam habere, Quid ea ipsa relicta est, quam te, qui alterius fideicommissi nomine ingressus in

b & propterē in
hanc propositione
nullæ &c. al. & pro-
cedendum est in
hac propositione.
sed nullæ &c.

c offertur. Reff. et
Flor.

† Marcianus

d causa esse

e res illa

f verius
g me in eam rem
haberi priorem, al.
h eam rem habe-
re potius,

in eam esses^a, nam & si mihi sub condicione legatū est, & tu ^a eam es.
medio tempore in possessionem eius factus^b fueris legatorum ^b missus
seruandorum causa, deinde condicio impleta eset: non dene-
gabitur mihi eius rei integra persecutio, sicut enim & si statuli-
berum ex eadem causa possidere coepisset, impleta condicio-
ne^c iustam libertatem eius impeditre non potest. Si rei seruan- ^c clus, tamen
dæ causa in possessionem missus esset proprius creditor he-
redis, & rei per fideicommissum mihi relictæ adeptus^d fuerit:
nihil me per^e eum laedi oportere conuenit. non magis quam si
ab ipso herede eam rem pignori accepisset.

XII. MAECIANS libro duodecimo Fideicom-
missorum

Municipiis fideicommissum relinqui posse, dubium non
est, sed si non caueatur, aduersus municipes quidem non
dubitabimus ex hoc edito iri in possessionē posse. ipsos vero
municipes, si his non caueatur, non idem adsecuturos, sed ex-
traordinario^f remedio opus erit: videlicet ut decreto prætoris
actor eorum in possessionem mittatur.

XIII. CALLISTRATVS libro tertio Edicti mo-
nitorij

Quamvis minima res legata sit, vel per fideicommissum
relicta: tamen si non soluatur ab herede, vel eo nomine
caueatur, cum caueri oporteat: in possessione omnium bono-
rum, quæ ex ea hereditate sunt, legatarium siue fideicommis-
sarium prætor legatorum seruandorum causa mittit.

XIV. LABEO libro secundo Posteriorum Iauo-
lenosepitomatorum

Quæ legatorum seruandorum causa in bonis est, in causa
vescendi deminuet, si filia, neptis, proneptis, vxörve es-
set^h, nec nupta sit, nec suum quiⁱ quam habeat.

g Paulo

h vxörve sit,

XV. VALENS libro septimo Actionum

Interdū licet dolo malo fecerit heres, quò minus res in causa
hereditaria maneat: non poterit in possessionem earum
legarius mitti. veluti si locum religiosum fecerit, aut quid
publicè consecrauerit, permisso scilicet Imperatoris: aut ali-
quem non in fraudem creditoris manumiserit.

INTERPRETATIO GRAE CORVM

EX LIBRO XXVIII. DIGESTORVM.

TIT. I. l.xxij. §.v. χαρακτηρα. formam, insculptamq; signi imaginem. l.xxviiiij. ταυτη την διαθηκην. hoc testamentum ratu esse volo, quacunque ratione esse vel licebit, vel poterit.

TIT. II. l.xx. ad uocat. impossibilis.

EX LIB. XXIX.

TIT. I. l.i. §.i. ταγμα. agmen. χιλιαρχος. tribunum militum.

EX LIB. XXX.

TIT. I. l.liij. §.ij. λειψανα. reliquias. l.ciiij. §.i. ad uocat. impossibilis.

EX LIB. XXXI.

L. xxxiiij. §.i. Οχλασενη Στρατονικη. Octauianæ Stratonicæ dulcissimæ filiæ meæ salutē. Volo ut ipsa à semetipsa predium Gazam cum omnibus eius dotibus accipiat. Octauiano Alexandro dulcissimo filio meo. Volo ut ipse à seipso possesionem Comianā agniserá cum vniuersis dotibus que in ea sunt, præcipiat, inque eximium habeat. l.ead. §.viij. Γετον Σειον. Gaium Seium maritum meum commendō tibi filia. cui dari volo in vite vsum & fructū participationē pagi Naccleni, quā olim in dotem cum corporibus dotillatis dedi. & in nulla re eum molestati in dote. erunt enim post mortē ipsius tua & filiorum tuorum. Alciatus. l.lxxxviij. §.xv. θεωρουαιδε. Non volo autem, ut à meis hæredibus ædes meæ veneat, illarum ve nomine pecunia mutua accipiatur: sed ut apud eos, siue filij, siue nepotes sint, in omne æuum inuiolabiliter permaneant. Si quis verò eorum partē suam vel vendere, vel in causam mutui obligare voluerit: coheredi suo eius vendēdi vel obligandi potestatē habeto. Quod si aduersus ea quis fecerit, quidquid eius rei gestum esse dicetur, id infirmum atque irritum esto.

EX LIB. XXXII.

L. i. §. ii. απολιδε. extores ciuitate. l.xxxvij. §. v. Σωλομος ταντα ταυτοτε. &c. Volo ut omnia que subiecta sunt, firmitatē obtineat. Maximo domino meo denariū quindecim milia, que depositi nomine à Iulio Maximo patruo eius accepi, ut illi, cū in virum prouectus esset, restituere: ut maximè cū visuris in triginta milia excurrat, ei restituī volo. sic enim patruo eius iuraui. ibid. διεθευη &c. Cōstitui, darique volo Callimacho mercedis loco decē milia denariū. l.xxxix. §.i. μαλτα. maximo. l.ly. §.iiij. ξυλον. ligni. ξυληγας. vetrices lignorū. αποτωρ. à paludibus. l.lxy. §.iiij. Δημις τονγε &c.

Sectamem videas, qui errant per pascua, porcos

Ad Coracis saxum, iuxta fontemque Arethusam.

Inuenies hunc assidentein suis que pascuntur

Iuxta Coracis saxum, iuxtaque fontem Arethusam.

l.lxvij.

L. lxvij. §. iij. enthecis. dotibus. I. lxx. *ευρόφεν*. naturale, per se siue sponte sua natū, quodq; arte fucatū nō sit. I. ead. §. ij. *τοιούχων*. ligneā lanā, puta quæ gossipinis aut eius generis arboribus depeccitur. I. c. §. iij. *συρίζειν*. fulcra, firmamēta, bases. I. c. *τη γλυκυτάξι μου τατερ*. Quo magis dulcissima patria mea finis ac territoria sua tueatur, decerno adsignoq; illi vniuersa prædia quæ in Syria possideo, cum omnibus quæ illic sunt, pecoribus, seruis, fructibus reconditis, omni apparatu.

E X L I B . XXXIII.

T I T . I . I. xx. §. j. *ἱεροφύλακο*, templi custodi, ædituo.

T I T . I I I I . I . xiiii. *την θυγατέρα μου* &c. Filia mea Crispina, quā cupiebam collocare nuptum cuicunq; amici cognati- que mei adprobassent: vt recte collocetur, prouidebit Pollianus, cum is mētē meam cognitam habeat de æqualibus portionibus in dotem dandis, quibus & sororē eius collocaui.

T I T . V I I I . I . xxij. §. ij. *πάτος κατελιπτον* &c. quibuscumque libertatē reliqui, & legata, hosce volo excutiendis rationib; solutos esse. T I T . I X . I . iiij. §. vij. *λογάριον*, idē quod ratiuncula. T I T . X . I . viij. *και τη αναρθρω φανη*. & inarticulata voce ac confusa.

E X L I B . XXXIV.

T I T . I . I . iiij. *τοις τε απιλευθεροις*. Libertis, libertabusq; meis, quos viua, siue in testamento, siue in codicillo, aut manumisi, aut etiā manumiserō: prædia, quæ in Chio insula habeo, dari volo: vt ad ea quæ à viuente me acceperunt, adiciantur illis ci- barij & vestiarij nomine. I. xvij. §. j. *πατο Ρουφίνης* &c. Rufina prognato, liberto nostro. T I T . I I I I . I . xxx. §. j. *συγχήτον*. latifundiū. *τοις κληρονομοις μου* &c. Heredibus meis salutē. Volo ut subiecta omnia rata sint, quecumque ante in Pamphili no- men cōtulisse visa sum. Si Seia collactanea mea heres ex parte qua eā scripsi, nō erit: volo ei dari latifundium circa Colonā. ibid. *συγχήτον*. latifundium. §. iiij. *τα δε λοιπα* &c. Reliqua autē omnia de mea substantia, quemadmodū & hereditatis onera, pertinebunt solummodo ad Primam & Secundā filias meas, aut quæ ex his superstes erit.

E X L I B . XXXV.

T I T . V I I I . I . lxxx. *ταν απορων*. ex difficultib; disputatu, perplexis & dubiis. *του ψευδομεγου*. frustratorij cāuillatoriique, scilicet syllogismi.

E X L I B . XXXVI.

T I T . I . I . xvij. *υποκριτικων*. forma diminutiua. I. lxxiiij. *τιτλωναι* &c. demādo tibi, ne prius testamentū facias, quam liberos habeas. I. lxxxij. *μονομερως*. solitariè, suo vnius nomine, & pro se tantum.

08, 64, 3916/B







